3 1761 06839317 2

D475i

INSCRIPTIONES LATINAE

SELECTAE.

EDIDIT

HERMANNUS DESSAU.

VOL. II. PARS II.

168413.
9.1.22.

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MCMVI.

CN
521
D4
v.2
pars. 2

SVMMARIVM

VOL. II, 2.

Caput XV.

pag.

Tituli collegiorum 737

Leges collegiorum p. 737. Tabulae patronatus p. 743. Collegia fabrum p. 747. Collegia iuvenum cet. p. 761.

Caput XVI.

Tituli ministrorum vitae privatae, opificum, artificum 771

Vilici, dispensatores cet. p. 771. Pistores, coci cet. p. 783. Negotiatores p. 786. Sutores, vestiarii cet. p. 795. Fabri cet. p. 804. Architecti p. 817. Mensores p. 818. Advocati cet. p. 819. Grammatici p. 824. Rhetores p. 825. Philosophi p. 826. Acta de schola Epicurea Atheniensi p. 827. Medici p. 828.

Caput XVII.

Tituli sepulcrales 834

Antiquissima quaedam p. 834.

Sepulcra communia p. 838.

Diverbia, sententiae funebres cet. p. 876. Comminationes, imprecationes cet. p. 885. Iura sepulcrorum p. 890. Testamenta lapidi incisa p. 918. Laudationes funebres p. 924.

Mortes singulares p. 942. Parentelae quaedam p. 946.

Caput XVIII.

Tituli instrumenti domestici 951

Antiquissima p. 951. Amphorae p. 953. Vascula fictilia p. 958. Vascula vitrea p. 960. Lucernae p. 960. Varia supellex aerea argentea aurea p. 961. Tesserae lusoriae p. 963. Tabulae lusoriae p. 964. Mensurae, staterae, pondera p. 965. Horologia p. 968.

Tegulae p. 970. Fistulae plumbeae aquariae p. 975. Massae plumbi p. 979. Massae sulfuris p. 980. Massae marmoris p. 980.

Collaria servorum p. 982. Signacula medicorum oculariorum p. 983.

Caput XIX.

pag.

Analecta varia 986
Vasculum Dresselianum p. 986.
Fasti anni civilis et rustici p. 987.
Tabellae defixionum p. 996.
Tituli statuae Memnonis similesque p. 1000.
Lex convivalis p. 1002.

Appendix titulorum Graecorum 1003
Monumenta liberae reipublicae p. 1003. Tituli imperatorum p. 1010. Tituli senatorum aetatis imperatoriae p. 1020. Tituli magitratuum ordinis equestris, magistratuum minorum, apparitorum p. 1030. Tituli militares p. 1035.

CAPVT XV.

TITVLI COLLEGIORVM.

7211 cons|tituti|ones | corporis | munimenta.

Romae, ad pedes statuae viri togati in scrinio (cf. Marquardt Privatleben der Römer ed. 2 p. 678 not. 2) marmoreo (VI 29814 imaginem dedit Momms. Zeitschr. der Savignyst. f. Rechtsg. Rom. Abth. 12, 1891 p. 147). Gemellus est titulus et ipse in scrinio voluminum pleno inscriptus VI 29815.

Leges collegiorum.

7212 [*L. Ceionio*] Commodo Sex. Vettuleno Civica Pompeiano cos.[1] a. d. $\overline{V}$ idus Iún. |

(Pag. I).

[*Lanuvi in municipio in*] templo Antinoí, in quo L. Caesennius Rúfus | [*patronu*]s municipí conventum haberí iusserat per L. Pompeium | ....um $\overline{qq}$.[2] cultorum[3] Díanae et Antinoí, pollicitus est se | .... [*d*]aturum eís ex liberalitate sua HS $\overline{XV}$ m. n.[4] úsum[5], die | [*natali*]s Dianae idib. Aug. HS CCCC n.[6], et die natalis Antinoí, V k. | [*Decemb.*], HS CCCC n.; et praecepit legem ab ipsis constitutam sub tetra[*stylo A*]ntinoí parte interiorí perscribí in verba infra scripta: | [*M. Antonio Hiber*]o P. Mummio Sisenna cos.[7] k. Ian. collegium salutare[8] Dianae | ....[9] et Antinoí constitutum, L. Caesennio L. f. Quir. Rufo dict. III[10] idemq. patr.[11] |

Kaput ex s. c. p. R.[12]:

Quib[*us coire co*]nvenire collegiumq. habere liceat.[13] Quí stipem menstruam[14] conferre vo|len[*t in fun*]era, in it collegium coeant, neq. sub specie eius collegí nisi semel in men|se c[*oeant co*]nferendi causa, unde defuncti sepeliantur. |

[*Quod fa*]ust[*um fe*]lix salutareq. sit imp. Caesari Traiano Hadriano Aug. totiusque | [*do*]mus[15] [*Aug.*], nobis [*n*]ostrís collegioq. nostro, et bene adque industrie contraxerimus, ut | [*e*]xitus d[*efu*]nctorum honeste prosequamur! Itaq. bene conferendo universí consentire | debemus, u[*t long*]o tempore inveterescere possimus. > Tu qui novos in hoc collegio | intrare vole[*s, p*]rius legem perlege et sic intra, ne postmodum queraris aut heredi tuo | controver[*si*]am relinquas.

Lexs collegí. |

[*Placu*]it universis, ut quisquis in hoc collegium intrare voluerit, dabit kapitularí nomine | HS C n. et v[*ini*] boni amphoram[16]; item in menses sing. a.[17] V. > Item placuit, ut quisquis mensib. | contin[*uis se*]x[18] non pariaverit et ei humanitus acciderit, eius ratio funeris non habebitur, | etiamsi [*test*]amentum factum habuerit. > Item placuit: quisquis ex hoc corpo|re n.[19] pariatu[*s*] decesserit, eum sequentur ex arca HS CCC n., ex qua summa decedent exe-|quiarí nomine HS L n., quí ad rogus dividentur; exequiae autem pedibus fungentur. |

Item placuit, quisquis a municipio ultra milliar. XX[20] decesserit et nuntiatum fuerit, eo exire debebunt | electí ex corpore n. homines tres, qui funeris eius curam agant et rationem populo reddere debebunt | sine dolo m[*al*]o; et sí quit in eis fraudis causa inventum fuerit, eís multa esto quadruplum. Quibus | [*funeraticium*] eius dabitur; hoc amplius viaticí nomine ultro citro sing. HS · XX n. Quod sí longius | [*a municipio su*]pra mill. XX decesserit et nuntiari non potuerit, tum is quí eum funeraverit, testa|[*tor rem tabu*]lis signatis sigillis cívium Romanor. VII, e[*t*] probata causa funeraticium eius, sa|[*tis dato ampli*]us neminem petiturum, deductis commodís et exequiario, e lege collegi darí | [*ei debebit*]. [*A n. co*]llegio dolus malus abesto neque patrono neque patronae neque d[*omino*] |

(Pag. II)

neque d[*o*]minae neque creditori ex hoc collegio ulla petitio esto, nisi siquis testamento here[*s*] | nomina[*tu*]s erit. Sí quis intestatus decesserit, is arbitrio quinq.[21] et populi funerabitur. |

Item placuit: q[*ui*]squis ex hoc collegio servus defunctus fuerit, et corpus eius a domino dominav[*e*] | iniquitatae *(sic)* sepulturae datum non fuerit neque tabellas fecerit, ei funus imag[*ina*]rium fiet. | > Item placuit: quisquis ex quacumque causa mortem sibi adsciveri[*t*], | eius ratio funeris non habebitur. |

Item placuit, ut quisquis servus ex hoc collegio líber factus fuerit, is dare debebit víni | [*bo*]ní amphoram. > Item placuit: quisquis magister suo anno erit ex ordine a[*lbi*] | ad cenam faciendam, et non observaverit neque fecerit, is arcae inferet HS XXX n.; | insequens eius dare debebit, et is eius loco restituere debebit. |

Ordo cenarum: VIII id. Mar. natalí Caesenní . . . . . patris. V k. Dec. nat. Ant[*inoi*]. | Idib. Aug. natalí Dianae et collegí. XIII k. Sept. na[*t. Caese*]nní Silvaní[22] fratris. Pr. n[*on.*] . . | natalí Corneliae Proculae matris. XIX k. Ian. n[*at. Caes*]enní Rufi patr. munic[*ipi*].

Magistrí cenarum ex ordine albi factí qu[*oqu*]o[23] ordine homines quaterní[24] ponere debeb[*unt*]: | víní boní amphoras singulas, et panes a.[25] II qui numerus collegí fuerit, et sardas [*nu*]mero quattuor, strationem, caldam cum ministerio. |

Item placuit, ut quisquis quinquennalis in hoc collegio factus fuerit, is a sigillis eius temporis, | quo quinquennalis erit, immunis esse debebit, et ei ex omnibus divisionibus partes dupl[*as*] | dari. Item scribae et viatori a sigillis vacantibus partes ex omni divisione sesquip[*las*] | (20) dari placuit. |

Item placuit, ut quisquis quinquennalitatem gesserit integre, ei ob honorem partes se[*squi*]|plas ex omni re dari, ut et reliqui recte faciendo idem sperent. |

Item placuit, si quis quid queri aut referre volet, in conventu referat, ut quieti e[*t*] | hilares diebus sollemnibus epulemur. |

(25) Item placuit, ut quisquis seditionis causa de loco in alium locum transierit, ei multa es|to HS IIII n. > Siquis autem in obprobrium alter alterius dixerit, aut tu[*mul*]|tuatus fuerit, ei multa esto HS XII n. > Si quis quinquennali inter epul[*as*] | obprobrium aut quid contumeliose dixerit, ei multa esto[16] HS XX n. |

Item placuit, ut quinquennalis sui cuiusque temporis diebus sollemn[*ibus ture*] | (30) et vino supplicet et ceteris officiis albatus fungatur, et die[*bus natalibus*] | Dianae et Antinoi oleum collegio in balinio *(sic)* publico po[*nat antequam*] epulentur.

Lanuvii (Cività Lavigna) rep. a. 1816, extabat ibi in aedibus Frezza usque ad annum 1898, quo translata est Romam, tabula marmorea, per duas paginas (excepto v. 1) scripta (XIV 2112 vidi; imago est Mélanges de l'École fr. de Rome 1898 tab. VII. VIII cf. p. 271). Tractavit Mommsen de collegiis et sodaliciis (Kiliae 1843) p. 98—115. — 1) *A. 136.* — 2) *Quinquennalem.* — 3) *Cf. infra N. 7317 seq.* — 4) *Sestertium quindecim milium nummum.* — 5) *Dedit non ipsam sortem, sed usum pecuniae. Usurae computantur quincunces cum unciae triente* ($5\frac{1}{3}\%$). *(Pro* XV m. n. *scribi debuisse* XVI m. n. *coniecit Eck).* — 6) *Nummos.* — 7) *A. 133.* — 8) *Cf. infra N. 7336 seq.* — 9) *Periit fortasse agnomen Dianae.* — 10) *Dictatore tertium. De dictatore Lanuvino cf. Cic. pro Mil. 17, 45; supra N. 5683. 5707 (?). 6194. 6200.* — 11) *Patrono.* — 12) *Senatus consulto populi Romani.* — 13) *Cf. Mommsen de collegiis p. 81.* — 14) *Cf. Marcianus Dig. 47, 22, 1: s. c. permittitur tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tamen semel in mense coeant cet.* — 15) *Scr.* totique domui. — 16) *Similia in lege curiae Africanae, supra N. 6824.* — 17) *Asses.* — 18) *Sic vel* contin[*uis*] X. — 19) *Nostro.* — 20) *Vicesimum.* — 21) *Quinquennalis.* — 22) *Fortasse idem quem memorat Plin. ep. 3, 8 (monuit M. Bang.).* — 23) q[*u*]o *primi editores; sed plures litterae perierunt.* — 24) *Scr.* quaternos *(vel* hominum quaternorum). — 25) *Assium.*

7213 Lex collegi Aesculapi et Hygiae. |

(2) Salvia C. f. Marcellina ob memoriam Fl. Apolloni proc. Aug., qui fuit a pinacothecis, et Capitonis Aug. l. adiutoris | (3) eius, mariti sui optimi piissimi, donum dedit collegio Aesculapi et Hygiae locum aediculae cum pergula et signum marmoreum Aesculapi et solarium tectum iunctum, in | (4) quo populus collegi s. s.[1] epuletur, quod est via Appia ad Martis[2] intra milliarium I et II ab urbe euntibus parte laeva inter adfines Vibium Calocaerum et populum[3]; item | (5) eadem Marcellina collegio s. s.[4] dedit donavitque HS L m. n. hominibus n. LX sub hac condicione, ut ne plures adlegantur, quam numerus s. s.[5] et ut in locum | (6) defunctorum loca

veniant[6] et liberi adlegantur, vel si quis locum suum legare volet filio vel fratri vel liberto dumtaxat, ut inferat arkae n.[7] partem | (7) dimidiam funeratici; et ne eam pecuniam s. s.[8] velint in alios usus convertere, sed ut ex usuris eius summae diebus infra scriptis locum confrequentarent[9]; | (8) ex reditu eius summae si quod comparaverint sportulas hominib. n. LX ex decreto universorum quod gestum est in templo divorum[9a] in aede divi Titi con-|(9)ventu pleno, qui dies fuit $\overline{\text{V}}$ id. Mart. Bruttio Praesente et Iunio Rufino cos.[10], uti XIII k. Oct. die felicissimo n.[11] Antonini Aug. n.[12] Pii p. p. sportulas[13] dividerent: in | (10) templo divorum in aede divi Titi C. Ofilio Hermeti qq. pp.[14] vel qui tunc erit X[15] III, Aelio Zenoni patri collegi X III, Salviae Marcellinae matri collegi X III, imm.[16] | (11) sing.[17] X II, cur.[18] sing. X II, populo sing. X I. Item pl.[19] pr. non. Nov. n.[11] collegi dividerent ex reditu s. s.[4] ad Martis in scholam n.[20] praesentibus qq. X VI, patri colleg. X VI, | (12) matri collegi X VI, imm. sing. X IIII, cur. sing. X IIII, panem [a.[21]] III; vinum mensuras qq. s.[22] VIIII, patr. coll. s. VIIII, imm. sing. s. VI, cur. sing. s. VI, populo sing. s. III. Item pr. non. Ian. | (13) strenuas *(sic)*[23] dividerent sicut s. s.[8] est XIII k. Oct. Item VIII k. Mart. die kare cognationis[24] ad Martis eodem loco dividerent sportulas pane et vinum sicut s. s. est | (14) prid. non. Nov. Item pr. id. Mart. eodem loco cenam, quam Ofilius Hermes qq. omnibus annis dandam praesentibus promisit, vel sportulas, sicut solitus est dare. Item | (15) XI k. Apr. die violari[25] eodem loco praesentibus dividerentur sportulae vinu pane sicut diebus s. s.[26] Item V id. Mai. die rosae[27] eodem loco praesentib. dividerentur spor-|(16)tulae vinu et pane sicut diebus s. s.[26] ea condicione, qua in conventu placuit universis, ut diebus s. s. ii qui ad epulandum non convenissent, sportulae et pane et vinu | (17) eorum venirent et praesentibus divideretur, excepto eorum qui trans mare erunt vel qui perpetua valetudine detinetur. Item P. Aelius Aug. lib. Zenon | (18) eidem collegio s. s.[4] ob memoriam M. Ulpi Aug. lib. Capitonis fratris sui piissimi dedit donavitque HS X m. n., uti ex reditu eius summae in contri-|(19)butione sportularum dividerentur. Quod si ea pecunia omnis quae s. s.[28] est, quam dedit donavit collegio s. s.[4] | (20) Salvia C. f. Marcellina et P. Aelius Aug. lib. Zeno, in alios usus convertere voluerint, quam in eos usus, qui s. s.[1] s.[29], quos ordo collegi n.[12] decrevit et uti[30] | (21) haec omnia, q. s. s.[28] s.[29] suis diebus ut ita fiant dividantque, quod si adversus ea quid fecerint sive quid ita non fecerint, tunc qq. vel curato-|(22)res eiusdem collegi qui tunc erunt, si adversus ea quid fecerint[30], qq. et curatores s. s.[1] uti poenae nomine arkae n.[7] inferant HS XX m. n. | (23) Hoc decretum ordini n. placuit in conventu pleno, quod gestum est in templo divorum in aede divi Titi V id. Mart. C. Bruttio Prae-|(24)sente A. Iunio Rufino cos.[10], qq. C. Ofilio Hermete, curatorib. P. Ael. Aug. lib. Onesimo et C. Salvio Seleuco.

Romae (VI 10234 vidit Bormann). — 1) *Supra scripti.* — 2) *Cf. supra N. 5386 not. 1.* — 3) *Intellege agrum publicum.* — 4) *Supra scripto.* — 5) *Supra scriptus.* — 6) *Veneant.* — 7) *Nostrae.* — 8) *Supra scriptam.* — 9) *Condiciones quas Marcellina dixit, decretumque collegii de ea re postea factum, male contaminata videntur (Momms.).* — 9ª) *Cf. Huelsen Roem. Mitth. 1903 p. 21.* — 10) *A. 153.* — 11) *Natali.* — 12) *Nostri.* — 13) sportulas *vocabulum errore his positum (v. 8 et 9).* — 14) *Quinquennali perpetuo.* — 15) *Denarios.* — 16) *Immunibus.* — 17) *Singulis.* — 18) *Curatoribus.* — 19) *Placuit.* — 20) *Nostram.* — 21) *Assium.* — 22) *Sextariorum.* — 23) *Sic scriptum est etiam N. 7214 v. 8. Cf. Consent. p. 396, 26 Keil (gramm. L. VI).* — 24) *Cf. Ovid. fast. 2, 617 seq.; C. I. L. I p. 386 ed. 1 = p. 310 ed. 2.* — 25) *Cf. VI 10248:* die ... violae. — 26) *Supra scriptis.* — 27) Dies rosationis *C. VI 10239, sed* XII k. Iunias; *item VI 10248.* — 28) *Supra scripta.* — 29) *Sunt.* — 30) *Haec quoque perturbata a scriptore parum perito (Momms.).*

7214 .... [*Iulius*] Aelianus ius scholae tetrastyli | .... Aug., quo conveniretur a negotiantibus | .... eboraris dedit.

(Perierunt multa)

(4) [*Item*] placere, ut si alius quam negotiator eboŕarius aut citriarius [*p*]er | (5) [*fr*]audem curatorum in hoc collegium adlectus esset, uti curatores eius | (6) [*cau*]sa ex albo raderentur ab órdine. Debebunt utique curatores de eo | (7) [*que*]m adlecturi fuerint, ad quinq.[1] re[*fe*]rre.

(8) [*Placere*] item, uti k. Ian. strenuam *(sic)* X V[2] ex arca n.[3] a curatoribus n.[4] IIII sui cuiusq. | (9) [*anni et m*]ustacium[5] et palma et carica et pir[*a*] ... osch ... [*darentur. Item*] VIII[*I kal.*] Febr.[6] | (10) [*natali Ha*]driani Aug. sportulae darentur X V, et a curatorib. praestari pl[*a*]c. | (11) .... [*pan. et*] vin[*um et*] caldam passive[7] iis, qui ad tetrastylum epulati fuerint.

(12) [*Item ... natali I*]uli Aeliani sportulae ex arca darentur X $\overline{III}$ et a cur. | (13) [*pan. et vinum et caldam pas*]sive praestari placuit iis qui ad tetrastylum epulati | (14) [*fuerint. Item ..... natali I*]uli Flacci fili sportulae ex arca darentur X $\overline{III}$ et a curatorib. | (15) ... [*et caldam passiv*]e praestari placuit iis qui ad tetrastylum epulati fuerint.

(16) [*Item uti*] ..... sport. ex arc. darentur X III et pan. et vin. et cald. passive iis | (17) [*qui ad tetrastylum epulati*] fuerint. Item placere uti cena rec[*ta*][8] III idus Aug. die imperi[9] | (18) [*Hadriani Aug.*] ...... sport. dare[*n*]tur a curat. n. IIII sui cuiusq. anni. |

(19) [*Item placere*] .... a X .. omnibus annis divideretur. Item | (20) [*curatores quaterni omnibus*] annis fierent ex albo per ordinem. Item placere | (21) .... t sui anni commoda cuncta acciperent. |

(22) .... [*supere*]sset in arca corporis, curatores dividerent aequis | (23) [*portionibus*] ...... inferrent centesim. datis a curatorib. sing. | (24) ...... item placere uti adlecti ... ne eod. anno praestarent | (25) [*et pariter sumpt*]us ab utrisq. erogentur .... Item placere [*uti* | (26) *quisquis adlectus e*]sset, inferret arcae X ..

Romae rep. trans Tiberim (VI 33885 vidit Huelsen Roem. Mitth. 1890 p. 288; cf. Gradenwitz Zeitschr. der Savignystiftung f. Rechtsg. Rom. Abth. 11, 1890 p. 72 seq.).

— 1) *Quinquennales.* — 2) *Denarii quinque.* — 3) *Nostra.* — 4) *Numero.* — 5) *Cf. Cato re r. 121; Iuvenal. 6, 202.* — 6) *Cf. vit. Hadr. 1, 3.* — 7) *Cf. supra N. 5186 not. 4.* — 8) *Supplevit Hirschfeld (cf. Marquardt Privatl. p. 208. 210).* — 9) *Cf. supra N. 318 not. 4.*

7215 ob merita | Claudiae Hedones et memori|am Ti. Claudi Himeri fili eius | cultores Herculis universi iu|rati per I. o. m. Geniumque imp. | Caesaris Nervae Traiani Aug. | Ger. ita censuerunt: | placere sibi posterisque suis, | uti quodannis in perpetuum | VI idus Febr. natale Ti. Clau|di Himeri colerent vesce|renturque in templo Her|culis; quod si ita non | fecissent, tunc eo an|no quo cessatum fuisset, | hi cultores Herculis qui | in titulo marmoreo scri|pti sunt posterique eorum | inferrent cultoribus | imaginum Caesaris n., qui | sunt in vico strament. annuos SII CC n. | Item . . . . | mat. *(reliqua non perscripta. Supra patera, simpulum, clava Herculis; infra culter et crater).*

Prope S. Omèro in Piceno, ad ecclesiam S. Mariae a Vico, agri fortasse Asculani vel Truentini (Eph. ep. 8, 210 = Notizie degli scavi 1885 p. 167 vidit Barnabei).

Acta de tollendo collegio funeraticio.

7215[a] Descriptum et recognitum factum ex libello qui propositus | erat Alb.[1] maiori ad statione[2] Resculi, in quo scriptum erat | id quod[3] i. s.[4] est: |

Artemidorus Apolloni, magister collegi Iovis Cerneni, et || Valerius Niconis et Offas Menofili questores collegi eius|dem, posito hoc libello publice testantur: | ex collegio[5] s. s.[6], ubi erant ho[*m.*] LIIII, ex eis non plus | remasisse ad Alb., quam quot h.[7] XVII; Iulium Iuli quoque, | commagistrum suum, ex die magisteri sui non accessisse | ad Alburnum, neq. in collegio; seque eis, qui pre|sentes fuerunt, rationem reddedisse, et si quit | eorum abuerat[8], reddedisset sive funeribus || et cautionem suam, in qua eis caverat, recepisset; | modoque autem neque funeraticis sufficerent | neque loculum aberet[9], neque quisquam tam magno | tempore diebus, quibus legi continetur, convenire | voluerint aut conferre funeraticia sive munera: |

seque i[*d*]circo per hunc libellum publice testantur, | ut, si quis defunctus fuerit, ne putet se colle|gium abere aut ab eis aliquem petitio|nem funeris abiturum. ||

Propositus Alb. maiori, V idus Febr. imp. L. Aur. Vero III | et Quadrato cos.[10] | Act. Alb. maiori.

Triptychum ligneum (tabellae tres ligneae quae libellum efficiebant paginarum sex, quarum quattuor, secunda ad quintam, cera illitae et stilo scriptae), rep. in aurifodinis antiquis prope Verespatak, ubi vicum Alburnum Daciae fuisse ex hoc aliisque similibus triptychis apparet (III p. 924—927 cum imaginibus; vidit Zangemeister). Repetivi libelli paginas 2 et 3, quae filo fuerunt clausae (exemplum interius); ab iis vix differt id quod scriptum est in paginis 4 et 5 (ex. II); nisi quod

pag. 5 addita sunt nomina testium septem. — 1) *Alburno.* — 2) stationem, 3) quot *ex. II.* — 4) *Infra scriptum.* — 5) collegis *ex. II.* — 6) *Supra scripto.* — 7) *Homines.* — 8) *Habuerat,* 9) *haberet.* — 10) *A. 167.*

Tabulae patronatus.

Huius generis acta municipalia habes supra N. 6105 seq.

7216 imp. Caes. M. Aurelio | [*Commodo*][1] Antonino Aug. Pio | Felice VI, M. Petronio Septimi|ano cos.[2], | X kal. April. in templo collegi fabrum | et centonariorum[3] Regiensium. | Quod referentib. P. Saenio Marcellino et C. Aufidio | Dialogo quaestoribus v. f.[4] | Tutilium Iulianum, virum et vita et modestia et | ingenita verecundia ornatum et liberalem, | oportere collegi nostri patronum cooptari, ut | sit ceteris exemplo iudici nostri testimonium, | q. f. p., d. e. r. i. c.[5]: |

Salubri consilio tam honesta relatione[6] a quaestorib. | et magistris collegi nostri factam et singuli et uni|versi sentimus, et ideo excusandam potius honesto viro | Iuliano huius tardae cogitationis nostrae necessitat. | petendumq. ab eo, libenter suscipiat collegi n.[7] patronal.[8] | honorem tabulamque aeream cum inscriptione huius decre[*ti i*]n domo eius poni. Censuerunt.

Regii Lepidi rep., tabula aenea (XI 970 descripserunt Regienses complures saec. XVI/XVII). — 1) *Vocabulum periisse, rasura sine dubio, pars auctorum indicavit.* — 2) *A. 190.* — 3) *Cf. N. 7236. 7250 cet.* — 4) *Verba fecerunt (quaestores).* — 5) *Quid fieri placeret, de ea re ita censuerunt.* — 6) *Honestam relationem.* — 7) *Nostri.* — 9) *Patronalem.*

7217 Ap. Claudio Iuliano II, L. Bruttio Crispino | cos.[1] | X kal. Feb. | in schola collegi fabrum civitatis Volsiniensium, quem *(sic)* coegerunt | T. Sossius Hilarus et Caetennius Onesimus q̄q̄.[2], ibi[3] idem q̄q. verba fecer.: | Quanto amore quantaque adfectione Laberius Gallus pp., v. e.[4] erga | collium *(sic)*[5] n.[6] agere instituerit, beneficia eius iam dudum in nos | conlata confirmant; et ideo Anchariam Lupercam, uxorem | eius, filiam Anchari quondam Celeris b. m. v.[7], cuius proles et | prosapia omnibus honoribus patriae n̄. sincera fide func|ta est, in honorem eorum et pro morum eius castitatae | et iam priscae consuetudinis sanctitatae patronam | collegi n. cooptemus, statuam etiam ei aeream iuxta eun|dem Laberium Gallum maritum suum in schola collegi n. | ponamus, q. d. e. r. f. p., u. i. c.[8]: Recte et merito retulisse | q̄q̄.[2] n̄n̄.[9] ut Anchariam Lupercam, honestam matronam, sanc|te indolis et disciplinae, caerimonis etiam praeditis[10] feminam | in honorem Laberi Galli p. p., e. v., mariti eius, patroni collegi | n̄., et in memoriam Anchari quondam Celeris, patris eius, | dignissimam patronam cooptemus, statuamque ei aeream | in schola collegi n̄. iuxta eundem Laberium Gallum maritum | suum ponamus, ut

eius ergaa *(sic)* nos pietas et nostra erga eam vo|luntas publica etiam visionem[11] conspiciatur; tabulam quo|que patrocinalem in domo eius adfigi.

Volsiniis rep. a. 1882 in ruderibus aedium aetatis Romanae, tabula aenea (XI 2702 vidit Bormann). — 1) *A. p. Chr. 224* (cos. *vocabulum collocatum in fine versus primi).* — 2) *Quinquennales.* — 3) Q·QI·BI·I·DEM *aes.* — 4) *Primipilaris, vir egregius.* — 5) *Scr.* collegium. — 6) *Nostrum.* — 7) *Bonae memoriae viri.* — 8) *Quid de ea re fieri placeret, universi ita censuerunt.* — 9) *Nostros.* — 10) *Scr.* praeditam? — 11) *Visione.*

7218 *(protome Minervae galeata; Medusa)* L. Valerio Maximo et M. Acilio Glabrio|ne cos.[1], non. Ian., | colonia Iulia Felicae Pisauro, in schola deae | Minerve Aug. col. fabr.[2] collegae univer|si convenerunt. Q. u. c. v.[3] facta sunt: | plena obsequia amoris numeri nostri in claritatem domus | Petroni Victorini c. i.[4] patroni nostri demonstrari gloriosum est, quippe cum | dignatio [*e*]ius in omnibus prona provocet, ut et Setinam Iustam c. f.[5], coniu|gem eius, incomparabilis pudicitiae, plurimo numero filiorum gloriantem, de | quorum genere cum aetate eorum crescit felicitas, patronam nobis | cooptari, Petronium quoque Aufidium Victorinum iun.[6] pari modo sicu|ti et maiores fratres eius cc. pp.[7] abere nos in numero laetamur, eum quoque | cooptatum patronum prono consensu adscribi gloriae, et ex hoc gaudium nn.[8] | amplificari; placere: pro generis claritate proque senatoria dignitatis[9] | [*Petr*]oni Victorini c. i.[4], cuius inconparabili amore[10] et in numerum nostrum dig|natione[11] licet impares, tamen obsequio dignitati eius in omnibus parentes | nec aliquit pretermittentes prono animo et voto properamus, cum et Setinam | Iustam c. f. coniugem eius patronam set et Pe[*t*]ron[*i*]um Aufidium Victorinum | iun. filium eorum, sicuti et fratres eius, patronum nn.[8] cooptasse nos per decre|tum insinuamus, quod offerri eis per qq.[12] nn.[8] set et plurimos collegas placuisse | hocque testimonium incidi in tabulam aeneam et quam primum eis offerri ut in | plenum intellegentes amorem numeri nostri perpetua gloria ornare et fo|vere nos dignetur[13]. | Censuer.

Pisauri rep. inter rudera aedificii Romani, tabula aenea fastigiata (XI 6335 vidit Bormann). — 1) *A. 256.* — 2) *Collegii fabrum.* — 3) *Quod universorum consensu verba.* — 4) *Clarissimi iuvenis.* — 5) *Clarissimam feminam.* — 6) *Nomina ostendunt hunc esse oriundum ab Aufidio Victorino consule iterum a. 183 (cf. supra N. 1129 not. 3), quem Pisaurensem fuisse titulus N. 1129 demonstrat, et Aufidio Victorino consule a. 200.* — 7) *Clarissimos pueros.* — 8) *Numeri nostri.* — 9) *Scr.* dignitate. — 10) *Amori*, 11) *dignationi.* — 12) *Quinquennales.* — 13) *Scr.* dignentur.

7219 impp. Licinio Valeriano | Aug. IIII, Licinio Gallieno Aug. III | cos.[1], idibus Martis. | Quod coeptum studi[2] iuvenum | cultorum[3] dei Herculis maiores | retulerunt patronum cooptandum[4]: | plus speramus beneficia uberiora | pos[5] se[6] consequituros cuius in praete|rito summa *(sic)* dignationem sensimus, et ide|o cooptamus Rutilium Viatorem pa|tronum cum iis qui infra s. s.[7] Nonium Gra|tilianum c. v.[8] et Egnatium Sattianum

c. v.[8] | plerosque splendidos equites Romanos | et concuriales eiusdem Viatoris, qui nos | dignatione sua et merita provocavit. | [*C*]ui offerri per Num[*i*]sium Numisia|num[9] Attic. et maiores eorum.

Beneventi rep., tabula aenea, nunc Parisiis (IX 1681 cf. Eph. ep. 8, 812 vid ectypum). — 1) *A. 257.* — 2) *Cf. supra N. 6501 not. 2.* — 3) *Cf. N. 7303 cet.* — 4) *Omittitur hoc loco nomen eius qui honorari debuit. Ceterum passim oratio hiat et confusa est.* — 5) *Post (postea).* — 6) *Rectius* nos. — 7) *Scripti sunt.* — 8) *Clarissimum virum.* — 9) Numisium Numisia|num *Villefosse*, Numerium Numerianum *priores.*

7220 P. Cornelio Saeculare II et Iunio Donato II[1] | cos. kal. Iulis, | Sentini cum in scola sua freques numerus coll. fabr. | Sentinatium convenissent, numerum abentibus | C. Iulio Martiale et C. Casidio Rufino qq.[2] et referentib. | ipsis: semper [*e*]t[3] in praeteritum ita splendidissimum n. n.[4] | conisum esse, ut adfectione splendoris sui in singulos | quosquae condignos merentes exibeant[5], vel maxime | in honore adque dignitate Memmiae Victoriae quon|dam indoles[6] m[*e*]moriae femine, matris numeri nostri, | proorsus usquaeque[7] esse provectum nomen domus | eius, ut per ordinem generis sui omnes in numerum n. | patroni in collegium nostrum appellarentur, optan|da[*q*]ue erant, ut omnes universisquae[8] incolumes in | numerum nostrum viderentur, et quoniam vir splen|didus Coretius Fuscus patronus numeri debeat ex|emplo pietatis parentium et matris honorificientia, | itaque si omnibus videretur tabula aeream ei offer|ri, q. f. p., d. e. r. i. c. c.[9]: | gloriosam esse relationem b. b. v. v.[10] qq.[11] collegi n., | et ideo cum sit Coretius Fuscus splendide natus, ut | potius honorificientiae nostrae modum intel|legat necessaque *(sic)* sit ei tabulam aeream titulis | ornatam scriptam offeri *(sic)* petique ab eo, hanc | oblationem nostram libenti animo suscipe|re dignetur, legatosque in eam rem fieri qui | qui[12] digne prosequantur Titratium Ampliatum, Orfium Veri|tatem, Aemilium Victorem, Bebidium Iustum, Casidium Mart[*i*]a|lem, Iulium Martialem, Casidium Rufinum[13], Bebidium Ienu|arivium *(sic)*, Aetrium Romanum[13], Casidium Clementinum, Aetrium | Vernam[14], Vassidenum Favorem, Casidium Iustissimum, Sa|trium Verecundum, Statium Velocem[13], Veturi. Celerinu.

Romam adlata c. a. 1728, reperta sine dubio Sentini, est in museo Capitolino, tabula aenea (XI 5748 vidit Bormann). — 1) *A. 260.* — 2) *Quinquennalibus.* — 3) it *tabula.* — 4) *Numerum nostrum.* — 5) *Oratio confusa, ut passim in hac tabula.* — 6) *Orationem hiare coniecit Bormann; Victoriam dici 'indolis memoriae' feminam putat Buecheler mus. Rhen. 1902 p. 326, conferens Corp. Gloss. Lat. II p. 80, 54: indolis ἐπίπονος σπουδαῖος; p. 81, 3.* — 7) *Usquequaque.* — 8) *Universique.* — 9) *Quid fieri placeret, de ea re ita cuncti censuerunt.* — 10) *Bonorum virorum.* — 11) *Quinquennalium.* — 12) *Dele alterum* qui. — 13) *Cf. supra N. 4215 (not. 5).* — 14) *Idem etiam in collegio centonariorum (N. 7221).*

7221 Imp. Gallieno Aug. IIII et Volusiano cos.[1] | XV kal. Septem-

bres | Sentini in triclini.[2] domus c. c.[3], numerum habenti|bus sequella eiusdem colleg., ibi referentibus Casidio | Severo patre n. n.[4] et Heldio Peregrino parente: cum sit | oportunum crebris beneficiis et adfectionem amoris | [*erg*]a n. n.[5] exibentibus adsistere et munificentia | [*eo*]rum sicut oportunitas testimonium perhiberet, | [*re*]munerare, igitur si cunctis videtur Coretium Fuscum, | [*sp*]lendidum decurione patriae n.[6] sed et patronum trium | coll. principalium[7] et Vesia Martinam coniugem eius | patronam, sed et Coretiu Sa[*b*]inum filium eorum iam prid[*e*]m | patronos per duplomum a numero n. cooptàtos, nunc tabulam | aeream patronatus eis offerri, ut merito honore pro meri|tis innotescat, q. f. p., d. e. r. i. c. c.[8]: Quod in praeteritum Coreti Fusci patroni Vpsiaesiae[9] Martine | patrone et Coreti Sabini fili eorum erga amore beneficia praes|tita susceperimus, nunc etiam in futurum non dissimilia, quae | nunc sentimus, perpetuo ex domum eorum processura pari adfec|tionem speramus atque ideo consentiri relationi b. b. v. v.[10] Casidi | Severi patris n. n.[4] et Heldi Peregrini parentis et ad remunerandam | eorum benevolentia, quo lautius adque pulchrius digne honorem | sibi oblatum suscipere dignentur, decretum et in tabula aerea | perscriptum eis, qua et a nobis profectum est legatosque | fieri placuit, qui hanc tabulam digne prosequi[11] | Satrius Achilles, Satrius Clemens, | Voesidenus Marcellinus, Vassidenus Verinus[12], | Casidius Severus, Aeldius Primus, Heldius Peregrinus, | Brittius Maximus, Aelius Honoratus, Appolulus[13] Hilarianus, Aetrius | Terminalis, Gavius Felicissimus, Satrius Ianuarius, Casidius Romu|lus, Aetrius Verna[14], Satrius Ursus.

Romam adlata una cum ea quae praecedit, et ipsa sine dubio Sentini reperta, tabula aenea (XI 5749 bis descripta saec. XVII). — 1) *A. 261.* — 2) *Triclinio.* — 3) *Collegii centonariorum.* — 4) *Numeri nostri.* — 5) *Numerum nostrum.* — 6) *Nostrae.* — 7) *Videntur significari collegia fabrum, centonariorum, dendrophorum* (colleg. III *supra N. 1367; t. Asisinas XI 5416). Cf. supra N. 6647. 6691. 6726, cet.* — 8) *Cf. N. 7220 not. 9.* — 9) *Scr.* Vesiae. — 10) *Cf. N. 7220 not. 10.* — 11) *Scr.* prosequantur. — 12) Vassiden. Verus *supra N. 4215.* — 13) Proluius *alterum apographum; fortasse fuit* Appoleius. — 14) *Idem etiam inter fabros, N. 7220.*

Una cum hac et ea quae praecedit videtur reperta esse tabula XI 5750.

7222 L[*i*]menio et Catullino | connss.[1] V idus Apr. | [*I*]ul. Caninio pat. | merent[*i*]ssimo. Prin|cipatus[2] ob splendorem domus | tuae, pat.[3] honori[*fi*]centis|sime, offerimus tibi cunc|ti tesseram pat.[4] | fabri subidiani[5], quem | libenti animo iube[*mu*]s[6] | suscipi offerentes | rectores Clod. Augendus, | Cur. Innocentius, | Iun. Germanus.

Cordubae (II 2211 semel descripta saec. XVII). — 1) *A. 348.* — 2) *Erit fortasse qui 'merentissimo principatus' iungere praetulerit (Huebn.).* — 3) *Patrone.* — 4) *Patronatus.* — 5) *Subaediani, cf. infra N. 7259—7262. 7678; Mommsen bull. inst. 1853 p. 30; Marucchi bull. comunale 1877 p. 257.* — 6) iubens *traditum.*

7223 [*i*]mp. Caes. | [*T.*] Aelio Hadr. | Antonino Aug. | Pio p. p., | [*c*]orpus cento|nari[*orum*][1] | indu[*lgentia ei*]us | [*c*]ollegio hominum | [*centum? dumtax*]at | [*constituto*][2].

Hispali (II 1167 vidit Huebner). — 1) *De centonariis cf. infra ad N. 7242 seq.* — 2) *Supplevit Mommsen, conferens Plinium ep. ad Trai. 33,3: tu, domine, dispice an instituendum putes collegium fabrorum dumtaxat hominum CL. Adde fr. Vat. 233.*

7224 Sabinae[1] | August. | *//////*[2] | magistri quinquennales | collegi fabrum tignar. lust. XXIII[3]: | Q. Numisius Maritimus[4], | M. Valerius Felix, | A. Larcius Carus, | T. Flavius Onesimus, | L. Naevius L. f. Pal. Philipp[*us*], | Q. Hortensius Tyrannus, | Q. Lollius Herma, | in magisterio defunctus[5].

Romae (VI 996 cf. 31220[a] vidit Bormann). — 1) Sabinae *nomen in litura repositum,* 2) *versus erasus.* — 3) *De principio huius numerationis nihil certi ex hoc titulo videtur statui posse, quia Sabinae nomen non est ex primitiva scriptura. (Fastos VI 10299 Huelsenus attribuit collegio fabrum tignuariorum urbano collegitque id institutum esse a. u. c. 747; sed res est incerta cf. VI 30703). De lustris collegii fabrum tignuariorum Ostiensis cf. supra N. 615 (not. 4). 1428. 3776. 6165 (not. 4). 6166. 6167, infra N. 7237.* — 4) *Idem VI 25107.* — 5) *Apparet unum ex iis quorum nomina praecedunt in huius locum fuisse suffectum, numerumque ordinarium magistrorum fuisse senarium. Ostiae collegium fabrum tignuariorum ternos magistros habuit (N. 615. 1428).*

7225 imp. Caesari M. Aurelio | Antonino Aug., | imp. Caes. L. Septimi Severi Pii | Pertinacis Aug. Arabici Adiaben. | Parthici maximi p. p. filio, | coll. fabr. tignarior.

(In latere dextro):

[*quinquennales*][1]:
Serviliu s Zen...
C. Iulius C. fil. Arn. Saturnin.
Apuleius P. f. Filumenus[2]
Monnieniu s Priscu s
Iuliu s Chrysi o
Annaeu s Philetu s[2]
honorati
Minisiu s Primitivu s
(sequuntur nomina quindecim)

[*decuriones*]:
. . . .
. . . .
Cornelius Iul . . . .[3] [*ind.*] . .
Munatiu s Epictetu s ind.[4] XX
Metelliu s Venianu s ind. VI
Luriu s Martiali s ind. XIIX[5]
Aeliu s Crescen s ind. XV
Caeciliu s Felicissim. ind. XLIX
(deinde post alia nomina decem)
Pomponiu s Papianu s ind. XXXIX[6]
Thoraniu s Honoratu s ind. III[6]
Gelliu s Secundin. ind. XLVI[6]

(In latere sinistro):

(nomina, quibus similiter adscribitur ind. *cum numero, plus triginta, in his postrema)*
Aureliu s Partheniu s ind. I
C. Iul. C. f. Expeditu s ind. XLVII
Iuliu s Secundu s ind. XXIII
Fonteiu s Pretiosu s ind. LIII
scribae[7]:
Valeriu s Ste...
Valeriu s Karicu s
Tuceiu s Herme s
Monnieniu s Tudienu s
Marsenu s Castu s
Mustiu s . . . .

Romae, incertum quo loco urbis reperta (VI 1060 = 33858 vidit Smetius). — 1) *Album est collegii fabrum tignuariorum urbani, in quo recensentur quinquennales sex, honorati (cf. N. 7232) sedecim, decuriones sexaginta, scribae sex. Ex aliis albis eiusdem collegii supersunt N. 7226 et VI 33856.* — 2) *Apuleius Philumenus et Annaeus Philetus sunt etiam in albo N. 7226, sed inter decuriones.* — 3) *Cornelius Iulianus etiam N. 7226 inter decuriones.* — 4) *In decuria?* — 5) *Lurius Martialis*

etiam VI 33856, sed cum numero LIIX; *videtur igitur diversus esse.* — 6) *Hi tres sunt etiam N. 7226 cum iisdem numeris.* — 7) *Scriba fabrum tignuariorum Ostiensium supra N. 6150.*

Aliorum collegiorum matriculas dedi supra N. 3840. 4060. 4215. 5084. 5246. 6174. 6175. 6176; cf. N. 6122[b].

7226 decuriónes[1] a cós.[2]

[*XXX*]V[3] T. Manliu s Ennianu s[4]	VII D. Iuliu s Musaeu [*s*]
. . . . P. Aeliu s Persicu s	XXXIX P. Pomponiu s Papianu [*s*][5]
. . . . C. Pautin a Lamyrianu s	IIII C. Apuleiu s Philumenu [*s*][6]
. . . . L. Orciviu s Maritali s	III C. Thoraniu s Honoratu [*s*][5]
(et alia nomina complura)	XXII Q. Annaeu s Philetu [*s*][6]
	XLVI M. Gelliu s Secundinu [*s*][5]
	(et alia nomina complura)

Romae in foro (VI 10300 = 33857[a] *vidit Henzen). In alia parte eiusdem lapidis postea incisus est titulus Maxentii VI 1220 = 33857*[b]. — 1) *Decuriones esse collegii fabrum tignuariorum apparet collata N. 7225.* — 2) *A consulibus decuriones dici mirum est; Mommsenus contulit praefectos fabrum a consule, et coniecit, fieri posse, ut decuriones fabrum tignuariorum creati sint a consule sive a consulibus.* — 4) *Numerus suppletus ex alio albo eiusdem collegii VI 33856, in quo est (a v. 12)* XXXV Manlius Ennianus. — 5) *Hi tres redeunt N. 7225, inter decuriones, cumque iisdem numeris.* — 6) *Apuleius Philumenus et Annaeus Philetus etiam N. 7225, sed inter quinquennales.*

De fastis quinquennalium collegii alicuius VI 10299 vide N. 7224 not. 3.

7227 nomina collegi fabrum tig[*nuariorum*] . . . .

patroni:
Q. Nunniu s Montanu s
Q. Valeriu s Proculu s
Q. Valeriu s Proculu s fil.
Fabriciu s Festu s
(et alia nomina decem)

Numisi[*u*]s Tacitus pater collegi
bisselliarius[1]

decuriones:
A. Octaviu s Faustu s
L. Aniniu s Faustu s
(et alia nomina tria; post spatium vacuum)
T. Flavius Proculus
Q. Albatius Corinthus haryspex
Q. Albatius Verna scriba
L. Tettius [*G*]lycon medicus
L. Tettius Apollonius medicus
C. Iuliu s Italicu s
C. Iuliu s Math o

(sequebantur alia nomina non pauca)

Sarzanae prope Lunam (XI 1355[a] *vidit Bormann). Eiusdem albi videtur esse fragmentum XI 1355*[b]. — 1) Dec. primus, bis(*elliarius*) magist. coll. *(fabrum) etiam in t. Moesico III 8086.*

7228 D. Haterio Agrippa C. Sul. Galb. cos.[1], | Hilario vil.[2], mag.[3], pos. consules et nomina decur.: |

a. 16 Sisenna Statilio, L. Scribon. cos. |
Hilarus, Vaccio, | Scaripus, Nervius Θ.[4] |

a. 17 L. Pontio[5] Flacco C. Caecilio cos. |
Tiburtinus, Philo Θ.[6], | Capito, Solumarus. |

a. 18 Ti. Caesar. III [*G*]ermanico it. cos. |
Tigranus, Felicio, | Hermippus, Primus Θ.[6] |
a. 19 M. Silio[7] L. Norbano cos. |
Gabinus, Optatus, | Apollonius, Ca[*l*]o|[teim[*us*?]
a. 20 M. [*Valerio M. Aurelio cos.*]
. . . .

In lapicidinis Lunensibus (Carrariae) rep. (I ed. 2 p. 73. XI 1356 vidit Bormann). Collegium, ex cuius fastis fragmentum hoc superest, servorum fuit, fortasse lapicidarum. — 1) *A. p. Chr. 22.* — 2) *Vilicus.* — 3) *Magister.* — 4) *Obiit (Θ hoc loco coniunctum cum ultima littera vocabuli praecedentis).* — 5) *Debuit esse* Pomponio *(cf. supra N. 5283).* — 6) *Cf. not. 4.* — 7) *Debuit esse* Silano *(cf. supra N. 5283).*

7229 pro salute Augg. | Genio fabrum[1] | M. Aur. Timon | Aug. col. Apul.[2] et | mag. coll. s. s.[3] pe|cunia sua fec. | L. d. d. d.

Apuli Daciae sine dubio rep., est Maros-Nemeti (III 1016 vidit Mommsen). — 1) *Geniis collegiorum dicatos titulos habes etiam N. 6178. 7059. 7066—7068. 7083. 7138. 7263. 7264.* — 2) *Augustalis coloniae Apulensis.* — 3) *Magister collegii supra scripti.*

7230 C. Iulius Severus ob ho|norem magisteri | coll. fabrum Silanum | pecunia sua fecit | Muciano et Fadiano[1] cos.[2]

Aquinci (Budae) rep. (III 3580 vidit Mommsen). — 1) *Scr.* Fabiano. — 2) *A. 201.*

7231 colleg. fabr. | P. Sextilio P. f. | Primiano | ob quaesturam | fideliter ac | liberaliter | gestam, et | Lusiae L. f. | Quintulae eius, | et P. Sextilio | Carpiano fil.

Comi (V 5304 vidit Mommsen).

7232 numini Fortunae col. fa[*brum tig.?*] | M. Valerius Feli[*x*] | honoratus collegi eius[*dem*], | quod meritis meis, auctorita[*te*] | magistror., decret. honorat. | et decurionum, commodis dup[*licatis*] | donum d. d.

Romae (VI 3678 descr. C. L. Visconti).

7233 coll. fabr. | dec. III[1] | M. Aurel. | Fortunatus | ob duplam | sportulam | collat. sibi[2].

Sarmizegetusae (in vico Olah-Brettye) (III 1494 aliquoties descripta). — 1) *Collegio fabrum, decuriae tertiae* (ex coll. fabr. dec. IIII *in titulo item Sarmizegetusensi III 1431).* — 2) *Cf.* ob honorem dupli *in titulo eiusdem collegii Sarmizegetusensis supra N. 5548.*

7234 *(leones duo)* Genio dec. | XIII coll. | fabr. | L. (?) Vir. Sa| . . .

Sarmizegetusae (Varhely) rep. (III S. 7905 semel descripta).

7235 . . . .[1] | ob memoriam patris sui dec. VII[2] | collegi fabr. m. R.[4] HS ∞ n. liberalitate | donavit, sub hac condicione ut | quodannis rosas ad monumentum ei | spargant et ibi epulentur dumtaxat in | idus Iulias; quod si neglexerint, tunc ad | dec. $\overline{\text{VIII}}$[3] eiusdem colleg. pertinere debebit | condicione supra scripta.

Ravennae (XI 132 cf. p. 1228 saepius descripta saec. XVI). — 1) *Videtur praecessisse in eodem lapide titulus Marianae Polycarpae, quem non repetivi.* — 2) *Decuriae septimae*, 3) *decuriam octavam.* Dec. XXVIII *eiusdem collegii memoratur in simili titulo XI 126.* — 4) *Municipii Ravennatis.*

7235a d. m. | L. Caesernio | Primitivo | IIIIIv.[1] et dec. col. fab., | et Olliae Primillae | coniug. eius, | leg.[2] ex testament. eor. | dec. IIII coll. fabr., | uti rosas Carnar.[3] ducant, ✕ CC[4], | L. Caesernius | Primitivos | parentib.

Untergamling prope Emonam (Laibach) (III 3893 vidit Mommsen). — 1) *Scr.* IIIIIIv. (IIIIv. *retinet Premerstein Festschr. zu O. Hirschfelds 60. Geburtstage p. 241; cf. N. 7238).* — 2) *Legatis.* — 3) *Carnariis (kalendas Iunias, deae Carnae sacras, significari putat Mommsen).* — 4) *Denariis ducentis.*

7236 [*Au*]r. Quintianus dec. coll. fab. et | [*ce*]nt., qui vixit ann. p. m.[1] LI men. V d. X | [*viv*]us sibi posuit et Aur. Ianuarie | [*co*]niugi suae; cot si quis aeam arcam | [*po*]st mortem eorum aperire vo|[*lu*]erit, in[*f*]er[*et*] decuriae meae ✕ XXV.

Salonis (III 2107 cf. 8589 quatter ut videtur descripta). — 1) *Plus minus.*

7237 T. Flavio T. lib. Hilarioni decur. coll. fabr. ex lustro XV, nungento[1] ad subfrag.[2] lustro XVI, mag. quinq. coll. fabr. tignarior. lustro XVII[3], honorat. ex lustro XIIX, censor bis ad mag. creando[*s*][4] lust. XIX et XX, iudexs inter elect. XII ab ordine lust. XXII, Claudia Ti. f. Prisca viro optimo et Flavia T. f. Priscilla patri optimo.

Romae, reperta Ostiae potius quam (ut narrabatur) in agro Tusculano (XIV 2630 semel descripta saec. XV exeunte, quod apographum servavit Iucundus). — 1) *Intellege unum ex nongentis qui dicebantur cf. Plin. h. n. 33, 2, 31: nongenti vocabantur ex omnibus selecti ad custodiendas suffragiorum cistas in comitiis (quem locum attulit Mommsen).* — 2) *Suffragia (cf. not. 1).* — 3) *Cf. N. 7224 not. 3.* — 4) creando *traditur.*

7238 L. Cincius L. f. Suc. Martialis Vvir[1], | possessor huius monumenti ex testamento L. Mamili | Felicis, decuriae X[2] collegium[3] fabrum tignuariorum parietem dextrum | introitus ollas XXXII donavit eis qui infra scripti sunt, singulis singulas: |

P. Sulpicio Felici decur., | L. Cincio L. f. Pal. Martiali f.[4], | *(sequuntur alia nomina viginti).*

Reliquas ollas X, qui in hac decuria allecti erint, singulas do lego. | Reliquum omnem ius meum quod est in hoc monumento Amatiae Euniae uxori meae et L. Cincio L. f. Pal. | Martiali et M. Amatio Crescenti do possidereque eos iubeo.

Romae (VI 9405 aliquoties descripta saec. XVII). — 1) *Quinquevir (cis Tiberim, ut putat Huelsen C. I. L. VI p. 3469). Cf. Premerstein in 'Festschr. zu O. Hirschfelds 60. Geburtstage' p. 238.* — 2) *Decimae. De decuriis collegii fabrum tignuariorum Ostiensis cf. supra N. 1428. 6165.* — 3) *Scr.* collegii. — 4) *Filio (scilicet donatoris). Nota tribus diversas patris et filii.*

Decurio conlegi fabrum ferrarium *(Romae) est supra N. 1915.*

7239 M. Allius | Apollonius | faber tignuarius, | mag. in fam., praef., dec.[1], | vix. an. LX.

Romae (VI 9409 vidit Detlefsen). — 1) Magister in familia, praefectus, decurio (Hirschfeld Gall. Stud. III p. 15 not. 1). Alius praefectus fabrum tignuariorum supra N. 7188.

7240 d. m. | C. Valeri Socratis | m.[1] quinquennalis | collegi fabrorum | tignuariorum lustri XXVII.

Roma ut videtur Florentiam adlata (VI 9406 vidit Henzen). — 1) Magistri.

7241 loc. sep. | sodalicium | fabr. tig. | in fr. p. . ., | in ag. p. XX.

Prope Forum Sempronii rep. (XI 6135 bis descripta).

7242 M. Octavius M. l. | Attalus, centonar. | a turre Mamilia[1]. ‖ M. Octavius M. [*l.*] | Marcio, | mag. conleg. centon. ‖ P. Veturius P. l. | Minio; | Calpurnia Ɔ. et | Octavi l. Salvia.

Romae rep. non multum a Laterano, tres tituli in uno lapide iuxta positi (VI 33837 descr. Gatti Bull. comunale Rom. 1888 p. 398). — 1) Cf. Fest. p. 178 s. v. October equus; Paulus p. 131.

7243 L. Octavius L. l. Secundus | maior, mag. quinq. | conl. cent. lustri XI et | decurio, | vixit ann. LV; | L. Octavius Primigenius, vixit ann. LVIII; | L. Octavius Secundus vixit ann. , | fratres, viatores[1] coll. centonariorum.

Romae ad viam Salariam in columbario rep. (VI 7861 servavit Dominicus Giorgi auctor accuratus). — 1) Cf. N. 7350 not. 1.

7244 collegio | centonariorum | *//////////////////* | cum basi marmorea et ceriolarib. | duobus aereis habentibus effigi|em Cupidinis tenentis calathos | L. Sextilius Seleucus decurio d. d., | hoc amplius ark. rei p. collegii s. s.[1] | donum dedit $\overline{\overline{X}}$ V[2], ut ex usuris | centesimis[3] eius quantitatis, | quae efficit annuos $\overline{\overline{X}}$ DC, die | VIIII kal. Octobr., natali divi | Augusti, erogentur ex ark.

Romae (VI 9254 viderunt Henzen et Bormann). — 1) Arkae rei publicae collegii supra scripti. — 2) Scr. X $\overline{V}$ (denariorum quinque milia). — 3) Sc. menstruis.

7245 . . . [*V*]ales e[*t*] . . s Adauc[*tus* | *m*]agistri col. vet[*e*|*r*]anoru centonari|oru i. s. p.[1]

Carnunti rep. (III 4496ᵃ cf. 11097 viderunt Mommsen et Kubitschek). — 1) Impensis suis posuerunt.

7246 Ti. Claudius | Ti. Claudi | Epaphroditian. | vet. leg. VII Cl. p. f. | fil. Astylus | dolabrar. col. fab.[1] | vivos fecit sibi et | Iuliae Dionysiadi | coniugi | bene de se mer. *(in latere intuenti sinistro mulier stolata cum corona, in latere dextro iuvenis palliatus d. centonem fortasse tenens, s. dolabram).*

Prope Aquileiam rep., est Venetiis (V 908 vidit Mommsen). — 1) Dolabrarius collegii fabrum. De dolabris Dig. 1, 15, 3, 3; Hirschfeld Gall. Studien III p. 10 not. 1. Cf. item ad N. 7252.

7247 d. m. | Iul. Herculanus | dec. scol. fab. iimag.[1], | vix. ann. LXXX, Iul. Viv|enia coniux, Iul. | Marcianus fil. im|mag. scol. fab., vix. | ann. XXVII, Aur. Iuli|us mil. chor. I sag. im|mag., vix. ann. XXX, Iul. | Marcellinus fil., | vexil. scol. fab.[2], vix. | ann. XXV, Iul. Ma|rcia fil., vix. | ann. XIIII, Iul. Er|aclia fil., vix. ann. VIIII, Iul. | Marcelina nep., | vix. ann. IIII, Vive|nia mater se viva f.

Prope Drobetam (Turn-Severin) rep. (III 8018 vidit Domaszewski). — 1) *Item imaginifer (Dom.).* — 2) Vex. [*col*]l. fabro[*r.*] *etiam in t. Sarmizegetusensi III 7900,* vexillarius *(sic perscr.)* collegi fabrum *in t. Salonitano III 8837.*

7248 d. m. | T. Sillio T. lib. | Prisco | mag. colleg. | fabr. $\overline{II}$ et q. $\overline{II}$[1], | mag. et q. sodal.[2] | fullonum[3], | Claudiae Filib.[4] | uxori eius, matri[5] | sodalic. fullon., | T. Sillius Karus et | Ti. Claudius Phi|lippus, mag. et | $\overline{q}$. colleg. fabr., | fili parentib. | piissimis.

Falerione in Piceno (IX 5450 vidit Mommen). — 1) *Quaestori iterum.* — 2) *Sodalicii.* — 3) *Corpora fullonum etiam supra N. 3127. 3362.* — 4) *Philippae?* — 5) *Aliae matres collegiorum supra N. 4061. 6724. 7220; III 1207. IX 2687.*

7249 dis manibus | L. Trebio Fido quinquennali | collegi | perpetuo fabrum soliarium | baxiarium[1] ꝩ $\overline{III}$[2] qui consistunt[3] | in scola sub theatro Aug.[4] Pompeian. | et immuni Romae regionibus $\overline{XIIII}$, | sibi et | Trebiae Ammiae uxori et | libertis libertabus | posterisque eorum omnibus. | Taberna cum aedificio et cisterna | monimento custodia cedit | lege publica, uti liceat itum aditum ambit. | haustum aquae ligna sumere.

Romae (VI 9404 vidit Henzen). — 1) *Baxeae calceamentorum genus, de quo Marquardt Privatleben der Römer (ed. 2) p. 594 not. 14; cf. Plaut. Menaechm. 391; Apul. met. 2, 28, Florid. 1, 9; Tertull. de pall. 4, de idol. 8; Isidor. or. 19, 34, 6. 13:* — 2) *Centuriarum trium.* — 3) *Cf. N. 1798. 3062. 7021 cet.* — 4) *Nota theatrum Pompeianum appellari Augusti.*

7250 .... | et dis cum Iove | C. Atilius C. f. Ouf. | Tertulli[*n*]us | pon[*tif.*] et c[*ur*]at. | arc.[1] coll. fabr. et cent. m. M.[2] ann. | LXX[3] et allect.[4] eidem | coll. et centurio Ɔ VII[5], | cum Atilia C. f. Veneria | coniug. v. s. aram | cum aedicula.

Caponagi (non procul a Monza et Mediolano), iam Mediolani (V 5738 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Curator arcae. Curator arcae Titianae eiusdem collegii supra N. 6730.* — 2) *Municipii Mediolanensis.* — 3) *Significatur annus septuagesimus collegii fabrum et centonariorum Mediolanensis, similiter V 5578. 5612, fortasse etiam supra N. 6730 (not. 4).* — 4) *Allectus.* — 5) *Centuriae septimae. De centuriis duodecim collegii illius cf. supra N. 6730 (not. 7); Mommsen C. I. L. V p. 635. De alio collegio Mediolanensi centuriarum duodecim cf. supra N. 6731 (not. 2). De centuriis Augustalium Puteolanorum supra N. 6330.*

7251 Lucili | Domestici | Valeriani | option.[1] cent. III | [*e*]x coll. fabr. et | cent., qui vixit an|nis XXVIIII dies | VIIII hor. III, | Lucilius Domesticus | [*p*]ater filio incompara|bili. | [*P*]ater mihi fecit quod | [*e*]go patri debui.

Casate, iam Monzae (V 5701 vidit Mommsen). In lateribus carmina, quae non repetivi (Buecheler 103). — 1) *Optiones collegiorum raro inveniuntur; cf. N. 1634. 1635. 1708.*

7252 L. Apicio | Bruttidio | Stericho | VIvir. urb.[1], | quaestori | anni primi, | cur.[2] praesidi, | et Albuciae | Sex. fil. | Exoratae eius, | centuria centonar. | dolabrar. scalar[*i*]or.[3] | L. d. d. c.[4]

Clivii prope Arcisate in territorio olim Comensi (V 5446 semel descripta saec. XVI). — 1) *Alii seviri urbani N. 7253. Alibi non inveniuntur. Cf. Mommsen C. I. L. V p. 565.* — 2) *Curiae (Momms.).* — 3) *Cf. O. Hirschfeld Gallische Studien III p. 10 (act. min. acad. Vindob. 1884).* — 4) *Locus datus decreto collegii.*

7253 T. Tadius | T. f. Ouf. | Catianus | VIvir urb.[1], | q. collegi | centonarior. | anni quo curia | dedicata est, | sibi et Tadiis | Cassiano et | Secundo fil. | VIvir. urb.[1] et | Terentiae Valerianae | uxori. L. d. d. c.; | et in tutel. | ded. HS ∞.

Clivii prope Arcisate in territorio olim Comensi (V 5447 semel descripta saec. XVI). — 1) *Cf. N. 7252.* — Magister coll. centonariorum *III S. 10335.*

7254 Cl. Pompeius | Faustus[1] dec. | col. Aq., aedil., | IIviral., praef. | coll. fabr. item|que patronus, | duxit coll. s. s. | in ambulati|vis V kal. Aug. | *! ! ! ! ! ! !*

Aquinci (Alt-Ofen) rep. (III 3438 vidit Mommsen). Initio in exemplo antiquissimo adhaerent verba I. o. m. pro salute, *quae videntur separanda esse, certe hodie non extant in hoc lapide.* — 1) *Idem posuit titulum Aquincensem III 10475.*

7255 M. Aurel. | Chrestus | ob hono|rem patro|nat. coll. | fabr. col. | Apul. ad ex|truction. | aetomae | ded. HS n. $\overline{\text{VI}}$.

7255[a] pro salute Augg. [*nn.*] | L. Sept. Severi Pii Pert. et M. | Aur. Antonini impp. L.[1] P. Sept. Getae Caes.[2], coll. centona|rior. scholam cum aetoma | pecunia sua fecit, dedicante | L. Pomp. Liberale cos. Dac. III[3].

Prope Apulum Daciae (III 1212. 1174 hanc Vindobonae vidit Mommsen). — 1) *Videtur scribendum* et. — 2) *Getae nomen erasum.* — 3) *Consulare Daciarum trium.*

7256 ex s. c. | schola Aug. colleg. fabror. | tignuar. impendis ipsorum ab in|choato extructa, solo dato ab T. Fu|rio Primigenio, qui et dedic.[1] eius HS $\overline{\text{X}}$ n̄. ded., | ex cuius summ. redit. omnib. annis XII k. August. | die natalis sui epulentur.

Tolentini (IX 5568 vidit Mommsen). — 1) *Dedicatione.*

7257 Fabriciae | Centoniae | Arethusae uxori | optimae et Chresime | filiae carissim. | Fabricius Centonius | collegiorum[1] lib. | Cresimus *(sic).*

Brixiae (V 4422 vidit Mommsen). — 1) *Scil. fabrum et centonariorum, unde ipsius et uxoris nomina. A fabris tignuariis manumissi Tignuarii, cf. VI 27414.*

7257[a] [*d.*] m. s. | [*Col*]legio Fa|bricio[1] Cl|audia Roga|tina marit|o p[*io*] fecit, | vixit annis LV.

Lambaesi (VIII 3545 vidit Wilmanns). — 1) Libertus fuit collegii fabrum (fortasse transmarini, deficientibus in Africa collegiis fabrum), unde traxit nomen.

7258 d. m. | Venuleia | Pelagia | hic adq.[1], | fil. matr. piiss. | M. Naevius M. f. | Gal. Restitutus | mil. coh. X pr. h. aq.[1], | qui reliq. testam. coll. | fabr. naval. Pís.[2] stationi | vetustiss. et piiss. HS IIII | n., ex cuius reditu pa|rental. et rosar.[3] quot|ann. at sepulchrum | suum celebrent. Quot | si factum ab eis non | esset, tunc ea ipsa con|dicione fabr. tig. Pis.[4] | accept.[5] pro poena a | fabr. nav. HS IIII n. ipsi | celebrare debebunt.

Pisis (XI 1436 descr. saec. XVI Petrus Victorius). — 1) Hic adquiescit. — 2) Collegio fabrum navalium Pisanorum. Corpus fabrum navalium Ostiensium habes supra N. 6137. 6172. — 3) Rosaria. — 4) Fabri tignarii Pisani. — 5) Acceptis.

7259 Sex. Fadio P[*ap.*] | Secundo Mu[*sae*] | omnibus ho[*norib.*] | in colonia N[*arbo*]|nens[*i fu*]ncto, [*flam.*] | primo [*Aug. templi*] | novi[1] Narbo[*ne*], | fabri subaedia[*ni*][2] | Narbonenses | patrono ob merita | eius. | L. d. d. d. *(In latere sinistro)* exemplum epistulae | Sex. Fádi Pap. Secundí Músae | in verba infra scríbta. |

[*Fádi*]us Secundus collégió fabrum Narbónésium salútem. | Plúrimis et adsiduis ergá mé meritis vestris referre grátiam | [*quam*]quam difficile est, quó tamen amóri vestró grátissimum sciam | [*fore*][3] modó largítionis, inter liberós et clárissimum nepótem Iúcundum[4] | [*seste*]rtia sedecem *(sic)* míllia nummum V k. Maias prímás die nátálí meó | [*ar*]cae vestrae inferam eaque dié úsúrás tótíus anní computátás | [*ass*]e octónó[5] pernumerábo. Quo vel grátíus sit múnusculum meum | [*porro*] a pietáte vestrá peto, ut úsúrás eius summae eá die | [*hones*]tissimó habitú inter praesentés et epulantés in perpetuum | [*divi*]dátis, neque ea summa in ullum alium usum convertatur, | [*cum et*] há[*c*] epistulá caveam et deinceps tabulis meis cauturus | [*sim, ut*] sí condicio [*supra scripta?*] mutáta vel omissa fuerit, | [*ea pequnia ad . . . . pe*]rtineat vel sí in petendá pequnia | [*ii diff*]erant, ad físcum maximí principis. |

[*Hanc vo*]lúntátem meam, sí modo probáveritis, et vestram | [*adsen*]siónem utí aereae tabulae inscalptam[6] ante aedem | . . . . propónátis et in basí statuae quam mihí posuistis | [*latere de*]xtró scríbátis, impensissime peto, | [*quo cer*]tior futúrae observátiónis in désíderió meó probátio sit. |

[*Deinde?*] manú Fádií Secundí subnotátum erat: | [*acta i*]ta (?) e mandáto. Scríbsí kalendís Octóbribus Orfító et | [*Priscó c*]os.[7] Epistulam pró perfectó instrúmentó retinébitis. | [*Val*]ére vós cupio, dominí optimí et karissimí mihi. |

[*Huius liber*]alitátis in perpetuúm cónservandae et | [*celebr*]andae grátiá fabri subaediáni[2] Narbónésés | [*exemplum cu*]m tabulá aereá conlátum ante aedem loco | [*celeberr*]imó pónendum césuérunt.

Narbone (XII 4393 p. 846 vidit Hirschfeld). — 1) *Sic supplevit Allmer revue épigr. 1, 157, templum novum post incendium, quo Antonino Pio imperante oppidum deletum est (cf. C. I. L. XII p. 521), exstructum esse probabiliter coniciens. Cf. praeterea supra N. 6964.* — 2) sub aed- *lapis. Cf. supra N. 7222 not. 5.* — 3) *Supplevit Mommsen revue épigr. 1, 192.* — 4) *Adstantibus filiis et nepote.* — 5) *Intellege: assibus octonis (menstruis, pro denariis centum). Cf. Billeter Gesch. des Zinsfusses p. 198.* — 6) *Cf. Huelsen Phil. 56, 1897 p. 391 not.* — 7) *A. 149.*

7260 [*B*]ultiae Hortensiae | Surdiniae Antoniae | [*Post*]umae flam. perp., | [*curi*]ae(?) universae et | [*cent*]onari (?) et subaedian. | [*ob a*]tsiduam et frequen[*t.* | *in*] universos cives suos | liberalitatem. | L. d. d. d.

Zaghuan agri Tunetani (VIII 10523 cf. 12424 ad exemplum Tissotii).

7261 d. m. | Felici ex | corporae | subaedia|norum[1], | item ex cor|porae per|severan[*tium*] | . . .

Romae (VI 33875 vidit Muenzer). — 1) *Similiter VI 9559.*

7262 d. m. | Suro | numulario | amici | subaediani | f. c. r.[1]

Antii (X 6699 vidi). — 1) *Fecerunt.*

7263 Genio[1] splendidissimi corporis fabrorum tign. | [*it*]emque artificum tectorum[2], Claudius Myron e[*t*] | . . entes . . . . . erga memoriam Clau[*di*] . . .

Lugduni (XIII 1734 vidit Hirschfeld; quae in parte aversa lapidis scripta sunt de custodia sepulcri ut videtur, omisi). — 1) *Cf. N. 7229.* — 2) *Artifices tectores cum fabris tignuariis communem locum sepulturae habuisse suspicatur Allmer.*

7264 Genio et | honori | utriclarió r.[1] | Aurel. | Eutyche[*s*] | et Ant. | Pelagius im|munes d. s. d., et | [*Au*]rel. Marinus. L. d. d. v.[2]

Viennae (XII 1815 vidit Hirschfeld). — 1) *Collegia utriculariorum habuimus iam N. 5748. 6985. 6986. 7030. 7034. 7035.* — 2) *Utriclariorum* (?).

7265 Herculi Aug. | L. Sentius Bantius, | M. Baeb[*ius R*]usticus | M. Octaviu[*s Ono*]mastus, VIvi[*ri*] | ex summis hon[*ora*]riis quas colle[*gio*] | nautarum[1] debuerant, adi[*ectis*] | HS ∞∞ CC, posuerunt.

Mantuae (Pais n. 669 vidit). Ad Arilicam (cf. supra N. 6711) pertinere coniecit editor. — 1) *Collegia nautarum etiam supra N. 4615[d]. 6986. 7028 cet. 7147.*

7266 Ti. Claudio Esquil. Severo | decuriali lictori, patrono | corporis piscatorum et | urinator.[1], q. q. III eiusdem corporis, | ob merita eius, | quod hic primus statuas duas, una *(sic)* | Antonini Aug. domini n., aliam Iul. | Augustae dominae nostr., s. p. p.[2] | una cum Claudio Pontiano filio | suo eq. Rom., et hoc amplius eidem | corpori donaverit HS $\overline{X}$ mil. n., | ut ex usuris eorum quodannis | natali suo XVII k. Febr. | sportulae viritim dividantur, | praesertim cum navigatio sca|pharum diligentia eius adquisita | et confirmata sit, ex decreto | ordinis corporis piscatorum | et urinatorum totius alv. Tiber., | quibus ex s. c. coire licet[3], s. p. p.[2] *(In latere)* dedic. XVI k. Sept. Nummio Albino et Fulvio Aemiliano

cos.[4], | praesentibus | Iuventio Corneliano et | Iulio Felicissimo | patronis, | quinquennalib. | Claudio Quintiano et | Plutio Aquilino, | curatorib. | Aelio Augustale et | Antonio Vitale et | Claudio Crispo.

Romae (VI 1872 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Ad idem corpus pertinent VI 29700. 29702, fortasse etiam 1080, item ut videtur 29701; corpus urinatorum etiam in t. Ostiensi supra N. 6169.* — 2) *Sua pecunia posuit.* — 3) *Similis permissus memoratur supra N. 335. 1164. 3399. 4966. 6172. 7190. C. I. L. VI 29691. X 1643. 1647. 5198. XIV 10* (?). *168. 256. Cf. Waltzing corporations professionelles I p. 125.* — 4) *A. 206.*

7267 d. m. C. Turius C. f. Lollianus. Quitquit[1] ex corpore mensorum machinariorum[2] funeratici nomine sequetur, reliqum penes r. p. s. s.[3] remanere volo, ex cuius usuris peto a vobis, college, uti suscipere dignemini, ut diebus sol[*l*]emnibus sacrificium mi[*h*]i faciatis, id est IIII id. Mart. die natalis mei usque ad Ӿ XXV, parentalis Ӿ XIIS flos rosa Ӿ V; si facta non fuerint, tunc fisco sta[*t*]ionis annonae duplum funeraticium dare debebitis.

Romae (VI 9626 semel descripta circa a. 1500). — 1) *Apparet haec desumpta esse ex epistula Lolliani (cf. N. 7259).* — 2) *Cf. N. 7268.* — 3) *Rem publicam supra scriptam (sc. rem publicam corporis mensorum machinariorum).*

7268 Q. Iulio Q. f. Pal. | Herculanio Tauro | honorato immuni, | mesores machina|ri frumenti publi|ci[1] in solacium | Q. Iuli Tauri patris | eius, qq. | perpetui, ob merita | ipsius.

Romae rep., est Parmae (VI 33883 vidit Bormann). — 1) *Idem corpus posuit titulum supra N. 3399. De variis corporibus Ostiensibus mensorum frumentariorum cf. supra ad N. 6155.*

7269 [*imp. Caesari* | *divi Hadriani f.*] div. | Traiani Parthici n[*ep.*] | divi Nervae pronep. | T. Aelio Hadriano | Antonino Aug. Pio | pont. max., trib. potest. VII[1], | imp. II, cos. III, p. p., | corpus | pistorum[2]. *(In latere dextro)* praef.[3] | L. Valeri Proculi[4] *(supra modius spicis repletus). (In latere sinistro)* curantibus | M. Caerellio Zmaragdo, | L. Salvio Epicteto quinq. II, | quaestoribus | C. Pupio Firmino[5] II, L. Calpurnio Maximo *(supra lapis molaris).*

Romae (VI 1002 vidit Smetius). — 1) *A. 144.* — 2) *Corpora vel collegia pistorum etiam N. 1242. 3816. 6165. 6176[a].* — 3) *Praefectura (sc. annonae).* — 4) *Cf. supra N. 1341 (not. 5).* — 5) *Idem Vestae posuit titulum supra N. 3313.*

7270 imp. Caes. divi Hadriani f., | divi Traiani Parthici nepoti, | divi Nervae pronepoti, | T. Aelio Hadriano Antonino | Aug.[1] pont. max., trib. pot. VIIII[2], | imp. II, cos. IIII, p. p., | scaphari qui Romulae[3] | negotiantur, | d. s. p. d. d.

Hispali (II 1168 vidit Huebner). Gemellus est titulus M. Aurelii Caesaris, supra N. 355. — 1) Pio *omissum est errore quadratarii.* — 2) *A. 146.* — 3) *I. e. Hispali. Scapharii Hispalenses etiam N. 1403. De corporibus Ostiensibus ad navigationem pertinentibus cf. supra N. 6140. 6146 (not. 11). 6163 (not. 2). 6171. 6173—6176. 7277.*

7271 L. Cornelius L. f. Sulla pro cos.[1] | de pequnia quam conlegia[2] | in commune conlatam[3].

Deli in basi statuae (III 7235 misit Homolle). — 1) A. u. c. 667. Cf. supra N. 869ª cum not. — 2) Collegia mercatorum Deli consistentium etiam supra N. 865. 866. 3206. — 3) Sc. obtulerunt (Sullae).

7272 C. Iulio C. f. Caesar.[1] | pro cos., olearei[2].

Deli ante portam horrei cuiusdam (III S. 14302ᵇ descr. Jouguet bull. corr. hellén. 1899 p. 73). — 1) Pater Caesaris dictatoris, cf. supra N. 47 not. — 2) Olearii etiam supra N. 6146, mercatores olearii N. 1342.

Titulos quos negotiatores posuerunt magistratibus habes supra N. 865. 867. 868. 891. 892.

7273 L. Calpurnio L. f.[1] Capitolino | C. Calpurnio L. f. !!!!!!! |
mercatores qui Alexandr. Asiai Syriai negotiantu[r].

Puteolis, iam Neapoli (X 1797 vidit Mommsen). — 1) Fortasse idem X 1613.

7274 . . . . | . . . . . nul . . . . . | Cn. Minati. C. [*l*.], | P. Pomponi. M. l. | magistreis | conlegi | mercatorum | coeraverunt | . . . . | . . Calpurnio | cos.[1]

Capuae rep. (I 563. X 3773 semel descripta saec. XVIII). — 1) A. u. c. 642? 643? Ad antiquiores consules Calpurnios (a. 621) vel ad recentiores (inde ab a. 687) referre vetat cum sermonis proprietas tum titulorum una repertorum (cf. ad N. 5561. 5734. 6302) similitudo (Momms.).

7275 incola[*e*] opificesq. dedere, | magis[*t*.] coirave[*re*][1], | Q. Popilius C. l., | L. Pupius L. l., | C. Manneius Q. l.

Senae Gallicae (XI 6211 semel descripta saec. XV). — 1) Cf. N. 3083. 3127. 3206. 3340. 3682 cet.

7276 collegio Liberi patris et Mercuri | negotiantium[1] cellarum vina|riarum novae et Arrunti|anae Caesaris n̄., Cinnamus, imp. Nervae Caesaris | Traiani Aug. Germ. servos ver|na dispensator, ob immunitat.[2] | d. d. Cura agentibus ann. prio.[3] | Ti. Claudio Zosimo et Sex. Caelio | Agathemero, Licinio Sura II̅ Serviano II̅ cos.[4]

Romae rep. in alveo Tiberis (VI 8826 cf. p. 3463 vidit Henzen). — 1) Collegium negotiantium fori vinarii (Ostiae) supra N. 6168. — 2) Scilicet ob immunitatem concessam ei a collegis. Cf. N. 7264 cet. — 3) Anno priore? — 4) A. 102.

7277 L. Scribonio Ianuario | negotianti vinario, | item naviculario cur. corporis maris Hadriatici[1], | L. Scribonius Festivus | frater et | M. Manlius Callicarpus | socer fecerunt, | et lib. libertab. Scriboni posterisque eorum.

Romae (VI 9682 vidit Henzen). — 1) Idem corpus supra N. 6146.

7278 d. m. | P. Clodius Athenio | negotians salsarius[1], | qq. corporis negotiantium | Malacitanorum[1], et | Scantia Successa coniunxs eius, | vivi fecerunt sibi et liberis suis et | libertis libertabusque suis posterisque eorum. | In fronte p. XIII, in agro p. XII.

Romae (VI 9677 cf. p. 3477 aliquoties descripta saec. XVI ineunte). — 1) *Cf. Strabo 3 p. 156: Μάλακα .... ταριχείας ἔχει μεγάλας.*

7279 d. m. | M. Senni Metili [*T*]reve|ri, negotiatori | corporis splendi|dissimi Cisalpino|rum et Transalpino|rum[1], eiusdem cor|poris praef., fabro tig|nuario Lug., et Senniae | Iullae coniugi eius dul|cissimae vivae, paren|tibus merentissimis | fili heredes f. c. | et sub ascia dedic.

Lugduni (XIII 2029 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. infra N. 7527.*

7280 Laribus Augusti[*s*] | collegium struc[*torum*].

Romae ad montem Palatinum, Caelium montem versus, rep. (VI 444 aliquoties descripta saec. XVI).

7281 Concordiae | collegi | brattiariorum[1] | inauratorum | Q. Hordionius | Primigenius, | Q. Hordionius | Pannychus | s. p. d. d.

Romae (VI 95 vidit Henzen). — 1) *Cf. infra inter titulos opificum et artificum (N. 7688).*

7282 conlegei secto[*rum*][1] | serrarium[2].

Romae (I 1108. VI 9888 servavit Sirmondus). — 1) *Cf. supra N. 3547.* — 2) *Cf. Corp. Gloss. Lat. II p. 360, 62: λιθοπρίστης serrarius lapidarius.*

7283 [*A. F*]ourius A. l. | [*Se*]leucus mag. quin. | [*c*]onlegei aurificum. ‖ Fouria A. l. | Crematium.

Romae (VI 9202 vidit Smetius).

7284 ..... | ...anus ad ... | duomvir | conlegi anulari[1] | locum sepulchr. m., | in fronte pedes XXV, | in agro pedes XXV, | de sua pequnia | conlegio anulario[1] | dedit.

Romae (VI 9144 solus descr. Pighius). — 1) *Fortasse intellegendum collegium anulariorum (δακτυλιουργῶν; cf. inter titulos opificum, N. 7637).*

7285 M. Caelius Alexander ta|bulam marmoream d. d. | stationi serrariorum[1] | Augustorum[2].

Italicae rep., est Hispali (II 1131 vidit Huebner). — 1) *Serrarii videntur memorari in titulo eiusdem loci II 1132. Cf. N. 7282.* — 2) *Serrarii Augustorum Italicenses lapicidinas imperatorum fuisse indicant (Huebn.).*

7286 Vitulus argentarius | caelator, ann. XXIII, | hic situs est, | cura conlegi fabri. argentar. | et conlegi Caesariensium crescent.[1] | Terra ti[*b*]i levis sit.

Caesareae in Mauretania (VIII S. 21106 vidi ectypum). — 1) *Intellegi adcrescentes, sive filios collegiatorum iure hereditario ad collegia patrum pertinentes, putat Mommsen.*

7287 d. m. s. | Ti. Claudio Sabino | sodales aerari | a pulvinar.[1] b. m. f., | vix. annis XXV | mens. VI diebus III.

Romae, nunc Neapoli (VI 9136 vidit Mommsen). — 1) *Cuius generis pulvinar significetur (an imperatorium Circi maximi, cf. infra N. 7500; Suet. Aug. 45, Claud. 4?), item qui fuerint sodales aerari, obscurum (cf. Waltzing corporations professionelles IV p. 6).*

7288 d. m. | Antistiae | Ↄ. l. Delphidis | tesser. lignar.[1] | sodalici | marmorarior.

Taurinis, deinde Reani (V 7044 vidit Promis). — 1) *Tesserariae lignariae (sic videtur intellegere Momms. l. c. p. 1200).*

7288[a] d. m. s. | L. Arrius | Secundus | vix. ann. XVII, marmorari | convive[1] fecer.

Cataniae (X 7039 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 7310. 7311.*

7289 salvo Aug. | felices cal|carienses.

7289[a] Iulius Pappario et Alfius Maxi|mus sodalibus calcaresibus | d. d. ex voto.

Romae (VI 9223. 9224 cf. p. 3469 vidit Huelsen).

7290 d. m. | Haec loca sunt | lanariorum | carminator.[1] | sodalici, | quae faciunt | in agro p. C, | ad viam p. LV.

Brixelli rep., est Mutinae (XI 1031 vidit Bormann). — 1) *Cf. Plin. h. n. 11, 77. 19, 18; Blümner Technologie der Gewerbe bei Griech. u. Römern I p. 107.*

7290[a] Accepto Chiae | servo | lanari pectinar. | sodales posuere.

Brixiae (V 4501 vidit Mommsen). — *Ephesi fuit συνεργασία τῶν λαναρίων (Herm. 7, 1873 p. 31).*

7291 d. m. | C. Corn|eli Seve|ri | impensa | collegi | Mercuri | vestiari|or., vix. | an. XI.

Volubili in Mauretania Tingitana (VIII S. 21848 Villefosse vidit ectypum).

7292 d. m. | Aurelio Iovino ex | collegio sacca|riorum[1], qui vixit | annis XLV, Aure|lia Primilla vir|ginio infelicissi|moi *(sic)* | fecit.

Žrnovnica prope Salonas rep. (III S. 14642 Hirschfeld vidit ectypum). Similis titulus III S. 14643. — 1) *Cf. N. 6178 (not. 2). De collegiis τῶν σακκοφόρων cf. Ziebarth griech. Vereinswesen p. 102.*

7293 T. Mettio Poti|to vix. a. XVIII, | coll. mul. et | asinar.[1]

Potentiae in Lucania (X 143 vidit Kaibel). — 1) *Collegium mulionum et asinariorum.* Colleg. mulion. *in t. Carthaginiensi Revue arch. 1898 II p. 136 n. 43 (posito cursori Caesaris servo).*

7294 loc. sep. don. | C. Valgius Fuscus con|legio iumentarior. | portae Gallicae | posterisque eor. omnium | et uxoribus concubinisq.

Foro Sempronii (XI 6136 vidit Bormann).

Collegius iumentariorum huic cippo locum dedit *est in titulo vici Martis Tudertium XI 4749;* in tutel(*am*) HS CCCC ded. coll(*egio*) iument. *in t. Brixiano V 4294 (= Orell. 1383).*

7295 . . Metilio | . . f. Ouf. | [*M*]essori | [*c*]ollegium | [*iu*]mentario[*r.*] | portae | [*Ve*]rcellinae | [*e*]t Ioviae, | [*b.*] m. | [Lo]c. dat. | ab | [*p*]ossessoribu[*s* | *vi*]ci Bardoma[*g.*][1].

Mediolani (V 5872 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6375.*

7296 d. m. | Ti. Cl. Zosimus et Plautia Zosime | vivi sibi fecerunt suisque | libertis libertabusque posterisque eorum, | ne de nomine exiat nostrorum | aria maceria cincta circu monimentum | cum omne iure suo quam fecerunt; | quod siqui ultimus ex nomine nostrorum | posterorumque eorum alienare boluerit, | damnas esto collegio iumentariorum qui est | in cisiaris[1] Tiburtinis Herculis[2] IIS L m. n. | Viximus annos ut puto sine cuiusquam fraudem. | Ab hoc monumento dolus malus abesto. | Ti. Cl. Andreas consumavit. | In fr. p. XXVI, in ag. p. XXXVI.

Prope Romam rep. ad viam Tiburtinam (VI 9485 bis descripta). — 1) *Cisiarii supra N. 3683. 5382. 5384; cf. etiam N. 6146 (not. 14).* — 2) *Qui consistebant Tibure ad templum Herculis (N. 3414 seq.).*

7297 [*dis m*]anibu[*s* | *Ti. Cla*]udi Aug. lib. | [*Ac*]rati Claudia | . . . conl. carissimo, | [*e*] conlegio scabillariorum | decuria VI[1].

Romae rep. in Esquiliis (VI 33194 ed. Gatti Notizie degli scavi 1888 p. 186). — 1) *Cf. supra N. 5271 (not. 2).*

7298 Cominiae | L. fil. | Vipsaniae | Dignitati | c. f., | collegium | capulatorum[1] | sacerdotum | Dianae.

Allifis (IX 2336 vidit Mommsen). — 1) *Collegia caplatorum habuimus supra N. 1909. 5784. 6244. Cf. Eph. ep. 8, 591. Schola quaestorum et caplatorum fuit in urbis Romae regione tertia (Notit. urb.).*

7299 C. Pomponius Zoticus collegio | Apollinario d. d.

Cumis rep., iam Petroburgi, litteris punctis indicatis, in ventre vasis aerei olearii (X 3684. XI 3080 viderunt Henzen et G. Wilmanns).

7299[a] L. Spedius | Rhodinus | sodalibus suis | Martialibus.

Interpromii in Paelignis (IX 3065 bis ut videtur descripta).

7300 d. m. | Haevelpisti | Beneaccipioni[1] | collegius Dia|nes.[2] de domu publica.

Prope Volsinios (Bolsena) rep. (XI 2720 vidit Bormann). — 1) *Videtur signum esse Euelpisti (Borm.).* — 2) *Dianesium.*

7300[a] d. m. | L. Terentio | Fido | et Noviciae | contuber|nali eius, | collegius con|pitalicius *(pecten, acus, speculum).*

Prope Faesulas rep., est Florentiae (XI 1550 vidit Bormann).

7300[b] d. m. | Ianuario L. Iuli Frontonis, | Helius actor et Legas ser. | filio pientissimo fecerunt, | itemque collegius agellanus | bene merenti.

In Aequiculis ad S. Ippolito rep. (IX 4129 vidit Dressel).

7301 d. m. | Arac[*y*]ntho | Petron[*i*] Pris|ci tril. lati|clavi servo, | collegia | Herculis | et Dianae | fecerunt.

Goettweig in Norico (III 5657 cf. 11798 p. 2286 descr. Ladek).

7302 dis manibus | iuenes a fano | Iovis | sibi et suis.

Aginni Nitiobrigum (Agen), cf. N. 5118 (XIII 913 vidit Hirschfeld).

7302[a] iuventuti | Artanorum | posuit collegium.

Calvatone inter Mantuam et Cremonam (cf. supra N. 364), est Mediolani (V 4088 vidit Mommsen).

7303 Fabius Demetrius et Caecilius | Philon aedem cum sigillo | Apollinis iuvenibus Occianis[1] | d. d. d. d.

Romae (VI 26; vidit Dressel). — 1) Occiani *legerat Brunn.*

7303[a] d. m. s. | L. Annaeo Palaestrico | IIIIIIvir., | thiasus Iuventutis | fec.

Naronae (Viddi) (III 1828 p. 1494 viderunt Mommsen et Hirschfeld).

7304 p[*ro s*]alute collegi | Iuventutis[1] et Ulp. Marce|llini et Ael. M[*a*]rcelli | praef. et Maximi et Ursi | patres[2], Gell. Marcelli|nus et P. Ant. Tertius | et Ael. Valerius qq. | coll. ss. ex voto posuerunt | . . . ino Marcell. Valeriu[*s*] *(in latere vir scipionem et volumen, in altero latere viri duo alter baculum alter scipionem tenentes).*

Poetovione rep. (III 4045 p. 1746 viderunt Mommsen et Hirschfeld). — 1) *Cf. supra N. 7083. 7084.* — 2) *Patrum.*

7305 Genio | Aug. sacr. | iuventutis | Manliensium | gentiles qui | consistunt | in Manlia, in hoc | donum dedit | Campanius Acutus | HS n. C. *(In latere mulier galeata, in altero latere mulier sacrificans).*

S. Veit prope rudera Viruni, iam Klagenfurt (III 4779 vidit Mommsen).

7306 iuvenes Fificulani[1] Herculis | cultores: Sex. Aiadius Agatheme., | iuventuti test. reliquit a. pl. m. IVC.[2], | C. Lollius Aper, C. Lollius Montanus, Restitutus Lolli, | *(sequuntur vel sequebantur alia nomina complura tam liberorum quam servorum, in his)* . . . . [*Sat*]urninus pagi | [*praef*]ectus Leiti f.

Paganicae prope Aquilam ut videtur rep., pars est Aquilae in museo (IX 3578 partem vidit Mommsen, recognovit Dressel). — 1) *A pago quodam Fificulano videntur nomen habuisse.* — 2) *Agri plus minus iugera C (Momms.).*

7307 P. Aelio Pamph[*ilo*] | Calpurnia Pam|phile patri | merentissimo | posuit, | ad quod opus | collign.[1] iuvenu[*m*] | Nemesiorum[2] | inpendium dedi[*t*].

Vintii (Vence) in ora Alpium maritimarum (XII 22 vidit Mommsen). — 1) *Collegium. Cf. infra N. 7316* (conlig. piet. *fuit in t. Foroiuliensi XII 286 p. 808).* — 2) *Cave cogites cum quibusdam de civitate nescio qua Nemesiorum (Hirschf.).*

De collegiis iuvenum cf. supra N. 6212. 6215. 6237. 6263. 6264. 6287. 6457 (cum not. 1). 6546. 6555 (cum not. 1). 6589. 6590. 6631—6636. 6715. 7190 (cum not. 1).

7308 Alliae M. [*f.*] | Candidae, | curante | Licinia C. f. | Macedoni|ca matre, | collegium | Anense[1] mai.[2] | clientes et | liberti [*pat*|*r*]onae pos.

Alhambra, non procul ab Anae (Guadiana) fluvii capite (II 3229; Fita bol. de la Acad. de la Hist. 42, 1903 p. 284). — 1) *Ab Ana fl. nomen derivatum esse putat Fita.* — 2) *Maius.*

7308a V. V. B.[1] s.[2] | M. Ulp. At|talus | collector[3] | cognatio|nis[4] ex p. m.[5]

Salonis (III S. 8676 vidit Hirschfeld). — 1) *Explicatio incerta. De Viribus valentibus bonis cogitavit Hirschfeld.* — 2) *Sacrum.* — 3) *Quaglatorem collegii habuimus N. 3026.* — 4) *Cf. supra N. 4105.* — 5) *Pecunia multaticia? (Hirschf.).*

7309 L. Aconio | Agathopo | IIIIIIvir., | convictor. | Concordiae.

Naronae (Viddi) (III 1825 vidit Mommsen).

7309a in h. d. d. | deo Marti | et Victoriae | contubernium[1] Marti cu|ltorum[2] posu|erunt, v. s. | l. l. m.

Augustae Vindelicum (III 5790 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 3286. 6512 not. 6.* — 2) Martis cultorum *XI 1530.*

7310 deo Mag. | conservat. | loci uius *(sic)* | pro salute | sua et suorum | et numero co|nvivi, Aurel|i Valerianus | et Terentia|nus v. l. l. s.

Salonis rep. a. 1896 (III S. 14242 Hirschfeld vidit ectypum).

7311 Iulius Martianus | sibi vivo posuit et | coniugi obsequentissimae suae | Aeliae Cassiae. | Si qui vero post mortem | nostram eandem arcam | aperire voluerit, inferet | convibio[1] veteranorum[2] sive | Martensium[3] $\overline{\times}$ $\overline{C}$[4].

Ravennae vel potius Salonis (XI 136. III S. 14250[1] semel descripta saec. XV). — 1) *Cf. N. 7288a. 7310.* — 2) *De collegiis veteranorum cf. supra N. 6328 not. 1.* — 3) *De Martensibus cf. supra N. 6502—6504 (not. 5).* — 4) *Denarios centum.*

7311a honori C. M|ari Fortina|ti patrono *(sic)* | triclini Elve|niani n. a. r.[1] *(ab altera parte)* Rufine ha|ruspex, di t|e servent cu|m tuis[2].

Neapoli (X 1895 vidit Mommsen). — 1) *Quid significetur his litteris, incertum (extrema aut* R *fuit aut* B*).* — 2) *Versus est senarius (Buecheler n. 27).*

7312 d. m. s. | P. Gavio | Maximo | sodali, | comesto|res[1] *(ascia)* p.[2]

Manaforni in Marsis (IX 3815 vidit Mommsen). — 1) Colleg[*ium*] comesto[*rum*] *posuit titulum eiusdem regionis IX 3693.* — 3) *Posuerunt.*

7312a loc. sep. | convictor. | qui una epulo | vesci solent. | In fr. p. . .[1] in agr. | p. . .[1]

Fani (XI 6244 vidit Bormann). — 1) *Numeri non sunt expleti.*

7313 locus[1] sive is ager | est, qui est via Appia inter | miliarium secundum et $\overline{III}$, | euntibus ab Roma e parte dexteriori, | in agro Curtiano Talarchiano in | praedis Iuliaes Monimes et sociorum, | locus[2] in quo aedificata est schola sub por.[3] | consacrata Silvano et collegio eius sodalic.[4], | mancipio acceperunt immunes et curator | et pleps universa

collegi eius de Iulia Monime | et socis eius sestertio nummo uno donationis | causa tutore C. Memio Orione Iuliaes Monimes, | et ad eum locum itum actum aditum ambitum | sa[c]rificia facere vesci epulari ita lic[e]at | quandiu is collegius steterit. Quodsi aliter | factum fuerit, quod ad collegium pertinet |[4] [Si]lvani, is locus sacratus restituetur | ...... iri(?) sine ulla controversia haec | .... [s]tip[ula]ti[5] sunt.

Romae rep. ad viam Appiam (VI 10231 vidit Henzen). — 1) *Scr.* locum, 2) *dele* locus *(Momms.).* — 3) *Porticu.* — 4) *Sodalicii. Cf. N. 3541.* — 5) *Haec suppleta ex lectione Marinii.*

7314 C. Iulius Helpidephorus Cyrinus patronus sodalicii dii Silvani pollentis voto posuit, qui cum ipse in fabri|cam prior intulerit ss. ∞ ∞ m. n.[1], cum iis qui templum a solo instruxerunt dedicaveruntque a patron. clybim.[2] | Decuria Principal.: | Corinthus, | Felicissimus *(et alia nomina plus duodetriginta).* ‖ Decuria .....: | Balerianus, | Diogenes *(et alia nomina plus duodetriginta).* ‖ Decuria Thymelici *(et alia nomina plus triginta).* ‖ *(A sinistra)* immunes: | Silbinus sen., | Silbinus iun. | *(et alia nomina minime quattuor) (a dextra)* biatores[3]: | Sapardacius, | Filadelfus, | Felicissimus, | ....

Romae, iam Urbini (VI 647 vidit Bormann). — 1) *Sestertium duo milia nummum* (m. *abundat).* — 2) *Non intellegitur.* — 3) *Cf. N. 7350 not. 1.*

Sodalicium Silvani et Larum, eiusque decuriae quattuor, supra N. 3541 (= 1699).

7315 Herculi sacrum | Sextus Aufidius Threp[t]us, | M. Octavius Carpus, | cur. | collegi Herculis salutaris[1] | chortis primae[2] sagario|rum[3], d. d. s. d.[4]

Romae (VI 339 cf. 30741 integram descr. Winghius saec. XVI exeunte, partem secundam praeterea nescio quis saec. XVII). — 1) *Cf. N. 3445.* — 2) *Intellegitur prima ex tribus cohortibus horreorum Galbianorum, cf. N. 1621. 3445.* — 3) *Sagarius de horreis Galbianis VI 33906 (infra N. 7584).* — 4) *Donum de suo dant.*

7316 num. Aug.[1] | deo Merc. | sign. posu|erunt cul|tores col|ligni[2] eius|dem dei, cur. | Ing. Rufo, | v. s. l. m.

7316[a] deo Mercu|rio Iul. Cres|cens sigill. | collign.[2] cult. | eius d. s. d., | v. s. l. m.

Birrens in Caledonia (cf. supra N. 2555) rep., sunt Edinburg (VII 1070. 1069 vidit Huebner). — 1) *Cf. N. 4538 (not. 1).* — 2) *Cf. N. 7307.*

7317 imp. Nervae | Caesari Aug. III cos.[1] | Ti. Claudius | Felix et P. Lollius | Paris allectores[2], | cultores Silvani, | idem immun.

Romae, iam Arimini (VI 950 vidit Bormann). — 1) *A. 97.* — 2) *Allectores collegii habuimus iam N. 4360.*

7317[a] d. m. | Iulio Sever|ino patron|o cultoru|m Dianesi|um benemerenti fec|erunt Ante|stius Victorinus | et Agathemer. | et Asclepiodotus.

Frascati (XIV 2633 aliquoties descripta saec. XVIII).

7318 M. Anto|nius Crescens | locum mille p.[1] d. | amicitiae | Herculani|orum | Herviani[2]|. . . .

7318[a] amicitiae | Herculis | Neriani[2], | in fr. p. C.

Venafri (X 4850. 4851 vidit Mommsen). — 1) *Pedum.* — 2) *Vix videtur dubitari posse quin altero uno loco erratum sit.*

7319 L. Aebutio | Martiali | colleg. | Herculani|orum | p.

Montenero d'Omo prope Iuvanum Frentanorum (IX 2964 descr. Caraba).

7320 v. f.[1] | cultores Herculis | somnialis decuria Ī, | dis manibus | sibi et posterisque suis, | ii qui infra scripti sunt: | Q. Caecilius Q. [*f.*] Gal. Lucceianus, | Q. Caecilius Amandus Aug., | T. Fabius Seppianus *(sequuntur nomina circiter duodeviginti).*

Pisis, iam Florentiae (XI 1449 vidit Bormann). — 1) *Vivi fecerunt.*

7321 sodalicio cultor. | Hercul. L. Domitius | Secundio ob hon. | patroc. s. H.[1] dedit.

Veleiae rep., est Parmae (XI 1159 vidit Bormann). — 1) *Ob honorem patrocinii sodalicii Herculis.*

7322 cultores Hercu|lis | Fabraterni veteres, | cur. C. Vettio Clemente p.[1] | Loc. d. ab C. Titio Decimo p.[1]

Ceccani, ubi fuit Fabrateria vetus, cf. supra N. 6287 (X 5647 viderunt Zangemeister aliique). — 1) *Patrono (Momms.).*

7323 C. Ennius C. l. | Faustillus | sevir Aug., | patronus collegi | cultorum Hercul. | Gagillani[1] | v. f.

Aeserniae (IX 2679 fortasse semel tantum descripta). — 1) *Cf. N. 3444 not. 1.*

7324 loca | sepulture *(sic)* | cultorum | Herculis | Victoris | in fundo | Domitiano, | in fr. p. CXX, | in agr. p. LV, | M. M. Animisii | Priscus, | Priscianus | donaverunt.

Aquini (X 5386 vidit Mommsen). Ex hoc aliisque nonnullis titulis confictus est titulus Orell. 2399 = XI 510.*

7325 loc. | cultorum | Herculis resp.[1] | sub quadriga, | in f. p. XXX, | in agr. p. XXV. | Huic loco | Q. Octavius Commun., | T. Fundilius Quartio | in fr. p. XIIII, in agro p. XXV | donaverunt.

Reate (IX 4673 aliquoties descripta saec. XV. XVI). — 1) *Respicientis (Momms.).*
Cultores Herculis etiam supra N. 6630. 7215.

7326 d. m. s. | cultoribus | Saturni, | in agr. p. . ., | in fr. p. . .

Capriatae agri Venafrani (X 4854 fortasse semel tantum descripta saec. XVII).

Collegia cultorum deorum habuimus praeterea N. 3082. 3183 not. 1. 3440. 3517. 3626. 5466, 2. 6242. 6243. 6253. 6341. 6630 cet.; cf. praeterea N. 4360. 5084 cet.

7327 d. m. | Tutiliae | Laudicae | cultrices | collegi | Fulginiae[1].

Fulginiis (XI 5223 vidit Bormann). — 1) *Fulginia (pro Fulginiis) etiam alibi reperitur (C. I. L. XI p. 754 not. 2).*

Consuplicatrices *supra N. 6273.*

7328 L. Pinario | Optato | cultor. | Larum | Sex. Antoni | Mansueti et | L. Valeri Rufini.

Albae Helvorum (Aps) (XII 2677 vidit Allmer).

7329 collegio | cultor. | statuar. | et clipeor. | L. Abulli Dextri[1]. | Loc. dat. | ab Trebellia Q. f. | Tertulla. | In agr. p. XXVI, | in fr. p. XV.

Aeserniae (IX 2654 vidit Mommsen). — 1) *Idem supra N. 5560[a].*

7330 d. m. | C. Aullio | Amaranto f. | Amarantus | pater | nomine culto.[1] | Geni | Britti Cordi.

Prope Introdacqua, regione Sulmonensi (IX 6320 descr. de Nino). — 1) *Cultorum.*

7331 d. m. s. | Gavolenae[1] | Cypridi ex | coll. Larum | Marcellini[2].

Prope Saepinum (IX 2481 vidit Dressel). — 1) *Scr.* Iav-, *ut est IX 2482.* — 2) Coll. Larum in domo Iulian. *supra N. 5997. De decurionibus similis alicuius collegii vide supra N. 3606.*

7332 deis manibus | M. Fulvii M. l. | Leiti | aram pecunia sua | decuriones domuus *(sic)* | patroni eius[1].

Magliani in Sabinis (IX 4794 vidit Stevenson). — 1) *Patronus hic videtur fuisse M. Fulvius Gillo cos. a. 76, qui in eadem regione deis Penatibus familiaribus posuit titulum supra N. 3596; cf. etiam N. 3875 not. 3.*

7333 d. m. | Hermeroti | arcario, v. a. XXXIV, | collegium | quod est in domu | Sergiae Paullinae[1] | fecerunt, Agathemer. et | Chreste, Arescon | fratri piissimo b. m.

7334 d. m. | L. Sergio | Trophimo | patri piissimo, | Sergia | Eutychia fil. | ex collegio | familiae | Serg. Paulinae | fecit.

Romae (VI 9148. 10263 illam vidit Henzen, hanc de Rossi). — 1) *Sergia Paullina, dives femina sine dubia, filia puto vel soror L. Sergii Paulli consulis iterum a. 168 (Borghesi opp. 8, 506). Idem collegium est etiam VI 9149. 10260—10262.*

7335 d. m. | Eutychia[*e col*]|le[*g*]ium m .... | et mino[*r.*][1] .. [*qui*] | sunt i[*n domo*] | Serg[*iae L. f. Paul*|*l*]ina[*e*] ...

Romae (VI 10264 vidit Henzen). — 1) *De collegio maiorum et minorum cogitavit primum editor Amadutius.*

7336 collegio | salutari[1] | Fortunae | reducis, | Hermes | Cosmi vilici | vicarius | d. d.

Romae in alveo Tiberis rep. (VI 10251 vidit Henzen). — 1) *Cf. ad N. 7339.*

7337 d. m. | M. Iul. Serano | in itinere urb. | defuncto et | sepulto, Coelia | Romula | mater filio | piissimo | et collegium | salutare | f. c.

Condeixa a nova prope Conimbrigam (II 379 aliquoties descripta saec. XVI).

7338 dis man[*ibus sacrum*] | Theseo et Sy[*ro*] .... | ex collegio salu[*tari*] | familiae Valer[*ianae*].

Puteolis rep. (X 1588 semel descripta).

7339 d. m. | Crescenti | Sili Italici[1], | collegium | salutarem *(sic)* | ......

Prope Monte Porzio agri Tusculani rep. (XIV 2653 vidit de Rossi). — 1) *Videtur esse filius poetae consulis a. 68 (Plin. ep. 3, 7, 2).*

Collegium salutare Dianae et Antinoi *habes supra N. 7212 (pag. 1 v. 7), collegium salutare Aesculapii et Salutis N. 3840;* [*collegium sa*]lutare [*f*]amila[*e*] tabellarior. Caesaris n. *est in t. Narbonensi XII 4449. Cf. Traugott Schiess die roem. Collegia funeraticia (Münch. 1888) p. 18.*

7340 sociorum | /////// | in fronte p. X, | in agro p. X.

Romae (VI 10421 cf. p. 3505 vidit Henzen).

7341 Cn. Cinna Magno | L. Valerio Voleso | cos.[1], | a. d. XIII k. Apriles, | ad monumentum sociorum | in conventu habendo[2], curatore | C. Petronio C. f. Fal. Varia[3], actum est | et ita decreverunt. Locum L. Semproni | Ɔ. l. Hilari et ollas V dari adsignari | C. Petronio C. f. Pal. Variae curatori | ob eius officium industriam erga socios | eius monumenti, et sociumq. eum adsciver.

Romae, iam Neapoli (VI 10294 vidit Mommsen). — 1) *A. p. Chr. 5.* — 2) *Expectaveris* conventu habito. — 3) *Idem ut videtur supra N. 2014.*

7342 Q. Supicio *(sic)* | Camerino C. Poppaeo Sabino cos.[1] | curatoribus hisque[2] | L. Munio Gnomone Q. Volumnio Amphione. | Qui recte soci monumenti sunt: | C. Curtius Theotimus, | L. Marcius Philomusus, | M. Remmius Iucundus, | Sestia Rufa, | *(et alia nomina tam virorum quam mulierum viginti et unum, in his decimo loco)* C. Petronius Varia[3].

Romae ad viam Salariam rep. (VI 34004 vidit Gatti). — 1) *A. p. Chr. 9.* — 2) *Hisce.* — 3) *Cf. N. 7341.*

7343 dis | manibus | collegio | Agrippia|no.

Romae (VI 10255 cf. p. 3503 vidit Huelsen).

7344 d. m. | sepulcrum cum solo | et ollariis Anni Phylle|tis et collegi Phylleti|anorum[1], in fronte pe|des XXXX, in agro | pedes XXXX, et itum | et ambitum sui iuris | habet.

Romae (VI 10259 vidit de Rossi). — 1) *Cf. de Rossi Comm. Momms. p. 710. Titulum collegii Pelagiorum dabimus infra inter reliquos sepulcrales.*

7345 d. m. | Epityme|to Aug. l. | ex colleg. | sanctuar.[1] | posuer.

Veronae in museo, ex urbe ut videtur allata (VI 9036 vidit Mommsen). — 1) *Sanctuarii? (De sanctuario principis, quod memorat Sic. Flaccus p. 154. 155 Grom. ed. Lachm., monuit Maffeius mus. Ver. p. 92.)*

7346 Rutilia Prepusa[1] hunc collegium | constituit con L. Cerbario Bono[1] | coniugi suo, lib[e]rtis[2] libertabusque | posterisque eorum.

Romae (VI 10416 vidit Bruzza). — 1) *Iidem homines VI 10417. 14681.*

7347 Hic Eutactus conlegium primus | constituit[1] et ex pecunia publica | hoc monumentum aedificavit. Item | ex decreto decurionum et plebis cultor | monumenti primus . . .

Tibure (XIV 3659 vidi). — 1) *Cf. N. 7346. 7348.* Initiales *collegii alicuius habuimus supra N. 5084.*

7348 d. m. s. T. Flavio | Aug. lib. Trophimo constitu|tori collegi numinis dominorum | quod est sup *(sic)* templo divi Claudi, | qui vixit annis LXXXVII, v. v. v.[1] | aliquando securus sum.

Veronae, Roma ut videtur eo adlata (VI 10251a vidit Mommsen). — 1) *Litterae obscurae (vixi vitam vexatam? Momms.).*

7349 d. m. | Flavi | Aug. lib. Myrtili | Ianuariani | scribae | collegi | magni[1].

Romae, nunc Urbini (VI 10252 vidit Bormann). — 1) *Alius scriba collegi magni est VI 10253. De collegio magno domus imperatoriae cf. supra N. 1505 (not. 3). 1534. 1732. 3543. 7120; VI 33840. Adde fistulam plumbeam XV 7252:* amplissimi collegi mani *(sic).*

7350 d. m. | Ti. Claudio | Onesimo | viatori[1] | collegi magni, | Cl. Zmyrna coniux.

Romae (VI 10254 viderunt Smetius aliique). — 1) *Viatores collegiorum etiam N. 7212. 7243. 7314. VI 5179. IX 6154* (?).

7351 Lixus Lucil.[1], cur. iter., | q.[2] solus, sine suffragis ex | omnium sententia eodem | anno decur. ordine *(sic)*[3] adscitus | et cur. in k. Ian. design., | maceriem alt. p. V adiecit.

Romae (VI 10333 vidit Henzen). — 1) *Lucilianus.* — 2) *Curator iterum, quaestor.* — 3) *Decurionum ordini. Cf. N. 7353.*

Inscriptiones similes dabimus infra inter sepulcrales.

7352

1.

C. Iulio | Glyceroti[1] | Felicis Scapilani[2] f. | dec. II[3], q. II.

2.

Ti. Claudio Aug. l. Felici | Scapulano d. III[4], q. III, quinquennali, inmuni | triplicario, benemerenti, ex consensu decuriae univers. | honoris causa zothecam publice dederunt. | Atimetus l. sua pecunia adornavit.

Romae, pars postea Florentiae (VI 10302 saepius descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Videtur hic manumissus esse a C. Caesare Caligula.* — 2) *Idem ut videtur* Felix Ti. Caesaris Scaplian. *VI 9061.* — 3) *Decurioni bis,* 4) *decurioni ter. Decuriones in his collegiis non perpetui, cf. Schiess die roem. Collegia funeraticia p. 65.*

7353 Anchialus cub.[1], aed., q.[2] ter, in aed.[3] decurio adlectus ex consensu decurionum et familiae voluntate.

Romae (VI 9288 semel descripta saec. XV exeunte). — 1) *Cubicularius.* — 2) *Quaestor.* — 3) *Aedilitate.*

7354 v.[1] Quartio | textor, IIIvir[2], | quaestor, trib.[3] || Hilara minor Midaes, min|istra, simitur[4] cum Mida | sita est in eadem olla. Quartio | gratiam rettulit merentei | Hilarae, quod viva rogavit. | Sepulta est a. d. VI k. Apriles | Ti. Claudio Ner. P. Quinctil. Var. cos.[5] | Mida cubicularius IIIvir hic situs | est. Hilara minor viva rog|avit, ut ossa sua in olla Midaes | coicerentur, cum mort. esset.

Roma Florentiam translata (VI 9290 vidit Henzen). — 1) *Vivus.* — 2) *Triumvir, scilicet collegii servorum, fuit etiam is ad quem pertinet titulus eodem loco extans (in eodem ut videtur sepulcro repertus) VI 9291. Praeterea triumviri collegiorum ignoti.* — 3) *Tribuni in collegiis servorum maxime sepulcralibus etiam alibi reperiuntur: VI 4012. 10311. 10318. 10366. Tribuni et tribunicii collegii magni, N. 1534. 1732 (not. 4). 7120. Tribunus fabrum navalium N. 6172. Cf. Schiess die roem. Colleg. funeraticia p. 62.* — 4) *Simul. Cf. Ritschl opp. 4, 249.* — 5) *A. u. c. 741.*

7355 C. Iulius Aug. l. | Narc[*issus*] a speculáris[1], decu[*r.*] . .[2] | sac[*erdos, in a*]rcam publicam o[*b*] | cért[*amina?*[3] *c*]ontulit HS X̄ et cena|ticum dedit scérdótibus et honó|[*ra*]tis et decuriónib. duplum, item | [*ob de*]dicatión. imáginis sua[*e cenati*]*cu*]m duplum dédit. Huic sacer|dotales decuriónes decréverunt | uti Iú[*lia Egl*]oge cóntúbernális | eius [*in numer*]o decurionum | recit[*aretur*]. *(His respondet in latere positus titulus Iuliae Egloges, sed mutilus).*

Romae, iam Urbini (VI 9044 vidit Bormann). Ex simil vel potius gemello titulo videtur superesse VI 10348. — 1) *Cf. supra N. 1778. 1779.* — 2) *Ad quod collegium hic titulus pertinuerit, non apparet.* — 3) *Supplevit Mommsen.*

7356 Petronia Pelagia p[*l*]eps[1] mensam marmoream rutundam p.[2] decurionibus et plebei de suo donum dedit.

Romae in museo Vaticano, in margine mensae marmoreae (VI 10353 vidit Henzen). — 1) pieps *errore quadratarii. Similiter plebis vocabulum nominibus feminarum adscriptum est in titulis pertinentibus ad monumentum servorum et libertorum Liviae VI 4259. 4260. 4261.* — 2) p. *non intellegitur.*

7357 numini domus Aug. | sacrum, | decuriones in hac | curia[1] qui comveniunt *(sic)* | aram et ariam *(sic)* | silic. s. p.[2] straverunt. | Dedicatum nonis Ianu|aris imperat. | Caesare Augusto[3] | Germanico [X]IIII, | Q. Minicio Ru[*f*]o cos.[4], | curam agentib. Ti. Claudio | Ianuario et Ti. Claudio Excellente | inmunibus [*p*]er[*pe*]tuis a magisterio.

Romae, nunc in insula maiore Balearium (VI 541 vidit Huebner). — 1) *Cf. supra N. 3062 (item 7253?).* — 2) *Sua pecunia.* — 3) *Augusti (scilicet Domitiani) vocabulum et numerus consulatus erasa.* — 4) *A. 88.*

7358 Q. Marcio Barea T. Rustio Nummio Gallo cos.[1] | M. Iulius Thalamus dec. II, q. I[*I*][2], | Hospes Ti. Caesaris Aug. Líciniánus dec. II, q. [*II*] | aram marmoream huic decuriae in sua | quaestura de suo d. d., | idem dedicárunt *(patera). (Paullo infra)* sacrum. *(In tribus reliquis lateribus)* Genio dec. | sacrum *(poculum; culter; urceus).*

Romae, iam Neapoli (VI 244 cf. p. 3004 vidit Mommsen). — 1) *Consules fuerunt sub Tiberio, sed anno incerto; cf. Prosopogr. Imp. Rom. sub Q. Marcio Barea.* — 2) *Decurio iterum, quaestor iterum. Decuriones similium collegiorum habes praeterea infra N. 7418. 7466 7863. 7867. 7873 cet., quaestores N. 7870 cet.*

7359 Stratonice Anthi gemmari[1] | aram Genio huius decuriae d. d.
Romae (VI 245 vidit Henzen). — 1) *Sc. uxor.*

7360 Statilia Ammia hic | sepulta est, quoius sepult.[1] | curam egerunt conleg. | commorient.[2], Cerdo ins[*ul.*][3] | vir eius, Bathyllus atriens[*is*], | Musaeus ost.[4], Eros ins.[3], Philocal[*us*] | unctor.

7360[a] Philologus | cellarius | ex conlegio | commorientes.

Romae rep. in monumento Statiliorum prope portam Praenestinam, de quo monumento cf. infra N. 7407 seq. (VI 6215. 6216 vidit Henzen). — 1) *Sepulturae.* — 2) *Apparet collegium a libertis servisque Statiliorum constitutum commorientium nomen sibi indidisse. (Ad idem collegium videntur spectare N. 7408[a]. 7450.) Cf. Plut. Ant. 71: αὐτοὶ δὲ (Antonius et Cleopatra) τὴν μὲν τῶν ἀμιμητοβίων ἐκείνην σύνοδον κατέλυσαν, ἑτέραν δὲ συνέταξαν ... ἣν συναποθανουμένων ἐκάλουν;* commorientes havete *in t. urbano VI 10414. Adde de vocabulo Terent. prolog. Adelph. 6. 7; Gell. 3, 3, 9.* — 3) *Insularius.* — 4) *Ostiarius.*

7361[a] Philomuso fulloni | colleg. castresem[1], | curatoribus | Daphno sumptuario et | Hedylalo á manú.

7361[b] [*Ca*]llistioni cellar. | conleg. castriense[1], | Daphno sump., Hedylalo | a manu, curatorib.

Romae, haec certe rep. ad viam Appiam, fortasse in sepulcro Volusiorum (cf. ad N. 7405), unde etiam altera potest ablata esse in urbem (VI 7281[a]. 7281 hanc vidit Detlefsen). — 1) *Castrense (origo nominis incerta; cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 1068 not. 2).*

7362 d. m. | . . aquinio *(sic)* | . . . iavio[1] h. in|noc.[2], Marteses[3] | posuerunt me[*r.*], | q. v. a. XXXVI . . *(a sinistra)* discens | Augustia|ni studiis[4] | amore r[*e*]pletus *(a dextra laterculus vacuus relictus).*

7362[a] d. m. | Hispaniae Pomponiae, | q. v. an. XXVII m. X d. XV, | coniugi inconparabili, Pon|tius Priscus maritus b. m. f. *(In parte summa lapidis)* pietas Martensum *(sic)*[5].

Beneventi (IX 1687. 1931 p. 671 illam vidit Mommsen, hanc Dressel). — 1) ... iavio *vel* ... tavio, *non* ... lavio. — 2) *Homini innocentissimo.* — 3) *De Martensibus Beneventanis cf. supra N. 6502 seq.* — 4) *Cf. N. 6501 not. 2.* — 5) *Apparet collegium Martensium suorum funerandorum curam egisse (Momms.).*

7363 d. m. s. | Q. Cossu|tius Sene|ca vivit | an. XXIII, | Duddasi[1] | contuber|nales ob | meritu, | h. s. e.

Siccae Veneriae (el Kef) (VIII S. 15895 bis vel ter descripta). — 1) *Simile collegii nomen VIII 11549 (= Buecheler 572):* Decasi, valete.

7364 Zminthi.[1] | T. Caedio T. f. Cam. | Atilio Crescenti | eq. p.[2], patr. col.[3] et | primario viro, q.[4], IIvir. et | IIvir. qq., patr. VIvir. August. | itemq. coll. fabr., cent., navic., | dendr., vicim.[5], iuvenum foren|sium, item studior.[6] Apolli|nar. et Gunthar.[7], cives amici | et amatores[8] eius, quorum nomina inscripta sunt, ob | eximiam benignamq. erga | omnes cives suos adfectio|nem sinceramque et inconpa|rabilem innocentiam eius,| patrono dignissimo. | Cuius dedicatione sing. HS n. XXXX | adiecto pane et vino cum epul. dedit. | L. d. d. d. *(in latere)* Uttedius Amand. *(et alia nomina novem).*

Pisauri (XI 6362 vidit Bormann). — 1) *Agnomen ut videtur Caedii Atilii Crescentis.* — 2) *Equo publico.* — 3) *Coloniae.* — 4) *Quaestori.* — 5) *Vicimagistrorum. Alius patronus* collegiorum fabr. cent. dendr. navic. et vici mag. colon. Pisaur. *XI 6378.* — 6) *Cf. N. 6501.* — 7) *Vocabulum obscurum; in t. Fanestri aetatis labentis XI 6222 est* cenationem ad Guntham . . aedificabit, *quod contulit Bormann.* — 8) *Cf. N. 6253 not. 1.*

7365 Romuli. | M. Iulio Ulpio M. f. | Velina Cleopatro pa|trono civit. et collegi | centonar. item amatoru|m Romuliorum, patri M. M. | Claudiorum Ulpiorum Cle|opatri et Sabini eeqq. Rr., | viro optimo, ob merita et | innocentie eius honoris | gratia, amatores, qui ad r|oburandum consensum ama|torum suorum donavit eis | SS X m. n. et ob dedicatione sin|gulis discumbentibus et epul. | SS XXX n. L. d. d. d. *(In parte opposita)* dedicata III kal. Martias | *///////*[1] | cos., cura agentibus Clau|[*d.*] Ulpio Achilleo | et M. Iulio Mercurio.

Ocriculi (Gatti Notizie degli scavi 1898 p. 406). — 1) *Nomina consulum erasa, fortasse imperatorum consulum a. 247 vel 248. De consulibus anni 203 (cf. supra N. 2163 not. 2. 3) cogitavit Gatti.*

CAPVT XVI.

TITVLI MINISTRORVM VITAE PRIVATAE, OPIFICVM, ARTIFICVM.

7366 Silvano *(malleus)* | famil. urb.[1] | Atalici[2] | Firman. | v. s. l. m.

Villeneuve-les-Avignon prope Avennionem (XII 1025 ter ut videtur descripta). — 1) *Titulos dominis positos a familia urbana habes VI 1747. IX 825.* — 2) *Sic vel* Aiaialict *vel* Aiaco *apographa. De malleo in titulis Silvani cf. C. I. L. XII 663.*

7367 Hippocr|ati | Plauti vilic., | familia rust. | quibus imp|eravit mode|ste.

Teate Marrucinorum (IX 3028 vidit Mommsen).

7368 Iuliae Erotini, | Mystis Caesaris vilic.[1], | familia quae sub eo est | ob meritis eius.

Baiis (X 1750 vidit Pascarella Notizie degli scavi 1894 p. 287). — 1) *Vilici (sc. uxori); non recte* et *inseruit hoc loco Maffeius.*

7369 vivit | *(caput mulieris)* v. | Dama Statulli | Nicini[1] vilicae, | vicariae suae, | et suisque. | P. q.[2] XII.

Prope Mutinam rep. (XI 871 vidit Bormann). — 1) *Scr.* Niceni. — 2) *Pedes quadratos.*

7370 d. m. | Sabiniano vi|lico et homi|ni bono et [*f*]i|delissimo, | Memmia Iuli|ane domina.

Romae (VI 9989 vidit Henzen).

7371 d. m. s. | Gallicano fi|delissimo, qui fuit vi|licus | Afinianis[1], | vix. ann. XLV.

Calinae (X 7041 vidit Mommsen). — 1) *Sc. praediis.*

7372 C. Obinius C. l. | Epicadus, | Trebia Ↄ. l. Aprodisia, | hic vilicarunt | annos XIIII.

Atinae (X 5081 vidit Mommsen).

7373 Cladus | Messala[1] | vilicus | supra hort|os.

Romae, iam Pisauri (VI 9472 vidit Bormann). — 1) *Messalae.*

7374 d. m. Hermeroti vicario suo, Lupercus subvillicus[1] hortorum Antonianorum[2] bene merenti fecit.

Romae (VI 9991 cf. p. 3471 semel descripta saec. XV exeunte). — 1) *Alius subvilicus Eph. ep. 7, 1248.* — 2) *Fortasse hi horti fuerunt imperatorii. Cf. supra N. 1617 seq.*

7375 diis m. | Auximus vilicus | a Tritones[1] Claud. | Arescusae matri | bene merenti f., | vix. ann. LXXXVII, | item Clau. Carpo | patri bene merenti, | vix. ann. LXXXV.

Roma ut videtur Gratz in museum adlata (VI 8684 vidit Mommsen). — 1) *Villa a Tritonibus appellata videtur significari. (Cf. etiam infra N. 7620.) Fortasse hic quoque vilicus pertinuit ad familiam imperatoris.*

7376 d. m. | Cerdontis | actor. fidelissimi, | M. Cáesonius | Spectátus.

Ostiae (XIV 469 vidi).

7377 Oénanthe | Felici contubernali | cárissimó sibi, | actóri M. Salví Othónis[1] ser., | fécit, vix. annís LX.

Romae (VI 9114 vidit Detlefsen). — 1) *Aut is qui imperavit a. 69, aut avus eius (Suet. Oth. 1).*

7378 d. m. | Aprili, An|nidi Seve|ri consu|laris ar|cario fide|lissimo, do|minus.

Romae (VI 9146 vidit Henzen).

7379 Prosodus | Daphni | Crispini Caepionis[1] | disp. filius, | vixit annis V.

Romae (VI 9341 saepius descripta). — 1) *De Crispinis Caepionibus cf. C. I. L. VI 31762 cum not.; Tac. ann. 1, 74.*

7380 dis manibus | Onesimi Caepionis | Hisponis[1] disp., | Ti. Caepio[2] Hieronymus | et sibi et suis.

Romae, nunc in vico Fiano (VI 9357 descr. Augustus Castellani). — 1) *Idem ut videtur qui memoratur Plin. ep. 4, 9, 16, cf. Mommsen röm. Forschungen I p. 51; Prosopogr. imp. Rom. II p. 37 n. 62.* — 2) *Caepionis vocabulum in nomen gentilicium abiit (similiter VI 24967. 26700), cf. Mommsen l. c.*

7381 Chrestus disp. | Norbanorum | Flacci et Balbi[1].

7381[a] Urbanae matri | Montani dispens. | Norbanorum.

Romae extra portam Salariam rep. (VI 33472. 33849 = Gatti bull. comunale 1899 p. 74 n. 51, 1886 p. 387 n. 1589). — 1) *Videntur significari C. Norbanus Flaccus consul a. p. Chr. 15 (cf. supra N. 4961) et L. Norbanus Balbus consul a. p. Chr. 19.*

7382 dís manibus | Volusiae Olympiadis | M. Licinius Eutychus | qui dispensavit[1] | Volusio Torquato[2] | Luci filio, | coniugi sanctissimae | et fidelissimae | fecit et sibí.

Romae (VI 9327 vidit Henzen). — 1) *Titulus positus post officium dispensatoris depositum: dispensatores servi erant. Similiter VI 9353:* qui fuit dispens. — 2) *Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 487 n. 666.*

7383 diis manibus Boionia Antul[*la*][1] mater Narciss[*o*][2] f. erga se pientissimo, qui vixit annis XXVI, moratus est in dispensatione Boion[*i*]ae[3] Procillae[4] et Aureli Fulvi[5]. H[*a*]ec supremum munus libenti animo sibi et posterisqu[*e*] suis fecit et eor[*u*]m.

Romae (VI 9355 semel descripta). — 1) Antuliala, 2) Narcissi, 3) Boionae *traditur, cet.* — 4) *Avia materna*, 5) *pater Antonini Pii (vita Ant. Pii 1).*

7384 d. m. | Paridi | Valer[*i*]ae | Polla[*e*][1] ser., | vix. ann. XVII, | h. [*s.*] e. | Hilarus | Valer[*i*]ae | Polla[*e*][1] disp. | fratri o[*pt*]imo | et san[*c-tis*]simo, | unice de se [*me*]renti. *(In parte aversa)* Vocurtum | Statium | Victorem | tibi | commendo.

Romae ad viam Appiam rep. (VI 9349 vidit Henzen). — 1) *Eadem mulier in titulis actorum VI 9125. 9127 (eandem esse Paulam Valeriam uxorem D. Bruti coniecit Henzen, sed cf. Prosop. imp. Rom. III p. 382 n. 164).*

7385 C. Attio C. l. | Celso, | poseit Dionysius | Appi et Domiti[1] | summarum[2].

Scoppiti in regione Amiternina (IX 4436 vidit Dressel). — 1) *Duorum dominorum fuit servus.* — 2) *Sc. vilicus vel dispensator, cf. supra N. 1559. 4189 not. 2. 4869. 5450 (not. 2). 6677.*

7386 d. m. Phoebi Actes, Aug. l.[1], l. proc. summ.[2], Demetrius et Pensata[3] parent. optim.

Romae (VI 9030 semel descripta saec. XV). — 1) *Augusti libertae. Est Acte Neronis liberta et amica. Cf. supra N. 1742, infra N. 7396. 7409.* — 2) *Cf. Hirschfeld Verw. p. 34 not. 1 fin.* — 3) *Iidem homines VI 34865.*

7387 Cn. Cornelius | Atimetus | Cn. Lentuli Gaetulici[1] | l. et procurator | eiusdem fidelissimus | hic sepultus est. | Cossus Cornelius | Cn. [*f.*] Lentulus | Gaetulicus[2] | procuratori suo | fidelissimo et | nutricio piissimo | de suo fecit et | monumentum | in Sabinis suis | in villa | Bruttiana.

Romae (VI 9834 vidit Henzen). — 1) *Consul fuit a. 26 p. C., interfectus in Germania a. 39 (Tac. a. 6, 30, Dio 59, 22),* 2) *filius illius, memoratus fortasse VI 17170.* — *Alii procuratores privatorum supra N. 1149. 1200. 1206 cet., infra N. 7406[a].*

7388 d. m. | Ser. Calpurn[*io*] | Gemello, | Orfiti et | Pisonis[1] | lib. et | procuratori.

Romae (VI 9830 vidit Lanciani). — 1) *Iidem fratres VI 11301. 14239. Prior, Ser. Calpurnius Scipio Orfitus sine dubio appellatus, videtur esse Orfitus consul a. 172, cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 289 n. 262.*

7389 Euxino L. Volusi Saturnini[1] p.[2] | negotiatori[3], | Acanthus L. Volusi Heleni l., | h. c.[4] fecit.

Roma Florentiam allata (VI 9653 vidit Henzen). — 1) *Videtur significari is qui fuit consul a. u. c. 742, de quo cf. supra N. 1954.* — 2) *Patris (id adiectum, ut distingueretur a filio, consule a. u. c. 757). Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 483 n. 660; item infra N. 7405.* — 3) *Cf. supra N. 1514 (not. 4).* — 4) *Honoris causa.*

7390 Quintio Krassi | Frugi[1] sumptuarius[2]. | *Κοιντίων Κράσσου* | *Φρoῦγι σουμπτου|άριος.*

Athenis (III S. 12285 vidit Lolling). — 1) *Aut is qui fuit consul a. 27 p. Chr. (supra N. 954), aut filius eius consul a. 64 (cf. N. 5724).* — 2) *Cf. supra N. 1514, infra N. 7431 (adde VI 33394).*

7391 Carpimo | Pompei Mácri[1] | sumptuarío.

Romae ad viam Salariam rep. (VI 33912 = Notizie 1887 p. 402 n. 781). — 1) *Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 67 n. 472. 473.*

7392 Prepon C. Atei Capitonis[1] | á manú sibi et | Minuciae Ↄ. l. Caletyche | coniugi suae.

Romae (VI 9537 vidit Henzen). — 1) *Videtur esse celeber iuris consultus, consul a. p. Chr. 5 (cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 172, 1062).*

7393 Liburnus L. Sei | Strabonis[1] a manu, | Salvilla coniunx fecit.

Romae, iam Parisiis (VI 9535 cf. p. 3470 viderunt Henzen et de Rossi). — 1) *Cf. Tac. ann. 1, 17. 4, 23 cet.; Prosopogr. imp. Rom. III p. 192, 246.*

7394 . . . igus[1] L. Aeli | Seiani[2] a manu. | Montanus A. Caecinae | . .[3] Gigantis.

Romae prope portam Praenestinam, rep. (VI 6030 vidit Henzen). — 1) *[L]igus supplevit Henzen.* — 2) *Notissimus praefectus praetorio Tiberii.* — 3) *Hoc loco periisse aliquid non omnino certum est.*

7395 . . . . . Cn. | Domi[*t*]i Tul|li[1] leg. Aug. | ser. amanuen|s. h. e.[2], | curat. Pomp. Ste.

Ammaedarae in Africa (Gsell bull. archéol. du comité des travaux hist. 1896 p. 219). — 1) *Cf. supra N. 991.* — 2) *Hic (situs) est.*

7396 Thelyco | Eutychi, | Actes Aug. l.[1] l., | a manu | vixit ann. XX.

Romae (VI 8890 vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 7386 not. 1.*

7397 dis manib. | Grapte, | Egnatiae Ma|ximillae[1] | a manu, | coniugi karis|simae, C. Egn|atius Arogus.

Romae (VI 9540 vidit Henzen). — 1) *Cf. Tac. ann. 15, 71.*

7398 Q. Pompeius | Ↄ. l. Pamphilus | ossa hic sita. ‖ Pitheros | Pompeiae | Q. f. librarius ‖ a manu.

Romae (VI 9524 vidit de Rossi).

7399 Iucundus, | Domitiae | Bibuli[1] librar. | ad manum.

Romae, iam Neapoli (VI 9523 vidit Mommsen). — 1) *Filius fortasse M. Calpurnii Bibuli consulis a. u. c. 695. Cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 25 n. 147.*

7400 Pyrrhe, Rubriae | Helviae librariae, | P. Rubrius Optatus | contubernali suae.

Roma ut videtur Florentiam allata (VI 9525 vidit Henzen).

7401 dis manibu[s] | Niconi L. Iul|i Vestini[1] | ser. librar. | mater [1]ec. | f. carissimo.

Romae (VI 9520 vidit Henzen). — 1) Cf. Tac. hist. 4, 53; Prosopogr. imp. Rom. II p. 219 n. 408.

7402 d. m. s. | Nummiae | Panopeni | coniugi dul|cissimae et | incompara|bili, Flavianus | ser. not. et act.[1] | ob bene merita | eius c. s.[2] fecit.

Fori Sempronii, Romae ut videtur rep. (VI 9130 vidit Bormann). — 1) *Servus notarius (alii notarii infra N. 7756 seq.) et actor.* — 2) *Cum suis* (?).

7403 Placidus P. Vitelli[1] | tabularius.

Romae (VI 9925 vidit Henzen). — 1) *Cf. Tac. a. 1, 70 cet.; Suet. Vit. 2.*

7404 Sophro Sisennae | Statili[1] ser. tabul. | Psyche soror et | Optata coniunx fecer.

Romae in eodem monumento in quo N. 7407 seq. (VI 6358). — 1) *Est Sisenna Statilius Taurus consul a. p. Chr. 16, frater minor T. Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 11, patruus T. Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 44, quorum servi sunt infra N. 7407.*

7405 d. m. | L. Volusi Hamilli | a tabulario L. patris[1], | Ianuaria coiunx et | Hamillus filius b. m., | arbitratu | L. Volusi Dionis.

Romae rep. ad viam Appiam in vinea Ammendola, eodem loco ubi N. 7361^b. 7406^a. 7406^c. 7418. 7446, item ut videtur N. 7406^b. 7413. 7863, qui tituli omnes videntur pertinuise ad sepulcrum familiae Volusiorum (VI 7374 vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 7389 not. 2.*

7406^a dis manibus | L. Volusio | Paridi a cubiculo | et procuratori L. n.[1], | Claudia Helpis cum | Volusia Hamilla et | Volusio Paride | filis suis coniugi suo | bene merenti, | permissu L. n.[1] | *(in latere)* s. p. f.

7406^b Iphi L. Volussi *(sic)* | cubiculario, Carpos | qui fuit L. fili[2] | avonculo suo, et | Anatole contu|bernales *(sic)* eius.

7406^c Hebeno Q. n.[3] | cubicular., | collegae d. s.

Romae, una cum ea quae praecedit ut videtur rep. (VI 7370. 7288. 7369 illas vidit Henzen, hanc Michaelis). — 1) *Lucii nostri (significatur L. Volusius Saturninus cos. a. p. Chr. 3, defunctus a. 56).* — 2) *Videtur significari filius consulis a. p. Chr. 3, defunctus ante patrem nonagenarium (cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 485 n. 662).* — 3) *Quinti nostri (significatur Q. Volusius Saturninus cos. a. 56, frater eius qui praecedit).*

7407^a Apthonus cub. | Tauri pat.[1]

7407^b Clarus cubicular. | Tauri adulescentis[2].

7407^c Statilius Phileros | Corneliaes[3] cubicularius.

Romae rep. a. 1875 ad portam Praenestinam in monumento quod servis et libertis gentis Statiliae destinatum fuisse apparet: ex quingentis circiter titulis dedimus supra N. 5156. 5157. 7360. 7404, infra N. 7412. 7416. 7424^a. 7432 cet. 7447 seq. 7623. 7873 (VI 6256. 6257. 6264 vidit Henzen). — 1) *Videntur significari T. Statilius Taurus consul a. p. Chr. 11,* 2) *et filius eius consul a. p. Chr. 44, aut hic et filius eius praeterea ignotus (cf. N. 7448).* — 3) *Fortasse filia Sisennae Statilii Tauri consulis a. 16 (N. 7404), cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 264. Eadem N. 7424^a.*

7408[a] Antiochus | lecticarius | de conlegio[1].

7408[b] Trucundae[2] | lecticari | ossa.

7408[c] T. Statilius Tauri l. | Spinther supra lec.[3] | T. Statilius Cresceus f.

7408[d] Iucundus Tauri | lecticarius quandi|us vixit, vir fuit et se et | alios vindicavi *(sic)*, quan|dius vixit, honeste vixit. | Callista et Philologus[4] dant.

Romae in eodem monumento rep. (VI 6218. 6313. 6301. 6308 vidit Henzen cum amicis). — 1) *Significatur collegium aliquod servile intra domum Statilianam constitutum, cf. supra N. 7360.* — 2) *Nomen Isauricum (cf. supra N. 3806).* — 3) *Supra lecticarios.* — 4) *Iidem etiam in titulo alius lecticarii VI 6303.*

Cubiculariorum et lecticariorum ex domo imperatoria titulos dedi supra N. 1733 seq. 1750 seq.

7409 d. m. s. | Cl. Felici | eunuco, | Act. lib.[1], | v. a. L, | lib. p. b. m.

Romae (VI 8847 vidit Henzen). — 1) *Actes liberto. Cf. N. 7386 not. 1.* Eunuchus ab ornamentis *in domo imperatoria supra N. 1782;* ignucus et cubicularius regis Theoderici *est XI 310*, eugnuchus palatinus centenarius *V 1680.*

7410 d. m. | Archipetae | eunucho | merenti, | domini.

Interamniae (Teramo) rep. (Eph. ep. 8, 208). — *Alius eunuchus (liber, triumque nominum) VI 33855.*

7411 Agrimatio | Statiliaes | Tauri f. Messalinae[1] | pumilio.

Romae, incertum quo loco urbis rep., deinde Parisiis (VI 9842 vidit Henzen). — 1) *Uxor Neronis inde ab a. 65, cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 266 n. 625.*

7412 Neo T. Statili | Tauri[1] ser. | balneator.

Romae in monumento Statiliorum (VI 6243 vidit Mau). — 1) *Cf. N. 7407 not. 1.*

7413 diis manibus | sacrum | L. Volusio Heraclae | capsario[1] idem | á cubiculo L. n̄.[2], | Volusia Prima patron. | suo piissimo idem | coniugi bene merent. fecit | et sibi, p. L. n.[3] | Thyrso //[4] a cela[5], | v. a. XXXV.

Romae in museo Lateranensi, una cum N. 7405 seq. ut videtur rep. (VI 7368 p. 3431 vidit Henzen). — 1) *Cf. ad N. 7621.* — 2) *Cf. N. 7406 not. 1.* — 3) *Permissu Lucii nostri.* — 4) *Littera erasa.* — 5) *A cella?*

7414 Zetho A. Plauti[1] | tonsori.

Romae (VI 9939 cf. p. 3471 saepius descripta saec. XVII). — 1) *Cf. N. 961 not. 2.*

7415 Asinia Prepusa | uxor et Chryseros | Threpto C. Asini | Pollionis unctori | bene merenti, | vixit ann. XX.

Romae Florentiam allata (VI 9902 vidit Henzen).

7416 Potestati Salvianae | posuit Rufio, unctor | Tauri f.[1]

Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6382). — 1) *Filii. Cf. N. 7407*[b].

7416[a] Antiocho | magistro | unctores.

Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6376).

7417 d. m. | L. Aelius Protus scrib. | unctorum[1], et Corne|lia Fortunata Proto|geniae filiae pientissim., | quae vix. ann. X | mens. VIII dieb. II.

Romae (VI 9995 cf. p. 3471 Huelsen vidit ectypum). — 1) *Fortasse scriba unctorum domus imperatoriae (supra N. 1576. 1789 seq.). Cf.* scrib. cubiculariorum *VI 8767. 8768. 33770; scriba cocorum, infra N. 7469; scriba medicorum N. 7817;* contrascript. pistorum *(domus Augustae) VI 8999.*

7418 d. m. s. | Panope ornatrix | Torquate *(sic)* Q. Volu|si[1], vixit annis XXII, | et Phoebe a specu|lum, vixit annis XXXVII. | Spendo contu|bernalibus suis | bene merentibus | fecit et sibi. | Loc. d. dec. decu.[2]

Romae eodem loco quo N. 7405 (ubi cf.). 7406[a] *cet. rep. (VI 7297 vidit Henzen vel Detlefsen).* — 1) *Videtur esse Q. Volusius Saturninus cos. a. p. Chr. 56.* — 2) *Locus datus decreto decurionum, sc. collegii sepulcralis.*

7419 Gnome Pierinis | ancilla, ornatrix, | elata est a. d. V k. Fe|bruarias imp. Caesa|r. XIII M. Plautio Silvano cos.[1]

Romae (VI 9730 vidit Detlefsen). — 1) *A. u. c. 752.*

7420 d. m. | Cypareni or|natrici bene | merenti Polyde|uces fecit *(hinc acus, illinc pecten).*

Romae (VI 9727; delineavit Lovatellia Roem. Mitth. 1901 p. 384).

7420[a] Psamate Furiae | ornatrix, v. a. XIIX. | Mithrodates *(sic)* pistor | Flacci Thori[1] fecit.

Romae (VI 9732 vidit Henzen). — 1) *Thorius Flaccus proconsul Bithyniae fuit sub Augusto, testibus nummis (cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 313 n. 134).*

Ornatrices ex domo Augusta habes supra N. 1784 seq.

7421 Phoebo, Marciae | Maxsimi[1] ad margarita, | [*e*]t Arescusae vicariae | eius, | [*Cl*]ymenus conlega.

Romae (VI 7884 vidit Herzog). — 1) *De Marcia Fabii Maximi uxore cf. Tac. ann. 1, 5.*

7422 L. Domitius Philogenes, | is dedit Sabino Domiti | corinthiario[1].

Romae in columbario prope portam Praenestinam rep. (VI 5900 ter descripta saec. XVIII). — 1) *Alii corinthiarii VI 4455. 8756. 8757. 33768 (infra N. 7445), servi* a corinthis *supra N. 1818; VI 5847, complures in albo servorum Augusti X 6638.*

7423 d. m. | Eucarpioni | supellectilario | Felicia cóniu|gi suó bene | merenti fecit.

Romae (VI 9914 vidit Detlefsen). — 1) *'Suppellecticarios et ceteros hoc genus servos' memorat Celsus ap. Ulpianum Dig. 33, 7, 13, 31.*

7424 [*dis*] manib. | . . . . [*H*]ieraticus | . . . . a superlectile | . . . [*f*]ecit sibi et | . . . . iae Lampyridi.

Romae ad viam Pincianam rep. (VI 33913 vidit Gatti).

Adde titulos servorum Augusti supra N. 1772 seq.

7424ª Euticus *(sic)* Corneliae[1] | veteranus[2], fecerunt | fratres et Zena velarius[3].

Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6371 vidit Henzen cum amicis). — 1) *Cf. N. 7407ᶜ.* — 2) *Servi veterani distinguuntur a noviciis, Dig. 39, 4, 16, 3, cf. Senec. suas. 6, 12; infra N. 7432ᵈ; VI 7615.* — 3) *Velarii domus Augustae supra N. 1775. 1776.*

7425 d. m. | Onesimo | Sex. Carmini | Veteris[1] serv[*o*] | vestiario, Tych[*e*] | contubernali opt. | fec.

Romae (VI 9963 vidit Henzen). — 1) *Fortasse is qui consul fuit a. p. Chr. 116, vel pater eius, proconsul Asiae sub Nerva (oesterr. Jahresh. 1899 Anz. p. 74).*

7426 T. Statilius | Malchio[1] | ad vestem. ‖ T. Statilius | Melio[*r*] | *!!!!*[2].

7426ª T. Statilius | Dasius Tauri l., | ad vestem avi[3].

Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6374. 6372). — 1) *Idem VI 6373. 9960.* — 2) *Litterae abrasae.* — 3) *Avus videtur esse T. Statilius Taurus consul a. u. c. 717 et 728, conditor nobilitatis Statiliorum (supra N. 893. 893ª), Taurus cuius libertus fuit Dasius, consul a. p. Chr. 11.*

7427 Philoxenus | L. Senti Saturnini[1] | vestificus.

Romae (VI 9979 vidit Gatti). — 1) *Homo praeterea ignotus, fortasse frater C. et Cn. Sentiorum Saturninorum consulum a. p. Chr. 4 (Prosopogr. imp. Rom. III p. 200).*

7428 Italiae, | Cocceiae Phyllidis vestificae[1], | veixsit anneis XX. | Acastus conservos pro | pauperie fecit sua.

Romae (VI 9980 vidit Gatti). — 1) Agrippinae vestifica *supra N. 1755.*

7429 Dipirus Antigoni vicar., | beneficio Heliconis | Scriboniae Caesaris[1] | vestificis.

Romae ad viam Appiam rep. (VI 7467 vidit Henzen). — 1) *Cf. supra N. 126; Prosopogr. imp. Rom. III p. 186 n. 220.*

7430 Iucundae | Pexsae[1] v. a. XIV, | vestiplica.[2] | Iucundus pater, | Phyllis mater, | Chrone soro[*r*] | p.

Secenari in Paelignis, deinde Aquilae (IX 3318 vidit Dressel). — 1) *Agnomen Iucundae.* — 2) Caesaris vestiplicus *VI 8560,* vestiplicus Plotinae Aug. *VI 8559.*

7431 Secundioni Caeliae | sumptuario[1], annor. XXV, | Philema vestispica[2] fratri.

Romae, iam Lowther-Castle Britanniae (VI 9912 vidit Matz). — 1) *Cf. N. 7390 seq.* — 2) *Vestipica est VI 33393. 33395 (vestispices in inscriptionibus Ligorianis VI 5, 202. 2518. 2577).*

7432ª [*S*]alvionis | text. ossa | hic sita sunt.

7432ᵇ ossa | Italiae textric.

7432ᶜ Italia quasillaria | vixit ann. XX, | Scaeva tabellarius Tauri[1], | coniugi suae fecit.

7432ᵈ Urbana veteran.[2] | quasillaria, | heic ossa sita sunt.

Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6361. 6362. 6342. 6346 vidit Henzen cum amicis). — 1) *Cf. N. 7407.* — 2) *Cf. N. 7424ª not. 2.*

7433 .... lis quasilla|[*ri*]a a Pandateria[1] | [*vix. a*]n. XX.

Romae (VI 9850 vidit Henzen). — 1) *Insula nobilis propter exules eo missos. Fortasse mulier illa pertinuit ad familiam Caesaris illic consistentem.*

7434 Felix | Messalinae | lanipend.

Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6300).

7435ª Attalus | sarcinator.

7435ᵇ Phyllis Statiliae | sarcinatr.[1] | Sophro coniugi suae | merenti.

Romae in eodem sepulcro (VI 6343. 6357). — 1) *Cf. infra N. 7567.*

7436 ossa | Fausti fullonis | hic sita sunt. | Galymedes Tauri l. | fecit cognato suo.

Romae in eodem sepulcro rep. (VI 6288).

7437 Eros | Asini | atriensis.

Romae, nunc Veronae (VI 9194 vidit Mommsen).

7438 Optata Pasaes[1], | ostiaria, fecerunt | amici.

Romae in sepulcro Statiliorum (VI 6326). — 1) *Pansaes (uxor, vel vicaria). Idem servus ut videtur VI 6393, Pansa libertus VI 6220.*

7439 Dates | L. Pisonis | cellarius[1].

Romae (VI 9246 vidit Smetius). — 1) *Alii cellarii N. 3689* [*3690*]. *7360ª. 7361ᵇ.*

7440ª Felix horrearius | Hipparchi vicarius.

7440ᵇ Protogenes horrearius | Hipparchi vicarius.

Romae in monumento Statiliorum (VI 6292. 6293).

7441 Thalamus | M. Furi | Camilli[1] ab | horr.[2]

Romae rep. ad viam Appiam (VI 9469 vidit O. Jahn). — 1) *Fortasse is qui consul fuit a. p. Chr. 8, vel filius eius (cf. supra N. 5032).* — 2) *Ab horreis.*

7442ª Eros Teuc.[1] ex | hortis | Scatonianis.

7442ᵇ Lentiscus, ex horteis, | atriensis.

7442ᶜ Eros isularius *(sic)* | ex horteis Pompeia.

7442ᵈ Sasa ex | hortis | topiarius.

7442ᵉ Felix ex | Albano. | Diogaes f.

Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6281. 6241. 6299. 6370. 6280 vidit Henzen cum amicis). — 1) *Teucrianus (cf. VI 6430).*

7443 Doris Statiliae mino[*ris*][1] | pediseq.[2] | Erotis ad inpediment[*a*], | vixit an. XXIIII.

Romae rep. prope portam Maiorem, fortasse in monumento Statiliorum (VI 9775 vidit Henzen). — 1) *Statilia minor etiam VI 6323, Statilia maior VI 6325.* — 2) *Pedisequa. Pedisequos imperatorum habes supra N. 1819 seq.*

7444 Heraclae, Asiniae Agrippin[*ae*] | Celeris[1] filiae stratori, | vix. ann. XXX, | . . . pisa Agrippinae vestip[*lica* | *coni*]ugi bene meren[*ti*].

Romae, iam Neapoli (VI 9901 vidit Mommsen). — 1) *Est Ser. Asinius Celer, consul suff. a. p. Chr. 38, filius C. Asinii Galli et Vipsaniae Agrippinae, quae antea uxor fuerat Tiberii (Tac. ann. 1, 12 cet.).*

7445 Hilaro nom.[1] Cul|lionis[2], vixit a. XXIV, | dedit Zoelus *(sic)* corin|[*thiar.*][3] olam[4] . . .

Romae in monumento libertorum Marcellae, de quo cf. ad N. 7879 (VI 4455 vidit Henzen). — 1) *Nomenclatori.* — 2) *Fortasse hic Q. Terentius Culleo proconsul Siciliae sub Augusto, teste nummo Lilybitano (Prosopogr. imp. Rom. III p. 300 n. 53). Uxoris eius servus infra N. 7883*[b]. — 3) *Idem videtur esse VI 33768.* — 4) *Ollam.*

7446 [*dis*] | manibus [*sacru*]m | Primigenius L. Volusi | Saturnini[1] ser. ab hospitis et | paedagog. pueror. Charidi[2] cont. s. b. m.[3] | T. Iulius Antigonus gener eius | Spurinniae Niceni Torquatianae[4] | nutrici suae bene merenti | sanctae piae amantissimae | fecerunt, sibi et suis posterisq. eor.

Romae, eodem loco quo N. 7405 (ubi cf.), 7406[a] *rep. in monumento Volusiorum ut videtur (VI 7290. 27557 vidit Detlefsen).* — 1) *Cf. N. 7406 not. 1.* — 2) *Idem* Primigenius L. n. ab hosp. *cum eadem Charide VI 9474.* — 3) *Contubernali suae bene merenti.* — 4) *Torquatiana appellata, ut videtur, a Torquata Q. Volusi (N. 7418).*

7447[a] T. Statilius | Zabda | paedag. | Statiliae.

7447[b] [*St*]atilia T. l. Tyranis *(sic)* | paedagoga | Statiliaes.

Romae in monumento Statiliorum, cf. N. 7407, rep. (VI 6330. 6331).

7448 Felix German.[1], | armiger Tauri f.[2], | hic situs est.

7449 Donatus Tauri German.[1] | hic situs est: sodales ei funus | fecerunt hom.[3] CXXX. X[4] CCXXV, | curatoribus Maximo, Helicone, Dapno.

Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6229. 6221 vidit Henzen cum amicis). — 1) *Alii Germani inter servos Statiliorum VI 6230—6237. 9191. Apparet ad exemplum domus imperatoriae, Statilios quoque Germanos armigeros sibi comparavisse. Cf. Mommsen Staatsrecht II ed. 2 p. 798 not. 7.* — 2) *Cf. N. 7407*[b]. — 3) *Homines.* — 4) *Denariis.*

7450 Chius l., Sisennae[1] | silentiarius | ex conlégio[2] hic situs est; | curatores | Musaeus ostiar., dec., | Amaranthus[3] colorat. l., | Eros insular. dec., | de suo dant.

Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6217 vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 7404.* — 2) *Cf. N. 7360.* — 3) *Idem est VI 6250. Alius colorator in eodem monumento VI 6251.*

7451 d. m. | Iuliano marito | optimo de se ben. m. | Onomaste coniux | fecit, vix. ann. XL | d. VII, actori et | agricolae optimo.

Velitris (X 6592 bis descripta).

7452 d. m. | maemorie eterne | Valentinus actor | fundi Ammatiaci[1] | b.[2] F[*l*]avi Stratonis, | qui vixit an. XXXXI, | Sacrobena coniux | et Valerius fili. | ponendum | curaverunt *(norma, ascia).*

Talissieu (dép. Ain) in finibus Ambarrorum rep. (XIII 2533 vidit Hirschfeld). — 1) *Nomen servavit vicus Ameyzieu prope Talissieu, ut vidit priorum editorum aliquis.* — 2) *Bonorum (Allmer).*

Actor praedioru[*m*] Tublinat. *supra N. 3761.*

7453 d. m. | Mariame vix. an. | VI, Iaso colonus | fundo Mariano[1] | filiae suae | b. m.

Prope urbem rep. (VI 9276 vidit Henzen). — 1) *Cum massa Mariana (supra N. 1592 not.) fundum hunc Marianum composuit C. L. Visconti, non recte ut videtur (cf. Hirschfeld l. c. ad N. 1592).*

7454 C. F.[1] — | d. m. | C. Vergilius Marta|nus colonus agri Cae|li aenei, Anulenae Cer|tae, colonae agri s. s.[2], ano|rum *(sic)* XXII, coiugi coiugali | castae carae bone *(sic)* piae | fideli dulci care aman|tissime desiderantissime, | sodaliciaria consili boni, b. m. | c. f.[1]

Romae, nunc Florentiae (VI 9275 cf. p. 3469 vidit Henzen). — 1) *Litterae* C. f. *in superiore et in inferiore margine scriptae (in hoc iam non adparent) quid significent, incertum (coloni fecerunt? Hirschf.).* — 2) *Supra scripti.*

7455 d. m. s. | T. Alfeno | Attico sev. | Aug., colono | f.[1] Tironiani | quem coluit | ann. n̄. L, | T. Alfenus | Secundus | patron. b. m. | p.

7455[a] d. m. s. | Atiliae | Restute | Alfenus | Atticus | coniugi | b. m., et | familia | Tironiane|nsis[2] | colone | b. m. | p.

Pescinae in Marsis (IX 3674. 3675 hanc vidit Mommsen). — 1) *Fundi.* — 2) *I. e. fundi Tironiani.* Vil. e[*t*] famili[*a*] de fun[*do*] Favill[*e*]niano *videtur fuisse in titulo non bene descripto IX 3651.*

Colonus hortorum olitoriorum qui sunt via Ostiensi iuris collegi magni arkarum divarum Faustinarum matris et Piae, colens in asse annuis SS $\overline{XXVI}$ et quod excurrit, per aliquod annos in hodiernum pariator *posuit titulum prope urbem repertum VI 33840.*

7456 domnaedius[1], possessor, | colonus sequens[2], | et tu viator, precor | parce tumulum | Narcissi[2].

Romae (VI 9274 vidit de Rossi). — 1) *Dominus aedium (cf.* domnipraedius *N. 7459 not. 1;* domnifunda *VI 21611).* — 2) *Quattuor homines alloquitur Narcissus, dominum aedium, possessorem, colonum successorem suum, viatorem (Orell. 4787). Cf. XI 911 (= Buecheler carm. epigr. 1811):* te pi[*e*] possessor, sive colone, precor.

7457 Caeselia Nam[*pame?*], | pia, vixit annis | ‖ . . . . . . | lianus pius [*vix*]it | annis

. . . .

ve . . . sp . . . . on . . fui.[1]

paupere progenitus lare sum parvoq. parente
cuius nec census neque domus fuerat.
Ex quo sum genitus, ruri mea vixi colendo;
nec ruri pausa nec mihi semper erat.
Et cum maturas segetes produxerat annus,
demessor calami tunc ego primus eram.
Falcifera cum turma virum processerat arvis,
seu Cirtae Nomados[2] seu Iovis arva[3] petens,
demessor cunctos anteibam primus in arvis,
pos tergus linquens densa meum gremia[4].
Bis senas messes rabido sub sole totondi,
ductor et ex opere[5] postea factus eram.
Undecim et turmas messorum duximus annis,
et Numidae campos nostra manus secuit.
Hic labor et vita parvo conta *(sic)* valere
et dominum fecere domus et villa paratast,
et nullis opibus indiget ipsa domus.
Et nostra vita fructus percepit honorum;
inter conscriptos scribtus et ipse fui.
Ordinis in templo[6] delectus ab ordine sedi,
et de rusticulo censor et ipse fui.
Et genui et vidi iuvenes carosq. nepotes.
Vitae pro meritis claros transegimus annos
quos nullo lingua crimine laedit atrox.
Discite mortales sine crimine degere vitam.
Sic meruit, vixit qui sine fraude, mori.

(In latere sinistro) d. m. s. | C. Mulceius | Maximus | vixi[*t*] an. XXX. *(In latere dextro)* [*d. m. s.*] | S. Au[*reli*]|us F . . .|nus vix. | an. XL.

Mactari in Byzacio rep., est Parisiis (VIII S. 11824 titulus scriptus litteris uncialibus q. d.; imago C. r. de l'Acad. des inscr. 1884 p. 64 tab.; Palaeographical Society ser. II tab. 49). Buecheler carm. epigr. 1238. — 1) *Sic Villefosse et Michon, reiectis eis quae plura in tabula Palaeogr. Soc. legere sibi visus erat Cholodniak eph. minist. russ. instr. publ. 282 [Iul. Aug. 1892]. —* 2) *Nota ad Cirtam Numidiae messores ire solitos esse vel ex provincia Byzacena. Confert Mommsenus Sueton. Vesp. 1, ubi est mentio operarum quae ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare solebant. —* 3) *Iovis arva ignota. —* 4) *Intellege manipulos (cf. Havet Archiv f. lat. Lexicographie II p. 135). —* 5) *Intellege: ex opera. —* 6) *In curia. Cf. supra N. 5520.*

7458 b. m. s.[1] fideli in χρο Ihesum | Hireni, que vixit annis LXV m. VIII | d. X, cui bene fecit vir eius. Precessit fi|delis in pace. Deposita XVIII kal. Maias; | que fuit conduct.[2] m.[3] Trapeianae[4].

Tropeae in litore Bruttio (X 8076 imaginem dedit de Rossi bull. crist. 1877 tab. VII fig. 1 cf. p. 87). — 1) *Bonae memoriae sacrum. —* 2) *Conductrix,* 3) *massae (de Rossi). —* 4) *Inde ortum esse hodiernum nomen Tropea apparet.*

7459 Val. Maxima mater | domnipredia[1] Val.[2] | dulcissima filia, | que vixit annis XXX|VI men. II d. XII, in pre|diis suis masse Man|delane[3] sepretorum | Hercules[4], quesq.[5] n.[6] pace.

Vicovarii ad Anienem, rep. ut videtur ad confluentes Anienis et Digentiae (Licenza) rivi (XIV 3482 vidi). — 1) *Cf.* domnipraedius *VI 592. 30965.* — 2) *Valeriam, posuit videlicet (Valeriae cognomen ut videtur omissum).* — 3) *Nomen habuit a Mandela pago, quem memorat Horat. ep. 1, 18, 105.* — 4) *Haec obscura; fortasse pertinent ad nomen massae.* — 5) *Quiescit*, 6) *in.*

7460[a] [*est hoc monimentu*]m Marcei Vergilei Eurysacis, pistoris, redemptoris, apparet[1]. **7460[b]** est hoc monimentum Margei *(sic)* Vergilei Eurysacis, | pistoris, redemptoris, apparet. **7460[c]** est hoc monimentum Marci Vergili Eurysac[*is*].

Romae, ad bivium viarum Praenestinae et Labicanae, iuxta portam moenium Aurelianorum Praenestinam (hodie Maiorem), in monumento quod diu comprehensum fuit turri aliqua cum porta illa coniuncta, qua turri deiecta apparuit anno 1838; tituli scripti in tribus lateribus monumenti, quartum latus paene totum periit (I 1013—1015. VI 1958; Ritschl tab. LXXXVIII; Ann. inst. arch. 1838 tab. M). In zophoro monumenti opus anaglyphum quod pistrinum repraesentat et panis coctionem, aliaque ad rem pistoriam pertinentia (Mon. dell' Inst. II tab. 58, enarravit Jahn ann. l. c. p. 240 seq.). De structura monumenti Canina ann. l. c. p. 219 seq. Inscriptionem versibus (Saturniis) conceptam esse vel saltem versus fieri debuisse plerique putant; cf. Ritschl opusc. 4 p. 749; Buecheler carm. epigr. 13. — 1) *Magistratibus apparuit (sic intellegit Mommsen; alii minus recte ita accipiunt, spectanti ornamenta monumenti apparere, Eurysacem pistorem redemptorem fuisse).*

7460[d] fuit Atistia uxor mihei, | femina opituma *(sic)* veixsit, | quoius corporis reliquiae | quod superant sunt in | hoc panario.

Romae, rep. ad monumentum Eurysacis (N. 7460[a]), tabula marmorea arcam quadratam, panarium ut videtur, referens (I 1016. VI 1958; Ritschl LXXXVIII[d]). Ad uxorem Eurysacis pertinere putant, quin etiam in ipso monumento Eurysacis tabulam collocatam fuisse putavit Canina (ann. inst. arch. 1838 p. 237). Haec quoque inscriptio versus adfectare videtur (Ritschl opusc. 4 p. 750; Buecheler 14).

7461 . .[1] Ogulniu[*s*] . . . . . | pistor simi[*laginarius*][2] | amicus.

Romae, ibidem ubi N. 7460 (I 1017. VI 9812; imaginem Ritschl tab. LXXXVIII[e]). — 1) *Praenomen sine dubio in alio lapide iuxta posito.* — 2) *Cf. Plin. h. n. 18, 79. Diversi pistores siliginarii, quorum corpus supra N. 3816. De aliis collegiis pistorum vide supra N. 1242. 7269 (cum not. 2).*

7462 C. Iúlius Aug. liberti | libertus Eros | pistor candidarius[1] | per annos quos inter | mortales fuit ante eum diem | qui fuit VI idus Mai. vixit | annos ⊥. Huius sacrávit | Iulia Glaphyra colliberta | et praestitit officia | M'. Aemilio Lepido T. Státilio Taúro cos.[2]

In agro Albano (prope Castel Gandolfo) rep., est Romae (XIV 2302 vidi). — 1) *Alius* pistor cand. *XII 4502.* — 2) *A. p. Chr. 11.*

7463 dis manibus | M. Iuni Pudentis | pistori magnario[1] pepsiano *(sic)*[2] | Claudia Earine | coniugi karissimo et sibi fecit, | cum quo

vixit a virginitate annis XXXV | sine ullo dolore nisi diem mortis eius, et | libertis libertabus posterisque eorum.

Romae (VI 9810 vidit Henzen). — 1) Corpus pistorum magnariorum et castrensariorum *Memmio Vitrasio Orfito (supra N. 1243) posuit titulum VI 1739.* — 2) *Fortasse a πέψεως sive cocturae notione ductum vocabulum, cf. Plin. n. h. 18, 105: panis .. varia genera ... alias appellati .. a coquendi ratione, ut furnacei vel artopticei aut in clibanis — cf. supra N. 6428ª — cocti.*

7464 v. L. Decumius | L. l. Felix Roman. | pistor[1] sibi et | Θ[2] L. Decumio L. l. | Hilaro patrono *(in latere dextro)* et ad septe aras[3].

Narbone (XII 4503 p. 847 inscriptionem anticae vidit Hirschfeld). — 1) *Alius* pistor Romaniensis (ex reg. XIIII) *supra N. 3243.* — 2) *Cf. N. 5140 not. 1, 7228 not. 4.* — 3) *Significari videtur locus Narbone, ubi pistrinum eius situm erat (Hirschf.). Cf. N. 7567.*

7465 [*Terti*]nius Secund. | [*ci*]ves[1] Nervius | [*n*]egot. pistor. | vivos sibi et | ..iminiae Sabiniae | [c]oiiugi *(sic)* obitae | [*e*]t Tertiniae | ... evae libertae | [*vi*]vae fecit.

Coloniae Agrippinae rep., est Bonnae (Brambach 418; Hettner cat. mus. Bonn. n. 115). — 1) *Cf. N. 4633.*

7466 Ti. Claudius Primigenius | pistor, decur.[1], | Antoniae Claud. f. lib.[2] | s. et coniugi suae.

Romae (VI 9802 bis vel ter descripta saec. XVI). — 1) *Decurio (collegii alicuius, cf. N. 7353 cet.).* — 2) *Claudii filiae libertus.*

7466ª T. Statilius | Eros pistor | Caninianus[1]. ‖ Statilia | Zotiche.

Romae inter vias Nomentanam et Salariam (VI 9808 descr. Hieronymus Amati). — 1) *Caninii vel Caniniae servus videtur fuisse Eros, antequam in domum Statiliorum perveniret.*

7467 Eros Autroni Paet[*i*] | pistor. | Felix Autroni Paet[*i*][1] | pistor.

Romae prope portam Praenestinam rep. (VI 6687 vidit Henzen). — 1) *Fortasse is, qui triumphavit ex Africa a. u. 726 (fast. Barb.).*

Adde N. 7420ª. Pistores domus Augustae, supra N. 1801. Cf. etiam N. 7417 not.

7468 hic ossa sita sunt | Fausti, Eronis | vicari, supra | cocos.

Romae (VI 9261 aliquoties descripta saec. XVI).

7469 d. m. s. Valeriae | Epi[*g*]one coniugi | b. m. f. Ael. Ephprodi|tus *(sic)* scriba cocorum[1].

Romae (VI 9262 bis descripta). — 1) *Fortasse scriba collegii cocorum domus imperatoriae, cf. N. 7417.*

7470 Halicius | Marcio Fausto | liberto, | sevir. Aug. | dendroforo | Albensi, et | Trophime matri. *(In utroque latere)* coco | optimo.

Avezzani ad lacum Fucinum (IX 3938 vidit Mommsen).

Collegia cocorum antiquissima habes N. 3083. 3683ª; archimagirum et cocos (collegium cocorum) domus imperatoriae N. 1798—1800.

7471 vivit | C. Vergili. C. l. | Genti. lanius | ab luco Lubent.[1], | Deidiae Didia *(sic)* l. | Sextulae. | In front. p. XX, | in agru p. XX.

Romae (VI 33870 = Bull. comunale 1900 p. 227). — 1) *Cf. infra N. 7574.*

7472 [*L. Au*]relius L. l. | [*H*]ermia | [*la*]nius de colle | Viminale. |

[*H*]aec quae me faato | praecessit corpore | casto, |
[*c*]oniunxs, una meo | praedita amans | animo, |
[*f*]ido fida viro veixsit | studio parili, qum |
nulla in avaritie | cessit ab officio. |

Aurelia L. l. | . . . . . *(vir et mulier manus iungentes. A latere)* Aurelia L. l. | Philematio. |

Viva Philematium sum | Aurelia nominitata, |
casta, pudens, volgei | nescia, feida viro. |
Vir conleibertus fuit | eidem, quo careo | eheu! |
ree fuit ee vero plus | superaque parens. |
Septem me naatam | annorum gremio | ipse recepit;
XXXX | annos nata necis potior. |
Ille meo officio | adsiduo florebat ad omnis |
. . . .

Romae ad viam Nomentanam rep., deinde Parisiis, iam Londinii (I 1011. VI 9499 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 959.

7473 C. Vescius C. lib. | Primus lanius h. s. e. | C. Vescius C. f. Severus | et Peregrina C. | Vesci filia feceru|nt per auctorem | tutorem[1] C. Vescio | C. lib. Vaaro *(culter, bucranium, patera).*

Bingii (Arch. Zeitung 27, 1869 p. 70 Mommsen vidit ectypum; Huebner ex. scr. epigr. n. 207). — 1) *Cf. Rudorff Eph. ep. I p. 228.*

Lanii etiam supra N. 3682ª. 3683ᵉ, lanio infra N. 7483 (alii VIII 9332. XIII 941); negot. lanio *in t. Coloniensi Brambach 324. Tabernae lanienae sculptae in tabulis quarum inscriptiones sunt VI 9501. 9685.*

7474 *(protome viri vas ansatum manu tenentis)* C. Pomponius C. l. Pal. | Sacco, copo. |

Hic dominus tituli nótá | . . . .

Mediolani (V 5931 semel descripta).

7475 d. m. sacr. | Primio Fro|ntoni copo|ni, Trevero, | amici d. s. p.

Agedinci Senonum (Sens) rep. (XIII 2956 bis descripta).

7476 L. Afranius Cerialis l. | Eros IIIII *(sic)* Aug., domo Ta|racone *(sic)*, ospitalis a gallo | gallinacio; Afrania Ceria|lis l. Procilla uxor; Afrania | L. l. Uranie, f., annorum XI, hic sita est.

Narbone (XII 4377 vidit Hirschfeld praeter paucas litteras iam evanidas).

7477 . . . . dulcis |
. . . . [*l*]atet hoc Amemone[1] sepulchro |
[*fama ultra fines*] patriae popinaria nota, |
[*quam propter mul*]ti Tibur celebrare solebant. |
[*Iam summus fragilem vit*]am deus abstulit illi, |
[*aethereisque auris anim*]am lux alma recepit. |

[*Hunc titulum feci*] . . . nus coiugi sanctae, |
[*nomen enim fas est re*]stare semper in aevom. |

Tibure (XIV 3709 vidi). Supplevit Buecheler carm. epigr. 603. — 1) *Sic lapis, pro Amymone, ut putat Bue.*

7478 L. Calidius Eroticus | sibi et Fanniae Voluptati v. f.[1] | Copo, computemus[2]! Habes vini Ↄ I[3], pane | a. I[4], pulmentar. a.[5] II. Convenit. Puell.[6] | a.[5] VIII. Et hoc convenit. Faenum | mulo a. II. Iste mulus me ad factum | dabit[7] *(viator cucullo indutus, mulum capistro ducens, et copa, digitis extensis computantes).*

Aeserniae, deinde Neapoli, iam Parisiis in museo (IX 2689 cf. bull. des antiquaires de France 1901 p. 352 n. 75; imago est bull. archeol. nap. VI tab. 1 n. 4 p. 91). — 1) *Vivus fecit.* — 2) *Diverbium viatoris et coponis.* — 3) *Sextarium unum.* — 4) *Assem unum.* — 5) *Asses.* — 6) *Puellam. Cf. C. I. L. IV 2450.* — 7) *Apparet viatorem aegre ferre impensam in mulum factam, et metuere ne ad pauperiem redigatur. Ad factum, iudice Mommseno, significat: ad opus rusticum. (Adfectum dabit, i. e. miserum reddet, intellegit Froehner mél. d'épigraphie p. 89.)*

7479 *(circulus, normae duae)* Vitalis C. Lavi Fausti | ser., idem f., verna domo | natus, hic situs est, vixit | annos XVI, institor tabernas | Aprianas[1], a populo acceptus, | idem ab dibus | ereptus. Rogo | vos, viatores, si quid minus | dedi mesura ut patri meo adicere[2], | ignoscatis. Rogo per superos | et inferos, ut patrem et matre | commendatos abeatis[3]. | Et vale.

Prope Dramam Macedoniae, non longe a Philippis (III S. 14206, 21 descr. Cumont Revue de l'Instruction publ. en Belgique 1898 p. 333). — 1) *Tabernae Aprianae.* — 2) *Adicerem.* — 3) *Habeatis.*

7480 Q. Brutius | P. f. Quir. v.[1] | mercator. bova.[2] | de campo heic | cubat, frugi | castu amabili | ominibus *(sic).* | Brutia Q. l. Rufa | pia, patrono | dum vixsit | placuit.

Romae ad viam Salariam rep. (Gatti Notizie degli scavi 1902 p. 54). — 1) *Vivus.* — 2) *Bovarius.* Conlegiu mercator. pequarioru *supra N. 3683*[c], neg. iuvenc. *N. 6288*, mercator suarius *IX 2128*, [*mercator*] porcarius *III S. 14370.*

7481 d. m. | M. Antonio M. filio | Claudia Terenti | oriundo civitate | Miseni, omnibus | muneribus et | honoribus patriae | suae perfuncto, | negotiatori | celeberrimo suariae | et pecuariae, | M. M. Antonii | Teres et Proculus | fili et heredes | secundum voluntatem | ipsius.

Romae ad viam Praenestinam rep. (VI 33887 vidit Huelsen).

7482 d. m. s. | M. Aur. Eureto coniugi | carissimo, qui v. ann. LXVIII | m. VIII, Septimia Felicissima | uxor et M. Aur. Euretus et | Septimia Euresis et Aur. Pu|dentianus, fili carissimo, | negotianti pullario, | patri b. m. f.

Romae (VI 9674 saepius descripta saec. XVI).

7483 L. Papius L. l. Phaselus mercator vinarius; | M. Perperna M. f. Sca. Potitus; | M. Alfidius M. l. Fortunatus; | A. Tettius A. l.

Stlatta numularius; | L. Flavius L. Ɔ. l. Alexander; | M. Thorius M. l. Auctus lanio; | M. Licinius M. Ɔ. l. Leonida | //////[1]; | C. Autronius C. C. l. Hilarus; | Ap. Quintius Ap. l. Nicephor. medicus iumentarius[2]; | P. Nummius P. l. Pamphilus; | T. Curtius T. l. Heliades, in quo numquam indormivit timor | *(et alia nomina quinque).*

In agro Pomptino ad viam Appiam rep., est Romae (X 6493 vidi). — 1) *Nonnulla erasa.* — 2) *Cf. infra ad N. 7813.*

7484 A. Herennuleius | Cestus negótiator | vinárius a septem | Caesaribus[1], idem mercator | omnis generis mercium | transmarinárum, lictor, | vivós sibi fecit et libertis | libertabusque suis posterisq. eorum.

Reate (IX 4680 vidit Mommsen). — 1) *Idem locus urbis Romae in titulo coactoris argentarii XIV 2886. — Negotiatores vinarii Ostiae supra N. 6146. 6162.*

7485 P. Sergius P. P. l. | Demetrius | vinarius[1] de Velabro; | Sergia P. P. l. Rufa uxor; | P. Sergius P. et Ɔ. l. Bassus l. | Arbitratu Rufae uxoris.

Romae (VI 9993 vidit Henzen). — 1) P. Ragonius Daphnus vinariarius in castris pr. *VI 9992;* negot. vinariarius *in t. Mediolanensi Pais 855. Cf. etiam infra N. 7535.*

7486 d. m. | Ti. Claudius Docimus | fecit sibi et suis libertis | libertabusque | posterisque eorum, | negotians salsamentarius | et vinariarius Maurarius.

Romae (VI 9676 vidit Zangemeister). — Negotians salsarius, qq. corporis negotiantium Malacitanorum *supra N. 7278.*

7487 *(Bacchus cum Maenade, Satyro, Pane, Sileno)* C. Clodius C. l. Euphemus | negotiator penoris | et vinorum | de Velabro a IIII scaris[1], | aram posuit sibi, | consecravit | dedicavitque, | liberisque suis | posterisque eorum.

Romae (VI 9671 vidit Henzen). — 1) *'Aquam cernentem IIII scaros' memorat Notitia Urbis reg. VIII. Cf. Iordan Top. 1, 2 p. 472.*

7488 diis manibus | Abudiae M. lib. | Megiste piissimae fec. | M. Abudius Luminaris | patronus idemque | coniux bene merenti, | negotiatrici frumentariae | et legumenaria *(sic)* ab scala | mediana, sibi et libertis | libertabusque posterisq. | et M. Abudio Saturnino | filio, trib. Esq. seniorum[1], | vixit annis VIII.

Romae (VI 9683 vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 6053. 6057 cet.*

7489 d. m. | L. Mario | Phoebo | viatori | tribunicio | decuriae maio|ris[1], mercatori | olei Hispani ex | provincia | Baetica[2].

Romae (VI 1935 servavit Pighius). — 1) *Cf. Mommsen Staatsr. I ed. 2 p. 330 not. 6; supra N. 1924 cet., 1883 not. 1.* — 2) Negotiatores ol[*eari*] ex Baetica *supra N. 1340;* mercatores frumentari et oleari Afrari *N. 1342.*

7490 d. m. s. | C. Sen[*t*]io Reguliano eq. R., | diffus. oleario ex Baetica[1], | curator. eiusdem cor|poris[2], negot. vinario Lugu|dun. in canabis consisten.[3], | curatori et patrono ei|usd. corporis, nautae Arari|co,

patrono eiusd. corporis, | patrono IIIIIIvir. Lugduni | consistentium, L. Silenius | Reginus aus *(sic)* et Ulattia | Metrodora et fili eius|dem ponendum curaverunt, | procurante Dionysio et | *(in margine inferiore)* Belliciano et[4]

Romae (VI 29722 cf. p. 3731 vidit Henzen). — 1) *Alius* diffusor olearius *in titulo Astigitano Baeticae II 1481.* — 2) *Corporis diffusorum ut videtur.* — 3) *Cf. N. 7028.* — 4) *Titulus non videtur finitus esse.*

7491 ossa L. Cluvi L. l. | Cerdonis | oleari[1] de Carinis.

Romae (VI 9718 vidit Kluegmann). — 1) Oleariei *supra N. 7272.*

7492 dis manibus | Foliae Saturninae f. | bene meritae, v. a. XLV | et Crescenti amico meo | isdem coniugi eius | v. a. XXXX, | M. Lucceius Felix | fecit, et sibi et suis | poster. eorum. | Crescens. Ↄ ser.[1] natione Bessus olear. de portic. | *(in margine inferiore)* Pallantian.[2] Venetian.[3] parmul.[4], vix bene iaceo secur.

Romae (VI 9719 vidit Henzen praeter particulam quae periit). — 1) *Mulieris servus.* — 2) *Porticus Pallantiana praeterea ignota.* — 3) *Cf. supra N. 5314. Acclamationes ad ludos circenses spectantes aliquoties adiectae inveniuntur in titulis sepulcralibus, cf. N. 1679 not. 2, 5314 not., sed num eiusmodi aliquid hic lateat, incertum.* — 4) *Fortasse subest allusio ad ludos gladiatorios.*

7493 L. Horatius L. f. | Vot. holitor, | Sex. Horatius L. f. | Vot. sen.[1] In fr. | [*p.*] . ., in agr. p. XX.

Romae (I 1057. VI 9458 Ritschl tab. XC E imaginem). — 1) *Senior (sic potius quam: Voturiā seniorum).*

Alii holitores VI 9457 (Orell. 2861). 9459.

7494 vivit | M. Paquius | M. l. Dama | fabarius. | In agrum | p. XV.

Narbone (XII 4472 p. 846 vidit Hirschfeld). Fabaria quaedam est III 153 = 6672; negotiatio fabaria *supra N. 3851.*

7494 a P. Mettius P. l. | Rufrio | [*l*]upinarius.

Ad Aternum fluvium, non longe ab Interpromio, loco dicto Solagna dei sassi (Calore Atti dell' Accademia napoletana di archeologia 21, 1900/1 p. 179).

7495 dis m. | P. Corfidió | Signinó | pomarió | de agger. | a proseucha[1], | Q. Sallustius | Hermes | amico bene merenti, | et numerum | ollarum decem.

Romae (VI 9821 cf. p. 3471 viderunt Pighius aliique). — 1) *Cf. supra N. 574 not. 2.*

7496 C. Iulius Epaphra | pomar. de circo | maximo ante | pulvinar[1], sibi et ‖ Venuleiae | Cn. Cn. l. | Helenae | coniugi suae.

Romae, iam Bononiae (VI 9822 vidit Bormann). — 1) *Cf. supra N. 7287.*

Alii pomarii supra N. 3413. 6411a. 6411c. 6431c.

7497 A. Fuficius A. l. Zethus | mellar. á port. Trigem.; | Sulpicia P. l. Secunda; | A. Fuficius A. et Sulpiciae l. | Primigenius, v. a. XVII.

Romae (VI 9618 vidit Henzen).

7497ª L. Nerfinius | Potiti l. | Primus | lardarius | sibi et | . . . . . .
Narbone (XII 4483 vidit Hirschfeld). — Alius lardarius Brambach n. 363.

7498 Valerius | Felicissimus | pernarius ‖ d. d.
Romae, in statuae marmoreae Genii dormientis crure dextro et sinistro, iam Berolini (VI 31120; Mus. zu Berlin, Beschr. der Skulpturen [1891] p. 64 n. 143).

7498ª Calpurnia L. Ɔ. l. Hilara, | vix. an. XXXVII. | A. Petronius A. l. Alexander | anatiarius[1], sibi et coniugi | suae fecit, cum qua concorditer vixit.
Romae (VI 9143 vidit de Rossi). — 1) *Fortasse qui anates vendit.*

7499 d. m. Olo Plutio | Sucesso *(sic)* Priscus, | L. Vari Ambiboli[1] | [*ser.*][2] aviarius alti|liarius[3], fecit filio | b. m., qui v. a. XIII, | et sibi et matri aeius *(sic)* | Successe et posterisq. suor.
Romae, iam Forosempronii (VI 9201 viderunt Henzen et Bormann). — 1) *Consul fuit anno incerto (X 3864; cf. IX 3056. X 4390).* — 2) fi .. *excepit Borm.* — 3) *Alius altiliarius (Augusti) libertus VI 4230.*

7500 Aurélia C. l. Náis | piscátrix de horreís Galbae[1]. | C. Aurelius C. l. Phileros | patronus. | L. Valerius L. l. Secundus.
Romae (VI 9801 vidit Henzen). — 1) *Piscatores habuimus iám supra N. 3287, piscicapos N. 6423, corpus piscatorum et urinatorum N. 7266 (not. 1); piscatores (et) propolas N. 3624. 6146.*

7501 L. Calpurnio Daphno | argentario | macelli magni[1], | Ti. Claudius Aug. l. | Apelles et | Asconia Quarta | propinquo carissimo | fecerunt. *(In margine inferiore)* CAY[2] — da piscen — CAY[2] *(vir tunicatus in podio stans, s. cistulam apertam, dextra piscem gerens; hinc illinc viri singuli tunica et cucullo amicti, corbes humeris gestantes, alter dextra pisces suspensos portat).*
Prope Romam ad viam Latinam rep. (VI 9183 vidit Henzen; de anaglyphis cf. Benndorf et Schoene Lateran. p. 245). — 1) *De macello magno urbis Romae sito in monte Caelio cf. Notit. Urbis reg. II; Becker Top. p. 503; Preller Reg. p. 119; Huelsen Roem. Mitth. 1892 p. 297.* — 2) *Non intellegitur (suspiria virorum corbes portantium ita significari putant Bennd.-Schoene).*

7502 [*P.*] Caucilius P. l. | Salvius[1], ‖ P. Caucili[*us P. l.*] | Helles . . . | argentarí de foro vinario[2], | [*arb*]itratu Lysimachi et Callippi libert[*orum*].
Prope urbem, ad viam Labicanam, rep. (VI 9182 vidit Helbig). — 1) *Huius libertus* P. Caucilius Salvi l. Eros coactor vinarius de foro vinario *VI 9181.* — 2) *Alii Caucilii argentarii de foro vinario VI 9181.*
Argentarii et exceptores itemq. negotiantes vini supernat. et Arimin. *supra N. 519.*

7503 C. Cácius C. l. Heracla | argentarius de foro | Esquilino[1], sibi et libe. | et libertabus.
Romae (VI 9179 Bormann vidit partem). — 1) *Alius* argentari(*us*) a foro Esquil. *VI 9180. Cf. supra N. 6076ª.* [*Ar*]gentarii post aedem Castoris *VI 363. 9177 (= Orell. 4195; sed cf. VI 30748),* argentari et negotiantes boari huius loci *supra N. 426.*

7504 Q. Fulvio Chareti | argentar. coactor. | de portu vinario | superiori, | patrono optumo | et indulgentissim., | Doctus et Festus lib.

Prope Falerios rep. (XI 3156 vidit Bormann).

Alius coactor a portu vinario *VI 9189 (infra N. 7929)*, [*coact*]or de porto vinar. *VI 9190; alii coactores supra N. 1929 et alibi.*

7505 dis manibus | M. Mannei | Advenientis | coactoris | a theatro | Marcelliano, | Manneia Terpusa | coniugi | bene merenti.

Romae (VI 33838[a] Gatti bull. comunal. 1886 p. 310).

7506 d. m. | M. Ulpio Aug. lib. Martiali | coactori argentario | Caesaris n., | Ulpia Martina filia.

Veiis rep., nunc Romae (VI 8728. XI 3820 vidit Bormann).

7507 A. Argentari. A. l. Antioc. a[*rgentar.?*] | coactor. inter aerarios a . . ., | Octaviae A. l. Epichar. soror[*i*].

Romae rep. ad viam Appiam (VI 9186 vidit Henzen).

7508 L. Suestilius | L. l. Clarus | argentarius ab | sex areis[1], sibi et | L. Suestilio Laeto | nummulario ab | sex areis, | vixit ann. XIIX. | In f. p. XIX, in ag. p. XIIX.

Romae (VI 9178 semel descripta saec. XVI). — 1) *Sex arae videntur intel legendae esse, non areae (cf. infra N. 7567; item supra N. 3616. 6073); ubi fuerint ignotum.*

7509 T. Flavius Genethlius | nummul. de basilica Iulia, | natione Bess., sibi et coniugi, | liberis libert. libertabusque | deinceps de dom. sua descendentib. | vivus fecit. | Hic in IIII stabul.[1] agitavit numq.

Romae (VI 9709 cf. p. 3470 fortasse semel tantum descripta saec. XV/XVI). — 1) *Significantur quattuor stabula factionum circensium (cf. N. 5277 not.).*

Alius nummularius de basilica Iulia VI 9711 (= Henz. 5082).

7510 C. Sulpicius C. l. Battara | numularius a Mercurio | sobrio[1], et Sulpicia Hilara | C. Sulpici Battarael.

Romae (VI 9714 vidit de Rossi). — 1) *Cf. supra N. 3196 not. 4484.*

7511 [*M. S*]alvio M. l. Secundo | [*nu*]mmulario de circo | Flaminio, | [*Salvi*]a M. l. Phaedime patron. | . . . . . suisque.

Romae (VI 9713 bis vel ter descripta saec. XVII. XVIII).

7512 memoria | L. Publicius Eutyches sevir August. | idem q. q., stipulator argentarius[1], | et Publicia Epictesis fecer.

Ostiae (XIV 405 descr. saec. XVII Fabrettius). — 1) neg. stip. arg. *supra N. 6731.*

7513 M. Luccius ⅂. l. | Philocalus | microtocistês[1].

Luceriae (IX 823 vidit Mommsen). — 1) *Apicis forma a communi aliquantum recedens.*

7514 M. Caedici | Fausti | negotiator. | de sacra via. ‖ Caedicia | Syntyche | conliberta.

Romae, nunc in castello quodam Angliae (VI 9662 vidit Matz).

7515 d. m. | Q. Marcius ...s decurialis, | negotiator ca[*mp*]i pecuari, | sibi et suis v[*iv*]us fecit et | libertis li[*berta*]busque | posteris[*que eorum*]. | H. m. [*h. n. s.*]

Romae (VI 9660 partem vidit Henzen).

7516 C. Iulio Amaranto | de foro suario | mercatori, fecit | . . . . . .

Romae (VI 9631 p. 3470 ter ut videtur descripta saec. XVII).

Negotiantes fori vinarii Ostiae, supra N. 6168. Adde N. 5368.

7517 Ulpio Eutycheti negotianti | cas. pr.[1], Ulpia Secundina coniugi | et fili Ulpius Secundinus et Ul|pia Iulia et Ulpia Secundina et | Ulpius Iustus parenti dulcissi|mo comparaverunt et sivi et suis et | libertis libertabusque [*poste*]|risque eorum quo[*rum me*]moria[2].

Romae (VI 9661 semel descripta saec. XIX). — 1) *Castrorum praetoriorum (cf. N. 7485 not. 1).* — 2) *Apparet titulum non integrum esse.*

7518 d. m. | In hoc tumulo iacet corpus exanimis | cuius spiritus inter deos receptus est, | sic enim meruit, L. Statius Onesimus | viae Appiae multorum annorum negotias *(sic)*[1], | homo super omnes fidelissimus, | cuius fama in aeterno nota est, | qui vixit sine macula an. p. m. LXVIII, | Statia Crescentina coiux | marito dignissimo et merito, | cum quo vixit cum bona concordia | sine alteritrum animi lesionem *(sic)*, | bene merenti fecit. *(In parte aversa titulus Christianus).*

Romae, nunc Veronae (VI 9663 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6630.*

7519 L. Licinius | M. f. Pol. Nepos, | cuius de vita merito | pote nemo queri[1]. | Qui negotiando locupletem | se speravit esse futurum; | spe deceptus erat et a mul|tis, bene meritus, amicis. | Hanc casulam in parv|o fecit supremi temporis | sedem maiori cura | quam inpensa potuit. | Diis parentibus suis[2] | hunc lapidem posuit | supremum semoto loco, | suptus quem factum est | ut remanerent ossa | et cineres C.[3] fratris, et | sua ube requiescerent, | et per quem testari posset, | quam laboriose et non | secure vixserit. Qui vivos | multis in futurum su[*p*]rem|a hospitia donavit amicis; | cuius in hospitio requiesc[*e*]|nt multis gratis, | et amicis; quos roga|t ut, quod eis superat, suis | donent gratis, ne vendan|t. Vitent homines avaros, auda|ces, monumentorum | sacrilogos[4], per quos | decessis numquam | requiescere licet. | — Diis manibus sacrum. | Homo, violare noli, si te | moriturum putas. | P. q. XII.

Romae (VI 9222 cf. p. 3469 descripserunt Iucundus aliique). — 1) *Cf. Plin. n. h. 33, 139: vasa ex argento mire inconstantia humani ingeni variat nullum genus officinae diu probando: nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana .... quaerimus.*

7696 ....anus | [*post aedem*] Castoris, decurio ... inianae; | .... [*Nice*]phor faber arg. | [*ad Vo*]rtumnum, | .... vixit cum suis | ...... | ... [*Phi*]leros f.

Romae (VI 9393 vidit de Rossi).

Alius faber argentarius supra N. 6077. Adde III 1652. VI 9392.

7697 d. m. | Silio Victori filio | et Naebiae Amoebe | coiugi et Siliae Victoriae | filiae suae, P. Silius Victor | tritor[1] argentarius, f. s. et s.[2], | l. l. posterisque eorum.

Romae, iam Neapoli (VI 9950 vidit Mommsen). — 1) *Cf. Corp. Gloss. Lat. II p. 202, 13: tritor τορευτής.* — 2) *Fecit sibi et suis.*

7698 .... | Mansuet[*i*] | lib. | Primigenius | excúsor[1] | argentarius | et Pulliae Meropae.

Fiumicelli prope Aquileiam rep. (Pais 215 qui vidit). — 1) *Cf. Quint. 2, 21, 10.*

7699 [*d. m.*] | et memoriae | aeternae | Potitio | Romulo, | q. vivi.[1] ann. XX m. V ..., | defuncto, | arti *(sic)* arge[*nt.*] | exclussor[*i*][2], | Martinia | Lea coniu. ka|rissi. et sibi v. | p. c. et s. d. i. *(sic)*[3].

Lugduni (XIII 2024 vidit Hirschfeld). — 1) *Scr.* vix. — 2) *Cf. Augustin. enarr. in ps. 67, 39, de spiritu et litt. 10, 17.* — 3) *Debuit esse* s. a. d. *(cf. N. 7035 fin., item N. 7028 seq.).*

7700 d. m. | Selliae Nices | vix. ann. XXXV | mens. VI dieb. XXI, | C. Sellius Onesimus | flaturar. de via sac. | coniugi b. m. f.

Romae (VI 9418 viderunt Accursius aliique).

Alius flaturarius de sacra via VI 9419 (= Orell. 4193); [*ne*]gotiator a[*rti*]s cretaria[*e et fla*]turariae si[*gill.*] *III 5833. Flaturarius auri et argenti monetae VI 8456; flatura argentaria monetae supra N. 1470; VI 791.*

7701 ..... | de basilica | vascularia[1] | aurario et | argentario[2].

Veiis ut videtur rep., est Neapoli (XI 3821 vidit Mommsen). — 1) *Sic videtur fuisse in lapide* (vascula . . a *nunc extat,* vacuiaria *qui primus descripsit). Cf. Notit. urb. app.; Iordan top. I 2, 438.* — 2) *Alius* [*au*]rarius argentar. *est VI 9209.*

7702 . . . . . | L. l. Soterichus | VIvir, argent. | vasclarius[1].

Colognolae prope Veronam rep. (V 3428 vidit Mommsen). — 1) *Alius* argent. vasclarius *II 3749.* (A)erari. vascl. *VI 9138.*

7703

adulescens, tametsi properas, | hic te saxsolus
rogat ut se | aspicias, deinde ut quod scriptust | legas.
hic sunt ossa Maeci Luci sita | Philotimi vasculari.
hoc ego voleba. | nescius ni esses. Vale.[1]

⟨Posteris ius. | L. Maeci. L. l. Salvi. Manchae Manchae f.⟩[2] | Rutilia Rutiliae l. ⟨Hethaera.⟩[2] | Maecia L. f.

Romae rep., iam Vindobonae apud Bormannum (VI 33919ª imaginem exhibet Bormann arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 17, 1894 p. 227; ab eo Buecheler carm. epigr. n. 848). — 1) *Mire congruit epigramma Pacuvii poetae relatum a Gellio 1, 24, 4. Cf. Bormann l. c.; Buecheler l. c.; item supra N. 1932 v. 5.* — 2) *Quae uncis inclusimus, postea addita esse videntur (Borm.).*

Alii vascularii VI 1818. 3592. 9952—9958. 33918. 33919. X 7611. III 6331ª.

7704 . . . . | Cn. Danius Cor . . .[1] [*l.*] | Minuso[2] IIIIIIvir. Aug. | Luguduni, negotiator argentar. | vascularius, sarcophagum | alumno posuit et aram infra script. | vivus sibi inscripsit, ut animae | ablatae corpore condito multis | annis celebraretur eoque fato | . . . .

Lugduni (XIII 1948 descr. saec. XVII Spon et Menestrier). — 1) *Cognomen patroni (Momms.).* — 2) *Idem XIII 2120. 2121.*

Negotiantes vasculari *Romae, VI 1065.*

7704ª diis manibus | M. Volci Pal. | Hermae eborar. | negotiatoris, | benemerenti | fecit | M. Volcius Pal. | Abascantus | lib. isdem gene[*r.*] *(Venus et Amores duo. In utroque latere praeter cancrum elephantus).*[1]

Nazzani in agro Capenate (XI 3948 vidit Bormann). — 1) *Elephanto qui est in utroque latere alludi ad negotiationem eborariam vidit Bormann archaeol. epigr. Mitth. aus Oesterr. 10, 1886 p. 229.*

7705 vi. | M. Aeli. M. l. | Apolloni | fabri eborari, | et Lepidae leib. | meae.

Romae rep. ad viam Salariam (VI 33423 = Notizie degli scavi 1899 p. 57).

Alius faber eburar. *VI 9397.*

7706 v.[1] P. Caesetius P. l. Sodalis | politor eburarius[3]. | v.[2] Caesetia P. l. [*Pro*]cula.

Romae (VI 7885 descr. saec. XVIII Dom. Giorgius, auctor accuratus). — 1) *Vivus,* 2) *viva.* — 3) *Cf.* politor *VI 9820.*

7707 Sex. Clodius Sex. l. Amoenus | eborarius ab Hercule | primigenio[1].

Romae ad viam Appiam rep. (VI 7655 vidit Henzen cum amicis). — 1) *Cf. N. 3433.*

De collegio negotiantium eborariorum citriarorumque vide supra N. 7214.

7708 L. Albius L. l. | Thaemella | gemmarius d[*e*] sacra via. ‖ Albia L. l. | Primigenia, | vix. ann. XXII.

Romae (VI 9434 vidit de Rossi).
Alius gemmarius supra N. 7559.

7709 L. Uttedius Hermias | gemmarius sculptor, | ann. vix. XLV.

Romae (VI 9436 vidit Henzen).

7710 d. m. |
quicumque es, puero lacrimas effunde, viator. |
Bis tulit hic senos primaevi germini[*s*] annos, |
deliciumque fuit domini, spes grata parentum, |
quos male deseruit longo post fata dolori. |
Noverat hic docta fabricare monilia dextra |
et molle in varias aurum disponere gemmas. |
Nomen erat puero Pagus, at nun[*c*][1] funus acerbum |
et cinis in tumulis iacet et sine nomine corpus[2]. |
Qui vixit annis XII | mensibus VIIII diebus XIII ho. VIII.

Romae (VI 9437 vidit Bormann). Buecheler carm. epigr. 403. — 1) nunt *lapis.* — 2) *Cf. Verg. Aen. 2, 557.*

7711
Blesamus hoc Novius requiem | sortitus in aevom |
! ![1]
contra locus sanctus, plausu | qui excepit agresti |
cum primum fundo venerat hic dominus. |
Parebat nemo, Fauni | Nymphaeque sonabant, |
laetitiam divom sensit et ipse locus. |
Hic olim statuis urbem | decoravit et orbem[2]:
nomen habet populus; corporis hic tumul.[3]

Romae (VI 23083 vidit I. Schmidt). Buecheler carm. epigr. 1254. — 1) *Versus erasus, nescimus quam ob causam.* — 2) *Sculptor fuit, praeterea ignotus (Brunn Künstlergeschichte I p. 614).* — 3) *Debuit esse:* corpus at hic tumulus *(Bue.).*

7712 Maecio Aprili arti[*f*]ici signario, qui vixit | annis XXVII menses duo dies V, benemerenti in p.

Romae rep. in coemeterio Cyriacae (VI 9896 vidit de Rossi).

7713 M. Rapilius Serapio hic | ab ara marmor.[1], | oculos reposuit statuis; | qua ad vixit bene[2].

Romae, iam Florentiae (VI 9403 vidit Henzen). — 1) ab ara marmorea *etiam VI 10020.* — 2) *Quoad vixit, bene (vixit).*

7714 dis manibus | L. Licinio L. f. Stator[*i*]a|no L. Licinius L. l. Patroclus | faber oculariarius | frat. cariss. f.

Romae, iam Neapoli (VI 9402 vidit Mommsen).

7715 d. m. | Q. Candi[*di*] Benigni fab. tig. c|orp. Ar.[1]
Ars cui summa fuit | fabricae, studium doctrin. | pudorque,
quem magni | artifices semper dixsere | magistrum.
Doctior hoc ne|mo fuit, potuit quem vinc|ere nemo,
organa qui nosse|t facere aquarum aut duce|re cursum[2].
Hic covviva *(sic)* fui|t dulcis, nosset qui pasce|re amicos,
ingenio studio | docilis animoque benig|nus.
Candidia Quintina | patri dulcissimo et Val. | Maxsimina coniugi kar. *(In lateribus perpendiculum; ascia).*

Arelate (XII 722 Hirschfeld vidit pleraque). Buecheler carm. epigr. n. 483. — 1) *Fabri tignuarii corporati Arelate.* — 2) *Simile artificium merulatoris vocabulo indicari VI 13481, putat Buecheler carm. epigr. 463.*

7716 M. Lucilio M. l. | Diocli tibicin. | artific. organ.[1], | libertis et libertab. | eius, arbit[*ratu*] | M. Ofilli Terti.

Beneventi (IX 1719 servavit Verusius). — 1) *Artifici organorum.*

7717 d. m. | *! ! ! ! ! !* | Saturnino | fabro | automatario[1], | P. Domitius | Maximus | amico.

Romae (VI 9394 vidit Smetius). — 1) *Cf. Dig. 30, 41, 11.*
Fictus est titulus Orell. 4150 (= XIV 332) automatarii krepsidarii.*

7718 C. Asini | C. l. Felicis | fabri Genio[1].

7718[a] Asiniae C. l. Ammiae | matri Felicis fabri | balneatoris. ‖ C. Asinio Fe[*lici*] | fabro baln[*ea*][tori, vixit | annos XXXIV.

Romae, deinde Florentiae (VI 9385. 9395/6 vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 8050 cet.*

7719 v.[1] L. Hostilius L. l. Amphio | faber lectarius | ab cloca *(sic)* maxima, sibi et | Θ[2] L. Hostilio Pamphilo patrono et | Hostiliae Bassae conlibertae, | vix. a. XXXV, et suis.

Romae (VI 7882 vidit Henzen). — 1) *Vivus.* — 2) *Cf. N. 7626[a] not. 1.*

7720 [*Q.*] Baebius Q. | l. Tertius | faber limarius, | in suo hic | requiescit.

Narbone (XII 4475 cf. p. 846 ter quaterve descripta).

7721 Titia Eutychia | v. f. sibi et | L. Maesio L. f. Modesto | filio, ann. XVIII, | Valeriae . . Verae | fil., ann. XVIII, | L. Maesio Terentino | fabro pectinar., | coniugi dulcissim. *(in lateribus pectines aliaque instrumenta).*

Polae (V 98 vidit Mommsen praeter paucas litteras nunc evanidas).

7722 *(vir sedens ad tabulam, d. malleum vel simile quiddam tenens, sinistra instrumentum formae incertae in mensa positum attinens, aliud instrumentum in genibus ipsius iacet. Iuxta puer d. cultrum tenens, s. attingens instrumentum illud in mensa positum)* T. Valerius L. f. | Placidus | refector pectinar.[1]; | Cornelia M . . . .

Hastae (Asti) (V 7569 vidit Mommsen). — 1) *Alius* refect. pecten. *IX 1711.*

7723 *(ascia, forceps, malleus)* d. m. *(asciae duae)* memoriae aeternae | Valeriae Leucadiae infantis | dulcissimae, quae vixit annis | VI d. XXX, et |

Virei Vitalis, iuvenis incompa|rabilis ingeni, artis fabricae | ferrariae, fratris eiusdem Leu|cadiae, quorum mortem soli | XXX dies interfuerunt, corpo|rato inter fabros tign. Lugud., | qui vixit ann. XVIIII m. X d. VIIII, | cuius aetas talis fuit ut virgo | defunctus sit cuiusque sapien|tia omnibus amicis et parenti[*b.*] | admirabilis fuit. Huius de aeta[*te*] | mors inique iudicavit. | Vál. Maximus vitricus qui eum | sibi filium adoptaverat et art[*e*] | educaverat, in quo spem aeta|tis suae conlocaverat, et Iu|lia Secundina mater infeli|cissima, qui sibi ab eis id fieri spe|raverant, et | Vireii Marinianus et Secundi|anus et Val. Secundinus fra|tres p. c. et sibi vivi sub asc. dedic.

Lugduni (XIII 2036 vidit Hirschfeld).

7724 . . . . . . faber | ferrarius sibi fecit | dedicavit et titula|vit; ita fecimus quot | fili nostri non fac|iunt.

Tubunis (Tobna) Numidiae (VIII 4487 semel ut videtur descripta).

Conlegium fabrum ferrarium *(Romae) supra N. 1915;* fabri ferrari Dibione [co]nsis[*t*]entes *N. 7048. Alii XI 4236. 4237.*

7725 *(protomae viri et mulieris)* P. Longidienus P. f. Cam. | faber navalis, se vivo constit|uit et Longidienae P. l. Stactini. | *(protomae iuveniles duae)* P. Longidienus P. l. Rufio, | P. Longidienus P. l. Piladespotus | inpensam patrono dederunt *(homo fabricans navem; intra tabellam quadratam litteris parvis)* P. Longidienus | P. f. ad onus | properat.

Ravennae (XI 139 vidit Bormann; imagines exhibent Murat. p. 534; Jahn Ber. sächs. Ges. d. Wiss. 1861 tab. X fig. 2 cf. p. 334).

7726 . . [*Cae*]ci[*lio*] | Nigro fa[*br. navali*].

[*Praete*]riéns quícumque legés h[*aec carmina nostra,*
  qua]e tibi defuncti nom[*i*]na ver[*a dabunt,*
incompto]s elegos veniam peto ne ver[*earis*]
  perlegere et dícás carmen ha[*bere fidem.*
C]aecilius Niger est hic ille s[*epul*]tu[*s ad undas*],
  quo cernis titulum, stab[*at et ipse loco*].
Nunc tibi navales pauci damus ul[*tima dona*],
  ho[*c*] et defuncto corpore munus [*habe*].
Ossa tuis urnis optamus dulce quiesc[*as*]
  sitque levis membris terra m[*olesta tuis*].
Arti[*fi*]ci artifices Nigro damus ista so[*dales*]
  carmina quaé claudit iam rap[*idus*[1] *Rhodanus*].

Arelate rep. a. 1886 (XII 5811; de Laurière et Thédenat bull. des antiquaires de France 1888 p. 265 cf. revue épigr. du midi de la France 3, 1890 p. 43). Buecheler carm. epigr. n. 1191. — 1) *Sic supplevit Hirschfeld qui vidit ectypum,* res . . . . *ex lapide enotavit de Laur.* (res[*onans fluvius?*] *Buech.).*

7727 d. m. | C. Baebio Mu|saeo machinatori, | C. Baebius Symbiotes | fratri et conliberto | merentissimo. *(In margine inferiore Graeca sensus obscuri.)*

Romae (VI 9533 cf. 33810 vidit Henzen. De Graecis cf. Kaibel Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1467).

7728 Marti | Aug. sacr. | C. Sevius | Lupus | architectus[1] | Aeminiensis[2] | Lusitanus ex vo[*t*.].

La Coruña in ora Callaeciae, in rupe prope pharum qui videtur aetatis Romanae (II 2559 cf. II S. 5639 vidit Huebner). — 1) *Architectum fuisse ipsius phari probabile est, cf. Huebner l. c.* — 2) *De Aeminio cf. C. I. L. II p. 816.*

7729 M. Cassio C. f. Pob. Denticulo | IIIIvir., architect., | trib. militum.

Veronae (Ricci Notizie degli scavi 1893 p. 13).

7730 C. Gavio C. f. | Straboni, ‖ M. Gavio C. f. | Macro, ‖ . . . . . . ‖ Gaviae M. f. *(Intus in arcu ab utroque latere)* L. Vitruvius L. l. Cerdo | architectus[1].

Veronae in arcu qui deiectus est a. 1805 (V 3464 saepius descripta inde a saec. XV). — 1) *Potest fuisse libertus et discipulus Vitruvii Pollionis (Momms.).*

7731 C. Postumius C. f. Pollio architectus[1].

Terracinae (X 6339 saepius descripta saec. XV—XVIII). — 1) *Idem in simili titulo Formiano X 6126.*

7731[a] L. Cocceius L. | C. Postumi l.[1] | Auctus arcitect.

Puteolis (X 1614 p. 1009 vidit Mommsen). — 1) *Aut trium Cocceiorum, L., Gai, Postumi fuit libertus, aut L. Coccei et C. Postumii (ut ab altero praenomen, ab altero gentilicium sumpserit cf. supra N. 3097 not. 1) (Postumium hunc Mommsenus coniecit fuisse Postumium Pollionem tituli eius qui praecedit). Aut ipse aut ex patronis eius unus potest fuisse is Cocceius cuius opera in regione Puteolana memorat Strabo 5 p. 245 (narratur ille fecisse cuniculum a lacu Arverno Cumas et fortasse etiam alterum illum Puteolis Neapolim; sed Strabonis verba perplexa et fortasse interpolata, cf. Momms. l. c.). Fortasse ad eundem Cocceium spectat fragmentum epistylii Cumis rep. X 3707:* L. Cocc . . . . | redem[*pt*] . . .

7732 P. Buxurius P. f. | Truentines.[1] QVIE|COINOMN[2] Tracalo, | arte tecta.[3] Salve.

In Piceni plaga maritima, prope locum dictum Monte Prandone, rep., litteris antiquis (IX 5279 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Truentine(n)sis, scilicet ex Truento castro, quod non longe illinc situm fuit, ad ostia fluvii Tronto (cf. C. I. L. IX p. 492).* — 2) *Quiescit, coi (= cui) nomen (Momms.).* — 3) *Architectum intellegit Momms. (tecta a τέκτης, pro τέκτων). Pro* L *in hoc titulo est* ⊾.

7733 C. Iulio | Luciferi[1] filio | Posphoro | architect. Aug., | Claudia Stratonice | uxor viro | optumo.

Romae, iam Florentiae (VI 8724 vidit Henzen). — 1) *Fortasse hic supra N. 7571.*

7733[a] dis manib. | Tychico imp. Dom. ser. | architecto Crispinil.[1] | Ti. Claudius Primus | ollam ossuariam | dónavit.

Romae (VI 8726 vidit Henzen). — 1) *Crispinilliano (fortasse antea servus fuerat Calviae Crispinillae, quam memorat Tac. h. 1, 73).*

Architectos militares habes supra N. 2057. 2421 (adde (XI 630), architectum classis praetoriae Misenensis N. 2872. — Mentiones architectorum in operibus publicis inscriptae, supra N. 5483ᵃ. 5637ᵇ. 5638ᵃ. 5741, cf. 4718. 5378. 5539; adde X 4587. XI 3945.

7734 vivit, | Q. Caelius Sp. f. Vivi. | architectus navalis; | vivit, | uxor Camidia M. l. | Aprhodisia |

Hospes resiste et nisi m|olestust, perlege.
Noli | stomacare. Suadeo, | caldum bibas.
Moriundust. Vale.

Ad Lirim in agro oppidi SS. Cosmae et Damiani (non procul a Minturnis) rep. (X 5371 semel, nescio quam accurate, descripta). Buecheler carm. epigr. 118.

Alius architectus navalis XII 723.

7735 d. m. | C. Pomponio | Heraconti *(sic)* | dulcissimo | M. Ulpius Hera | et Valeria Sa|tornina *(sic)* pa|rentes harchi|tecto *(sic)* [*f*]abro | nabali[1] optumo, | vixit annos XXV *(navis)*.

Romae ad portam Salariam rep. (VI 33833 = Notizie degli scavi 1888 p. 570). — 1) *Faber navalis etiam N. 7725; corpora fabrum navalium N. 6172. 7726. (Naupegiariorum collegium in titulo ficticio VI 5, 192*;* naupe. *in t. Clusino XI 2135 legere sibi visus est Bormann.)*

7736 *(parma, hastae duae)* [*tr*]ib.[1] Claudia[2], | [*L.*] Aebútius L. l. | [*F*]aústus ménsor, | VIvir, sibi et | Arriae Q. l. Aúctaé | uxóri et suis et | Zepyre libert. | v. f. *(inter fasces duos cum securibus bisellium ornatum et stratum pulvino; infra groma[3]).*

Eporediae (Ivrea) (V 6786 vidit Mommsen; imaginem dedit H. Schoene Jahrb. des archaeol. Inst. 1901 tab. II cf. p. 128). — 1) *Tribu.* — 2) *Primus versus fortasse postea adiectus.* — 3) *Groma agnovit Cavedonius bull. archeol. napoletano 1852 p. 70; dixit de ea re H. Schoene Jahrb. l. c.*

7737 *(in ima basi)* T. Statilio Vol. Apro mensori | aedificior.[1], vixit ann. XXII m. VIII d. XV, | T. Statilius Vol. Proculus | accensus velatus[2] et Argentaria | Eutychia parentes filio optumo et | Orciviae Anthidi uxori eius, sibiq. et suis, | libertis libertabus posterisque eorum. *(Supra inscriptionem quae praecedit)*

innocuus Aper[3] ecce iaces non virginis ira,
nec Meleager | atrox perfodit viscera ferro,
mors tacita obrepsit subito fecitq. | ruinam
quae tibi crescenti rapuit iuvenile figuram.

(In media fronte arae iuvenis, manu sin. volumen tenens, iuxta capsula, ad pedes iuvenis iacet aper[3] exanimis; adstat Genius. In latere arae decempeda, in altero latere thecae duae.)

Romae, basis, diu in Vaticano, iam in museo Capitolino (VI 1975 cf. p. 3233 vidit Henzen. Imaginem laterum dedit Gruter 624, 2, frontis Foggini mus. Capitol. anaglyph. tab. 9). Buecheler carm. epigr. 441. — 1) *Alii mensores aedificiorum supra N. 1689. III 2129. VI 9622—9625. XIV 3032. 3713.* — 2) *Cf. supra N. 1955 seq.* — 3) *Desimilibus lusibus egit Gatti Bull. comunale 1887 p. 117.*

7738 l. p.[1] CXX | Q. Iu[*l*]ius P. f. Gal. | Rufus agrimensor | Siccaenas[2].

In Baetica rep. prope Ipscam, loco dicto el monte Horquera, est Matriti (II 1598 p. 871 vidit Huebner). — 1) *Latum (vel longum) pedes.* — 2) *Siccaena vel Siccaenum oppidum ignotum.*

7738[a] d. m. s. | T. Flavius Apsens | mesor agror.[1], | pius v. a. XXVI, | h. s. e.

Carthagine rep. in eodem sepulcreto in quo N. 1550 (VIII S. 12638 vidit Schmidt). — 1) *Fortasse hic mensor pertinuit ad tabularium imperatoris Carthaginiense, constitutus sub procuratore tractus Carthaginiensis; certe sub procuratore illo fuerunt Augusti servus,* mensor agrarius, *Augusti libertus* agrimensor *in eodem sepulcreto sepulti (VIII S. 12637. 12639).*

7739 [*C.*] Stlaccius C. l. A . . . | mensor idem sacoma[*rius*][1] | sibi et sueis. | [*A.*] Stlaccius A. l. Mário | [*m*]ensor eidem sacom[*arius*] | sibi et sueis.

Neapoli (X 1930 vidit Mommsen). — 1) *Qui sacoma (σήκωμα) tractat. Cf. supra N. 6163 not. 4.*

7740 [*col. Iul. Aug.*] fil. Ber., L. Varronius Rufinus geometra fecit.

Beryti in epistylii fragmentis (III 6041 semel descripta).

Mensor agrarius in legione, supra N. 2422[a], mensor frumenti N. 2423; mensores praetoriani, N. 2058. 2059. Mensores servi publici municipiorum, N. 6476. 6480. De corporibus mensorum frumentariorum et machinariorum, supra N. 6155. 7267. 7268.

7741 L. Marius L. f. | Vitalis, | vixi ann. XVII d. LV,
consummatus litter. |
parentes suasi, artefic. | discerem,
discessi ab | urbe in praetorio | Hadriani Aug. Caesar., |
ubi dum studerem, fata | inviderunt mihi
raptum|que ab arte tradiderunt | hoc loco. |
Maria Malchis mater | infelicissima, filio sanctissimo.

Romae (VI 8991 vidit Henzen). Buecheler carm. epigr. 101.

7742 d. m. | T. Oclati | Athenagorae | Nicomedensis, | iuris studiosi.

Rep. in coemeterio veterum christianorum dicto S. Zotici, 10 mil. pass. ab urbe (VI 33868 = Orell. 7235 vidit de Rossi).

7742[a] Heracli.[1] | d. m. s. | L. Vetidius | Maternus | Vetidianus, | eques Rom., | Q. Vetidi Iuvena|lis quinquen|nalici filius, | utraque lingua | eruditus, p. v. a. XVIII | m. IIII d. XXVIII, per|missu praesidis a | Karthagine de stu|dio relatis reliquiis, | h. s. e.

7742[b] Iuve[*nal*]is (?)[2]. | d. m. s. | Q. Vetidius | Felix Hono|ratianus, | eques Roma|nus, Q. Vetidi | Iuvenalis | quinquen|nalici filius, | utraq. lingua | eruditus, p. v. | a. XXI m. VII, h. e. s.

7742c Iuventi. | d. m. s. | Q. Vetidius | Iuvenalis | Q. fil., omni|bus hono|rib. func|tus, pater III equitum | Romanor.[3], | in foro iu|ris peritus, | agricola | bonus, p. | v. a. LXXX|VII m. VIII | d. XXVII, | h. s. e. || *(A sinistra)* [*d.*] m. s. | Gellia Ho|norata | Gelli Ho|norati f., | ab exor|dio nupti|arum con|cordi mari|to defunc|to et sibi | unam a|rulam pi|etatis causa | constituit, | p. v. a. LXXVIII | m. VIII d. XXVIIII, | h. s. e.

Thubursici Numidarum (Khamisa) rep. (misit Cagnat, cf. Mél. de l'Ecole fr. de Rome 1903 p. 117 seq.). — 1) *Signum Vetidii Materni.* — 2) *Signum ut videtur Vetidii Felicis (lectio non certa:* IVVLII//IIS *exceptum est).* — 3) *Scilicet Materni Vetidiani et Felicis Honoratiani, quorum tituli praecedunt, tertiique nobis ignoti.*

7743 d. m. s. | M. Staberio Felici | Primil[*l*]iano fratri, | iuris perito de primis iustissimo, | advocato de singularibus fidelissimo, | piissimo humanissimoque iuveni, | qui vixit annis XXXVII minus diebus XIII. | Hunc pietate religione unica | fecere curaver . . .

Romae (VI 9487 solus Cyriacus ut videtur descripsit).

Iuris peritus etiam supra N. 1455, iuris consultus N. 1067.

7744 memoriae | L. Turpili Victorini Ma|riani eq. R., advocati, om|nium litterarum et virtu|tum viri, qui fuit in rebus | humanis annis XXII cum | magna laude actus et d[*i*]sciplinae suae. Audenti.

Cuicul (Djemila) in Numidia (VIII S. 20162 Cagnat vidit imaginem photographicam).

7745 d. m. | L. Mettius Otacilia|nus, causas egit an|nis XXXVIII, Mar|cia Damalis femi|na incomparabi|lis, f. c.[1] Rogatus.

Romae (VI 9242 servavit Hieronymus Amati). — 1) *Faciendum curavit.*

7746 d. m. |

hic iacet Helpidius fatis | extinctus iniquis,
egregius iuvenis, | causarum orator honestus.

Qui | vixit ann. XXX.

Romae (VI 9241 cf. p. 3469 bis ut videtur descripta saec. XV/XVI). Buecheler carm. epigr. 425.

7747 d. m. s. | L. Calpurnius | Flamininus | vivus sibi fecit. |

Oravi causas felix, | dum tertia non lux |
coniugium et natos, | omne decus rapuit. |

Vixit annis LXXV.

Lambaesi (VIII 3306 vidit Wilmanns). Buecheler carm. epigr. 1256.

7748 d. m. s. | M. Picario M. Memo|ris fil. Turraniano | casto raro cum vi|xit viro, magis|tro etiam iu|ris[1], qui LXX an|num aetatis | egressus men|[*sibus*] . . . . .

In agro Carthaginiensi rep. (VIII S. 12418 vidit I. Schmidt). — 1) *Alius magister iuris VI 1602 = X 8387.*

Clarorum iuris auctorum titulos habes supra N. 1015. 1033. 1034. 1051. 1067.

7749 Q. Valerius | Littera[1] tes|tamentarius[2] | IIIIIIvir, c. s.[3], an. LXIII. | h. s. e. S. t. t. l.

Gadibus (II 1754 semel descripta saec. XVII). — 1) *Cognomen ex agnomine ortum (Momms.).* — 2) *Cf. N. 7750 et N. 7765 v. 7.* — 3) *Carus suis.*

7750 P. Pomponio P. l. | Philadespoto | [*l*]ibr., qui testamenta | scripsit annos XXV | sine iuris consult., | *(duo versus desperatae lectionis).*

Venafri (X 4919 vidit Mommsen).

7751 P. Cornelius Celadus | librarius ab extr. porta | Trigemina, vix. an. XXVI.

Romae, iam Veronae (VI 9515 vidit Mommsen).

7752 C. Afránio Clari lib. Graphico | doctóri librario[1], lusori | latrunculorum, cur. c. R.[2], et Tertullae | coniugi, ex testamento ipsius.

Le Hallai prope Auch Aquitaniae (XIII 444 vidit Hirschfeld). — 1) *Alius* doctor librarius (de sacra via) *Orell. 4211 (quem titulum fortasse non recte inter spurios relegavit Henzen VI 5, 3413).* — 2) *Curator civium Romanorum (cf. supra N. 7011 not. 2).*

7753 v. f. | C. Terentius | Fructus | sibi et | Attico ser., | qui vixit ann. | XX, litteratus | Graecis et Latinis | librarius, | partes dixit CCC.[1] | In fr. p. XV, | in ag. p. XXV.

Placentiae (XI 1236 accurate descr. saec. XVI Accursius). — 1) *Cf. Petron. 58: non didici geometrias . . . . , sed lapidarias literas scio, partes centum dico ad aes, ad pondus, ad nummum (incertum num eodem spectent verba t. Segusini V 7274:* partes habuit X . . .). *Hultsch Jahrb. f. cl. Phil. 139, 1889 p. 335—343.*

7754 Lupulio Luperco doctori artis | calculaturae, Novionia Motuca | mater per Lupulium Lupianum filium f.

Neuhausen prope Worms rep., est Mogontiaci (XIII 6247 = Brambach 912 vidit Zangemeister).

7755 d. m. | Melioris calculatoris, | vixit ann. XIII. Hic tantae memoriae et scientiae | fuit, ut ab antiquorum memori[*a*] usque in diem | finis suae omnium titulos superaverit; | singula autem quae sciebat volumin[*e*] potius | quam titulo scribi potuerunt, nam | commentarios artis suae quos reliqit *(sic)*[1] | primus fecit et[2] solus posset imitari, si eum | iniqa *(sic)* fata rebus humanis non invidissent. | Sex. Aufustius Agreus vernae | suo praeceptor [*i*]nfelicissimus, | fecit. | In f. p. II, in ag. p. VI. | Excessit anno urbis conditae | DCCCXCVII[3].

Ostia Romam allata (XIV 472 cf. eph. epigr. 7, 1192 exemplum nesc o a quo confectum servavit Holstenius, partem postremam vidit Henzen). — 1) *Fortasse scr.:* reliquit quos. — 2) *Oratio hiat.* — 3) *A. p. Chr. 144? Computatio ab urbe condita in titulo sepulcrali quam maxime insolita, sed fortasse minus offendit in titulo calculatoris.*

Calculatoris officium designari coniecit Buecheler etiam in carmine VI 23852

= *Buecheler carm. epigr. n. 471, quod desinit sic:* [*ille arte*]*m* digitis nummoque probare peritus, [*ex ratione*] suo cognomine dictus Paternus.

7755ᵃ Iulia Felicissima Lucilio Victorino coniugi | optimo et innocentissimo, cum quo per | annos XVI semper bona vita bixi, de parbula | mediocritatem nostram digno feci, omnium | hominum sodalicii magister et hortator, | mire bonitatis et innocentie omo. Depositus | XVII kal. Aug.; hic artifex artis tessalarie[1] | lusorie.

Romae (VI 9927 semel descripta saec. XVII). — 1) *Tessellariae.*

7756

hoc hoc sepulcrum respice,
qui carmen et Musas amas,
et nostra communi lege
lacrimanda titulo nomina.
Nam nobis pueris simul
ars varia, par aetas erat.
Ego consonanti fistula
Sidonius acris perstrepens

Hoc carmen, haec ara, hic cinis
pueri sepulcrum Xantia[*e*] es[*t*],
qui morte acerba raptus est,
iam doctus in compendia
tot literarum et nominum
notare currenti stilo,
quod *(sic)* lingua currens diceret.
Iam nemo superaret legens,
iam voce erili coeperat
ad [*om*]ne dictatum volans
aurem vocari[1] at proximam.
Heu morte propera concidit
arcana qui solus sui
sciturus . . .[2] domini fuit.

Coloniae Agrippinae, rep. a. 1643 in ecclesia S. Ursulae, ubi denuo prodiit anno 1901, litteris tertii potius vel quarti, quam secundi p. Chr. saeculi (Brambach 323; Klinkenberg ann. Bonn. 108/9, 1902 p. 140, Archiv f. Stenographie 1903 p. 3 cum tab.; vidi imaginem photographicam). Buecheler carm. epigr. 219. Carmen sepulcrale Xanthiae notarii vv. 9—22; postea litteris aliquanto minoribus additum similis carminis de Sidonio, qui conservus Xanthiae fuerat, principium. Tractavit O. Rubensohn Archiv f. Stenographie 1901 p. 2 et nuper ibid. 1903 p. 104 seq. — 1) *Sic apographum antiquum; ..* ogari *videtur esse in imagine photographica. —* 2) *Spatium vacuum (crucem hoc loco exhibet qui descripsit saec. XVII Crombach, quae picta tantum videtur fuisse sc. a Christianis qui lapidem adhibuerunt).*

Conferendum est carmen Ausonii 'in notarium' (Auson. epigr. 114): Puer notarum praepetum sollers minister, advola etc.

7757

memoriae | Praetoriani | fili dulcissi|mi homini | inge-niosis|simo, nota|rio, v. an. XVII | m. VIII d. XVII,

memoriae | Primae | filiae dul|cissimae | v. an. VIII m. V, | decessit V kal. | Sept. a. p.[1] CLXXVII[3]

Romae decessit XV k. Nov. a. p.[1] CLXXXVI[2] Maurusius filis.

Sitifi (VIII 8501 vidit Wilmanns). — 1) *Anno provinciae. —* 2) *A. p. Chr. 225,* 3) *226 (cf. supra N. 6876 not. 2).*

7758 Alexandro filio piissimo, | mirae verecundiae singulari | innocentiae castitate integ|ro, notarum litteris erudito, | qui vixit ann. XVII, Sabbatia | mater ad ultimum vitae | deflens exitum fili, | et sibi fecit.

Concordiae (V 8722 vidit Mommsen).

7759 d. m. s. | P. Caledius Rufus, Parcae quos tribuerent, |
ter quinos bis singulos peregi annos. |
Ingenio non humili, quo gratus aput magistros fui, |
qui dixi scribsi pincsi bene |
puer doctrinae aeque dedidi mentem, |
nam bis septenos cum agerem annos, |
notas Graecas quis in comm[*atib*]us m . . . |
Graeco . . . . fices |

(reliqua nimis lacera).

In provincia Byzacena loco dicto el-Khima (VIII 724 cf. 12135 viderunt Wilmanns et Cagnat). Buecheler 1612.

7760 [*d.*] m. s. | Hapateni | notariae | Grece, que | vix. ann. XXV, | Pittosus fe|cit coniugi | dulcissime.

Romae ad viam Tiburtinam rep. (VI 33892 = Notizie degli scavi 1890 p. 15).

Alii notarii supra N. 3112. 3710. 7402. Servi Augustorum notarii in sepulcreto Carthaginiensi (cf. supra N. 1550) VIII S. 12620 seq. 12899 seq. — not. *et* lib. not. *(librarius notarius) adscriptum in catalogo Caesariensi Bull. du comité archéol. 1900 p. CLI.*

7761 d. m. s. | M. Damatius | Urbanus | summarum arti|um liberalium, | litterarum studiis | utriusq. linguae | perfecte eruditus, | optima facundia | praeditus, v. a. XXII | d. VII, h. s. e., VIIII k. Octobr. | a. p.[1] CLXXXX[2]. | M. Damat. Felix pater pius | fecit.

Sitifi (VIII 8500 vidit Wilmanns). — 1) *Anno provinciae. —* 2) *P. Chr. 229.*

7762 ☧ Domitio | Rufino ma|gistro libe|ralium litte|rarum, homi|ni bono, | v. a. LXXV.

Tigzirt in ora Mauretaniae (Gsell Bull. du comité des travaux histor. 1896 p. 218).

7763

qui cum, dum[1] haberet clausam in castello[2] anim[*u*]|lam
mortalem, ad superos licitum est, [*f*]initam ad diem
p[*a*]rce | pudensque vixit omni tempore,
Auruncus era[*t*], Fu[*r*]ius erat[3] nomine |
magister ludi litterari Philocalus,
summa quom castitate in | discipulos suos,
idemque testamenta scripsit cum fide,
nec | quoiquam pernegavit, laesit neminem.
Ita [*de*]cucurrit vitam | fidus sine metu.
Eius ossa nunc hic sita sunt posita a centuris[4].

(vir sedens in solio, pugillares, ut videtur, tenens; ab una parte puer item pugillares qui videntur tenens, ab altera parte puella).

Neapoli, Capuae ut videtur rep. (X 3969 viderunt Mommsen et Zangemeister; primus legit Nissen). Buecheler carm. epigr. 91. — 1) *Scribere debuit: dum cum (Buech.).* — 2) *Corpus castellum, sc. animae, dici putat Vischer Herm. 2, 15, conferens Ps.-Plat. Axioch. p. 365E: ψυχή, ζῶον ἀθάνατον ἐν θνητῷ καθειργμένον φρουρίῳ.* — 3) *Centonem arguit iteratum: erat (Bue.).* — 4) *Quaenam centuriae intellegantur, obscurum.*

7764 *(protome viri, sin. globum* [?], *dextr. volumen tenentis. A sinistra tabella, in qua scriptum)* M. C. B. | B. C.[1]

artis grammatices | doctor morumq. mag[*is*]|ter, |
Blaesianus Biturix, M|usarum semper amator, |
hic iacet aeterno devi|nctus membra sopore.

Apud Lemovices (Limoges) (XIII 1393 vidit Hirschfeld). Buecheler carm. epigr. 481. — 1) *M. C . . . . Blaesianus, Biturix Cubus?*

7765 d. m. L. Ael. Caer|iali magistro | artis gramma|ticae, L. Ael. Aeli|anus libertus | pat. ben. merito, | vixit ann. LXXXV.

Sagunti (II 3872 vidit Huebner).

7766 d. m. s. | Domitius Isquilinus | magister gramm. | Graecus, annor. | CI | h. s. est, s. t. t. l.

Cordubae (II 2236 aliquoties descripta saec. XVI ad XVIII).

7767 *(ascia)* d. m. C. | Gord. Maxi|miano art|is grammatic|ae Graecae peri|tissimo Q. Fl. | Helenus ami|co inconpa|rabili.

Docleae (III S. 12702 cf. 13822 descr. Munro Archaeologia 55, 1896 p. 81).

7768 [*d.*] m. | Aemilius Epictetus sive Hedonius, grammaticus | Graecus, Primaniae [*I*]anuariae con. | sanctissimae defunctae et sibi vivus fec.

Treveris (Brambach 801 semel descripta).

7769 M. Mettius | Epaphroditus[1] | grammaticus Graecus. | M. Mettius Germanus l. fec.

Romae in aedibus Altieriorum, sub statua viri sedentis manu sinistra volu-

men tenentis (VI 9454 vidit Bormann). — 1) *Fortasse is de quo Suidas s. v.* Ἐπαφρόδιτος. *Cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 372, 403.*

Grammatici Latini, supra N. 6729. V 3433. VI 9455; gramma[*ti*]cus Latinus cui res [*p.*] Tr[*i*]t[*i*]ensium an. haben. XXV [*s*]a[*l*]ar. *(traditur* raiar.) con[*s*]titu[*it*] *in titulo non bene descripto II 2892.* — *Decurio Beneventanus, grammaticus supra N. 6497.* — *Alius supra N. 1848.*

7770 grammaticus léctorque fui, | set léctor eorum
móre incor|ruptó qui placuere sonó.
coiugis | exiguó[1], natae pietate sepultus |
hóc Marius Fidens contegor á tumulo. |
v.[2] Maria Didyme, Maria Achelois, | vivit. |
Te, lapis, opttestor *(sic)*, leviter super ossa residas.

Romae (VI 9447 vidit Henzen). Buecheler carm. epigr. 1012. — 1) *Sc. tumulo.* — 2) *Vivit.*

7771 Derceto[1] Aureliae | virginis[2] | lectrix[3], | ann. vicensumum | exsigens | misera occidi. ‖ Sabina C. l. | Helena, | vixit annos XVI.

Romae rep. inter vias Salariam et Pincianam (VI 33473 = Notizie degli scavi 1899 p. 78). — 1) *A dea Syria sumptum nomen.* — 2) *Vestalis ut puto.* — 3) *An(a)gnostria est VI 34270, alia ut videtur VI 33830.*

7772

Terentius Sabini|anus[1] fons[2] et came|na litteris,
sapi|endo opimus et di|cendo splendidus. |
Hoc praeter ceteros | etiam Hippo dicti[*tat*] |
Diarrytos[3], ubi magis|ter praestans floruit |
vixitque numerum | in se de anologia *(sic)*[4] | Pythagorae prima|rium[5].
P.[6] v. a. XXXVI. | H. s. e.

Thuggae (Revue arch. 1892 vol. 20 p. 398 n. 121 Cagnat vidit ectypum; Lafaye bull. des antiquaires de France 1894 p. 72). Buecheler carm. epigr. n. 107. — 1) *Cognomen tollendum, ut recte procedat versus.* — 2) *Cf. supra N. 2937.* — 3) *Cf. N. 6782.* — 4) *Verba* in se de anol. *et sententiae et versui impedimento.* — 5) *Scilicet, ut subscriptum est, annos triginta sex. Cf. Plut. de animae procreat. p. 1027 E:* ἡ μὲν οὖν ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ὑμνουμένη τετρακτύς, τὰ ἓξ καὶ τὰ τριάκοντα; *id. de Isid. et Osir. (c. 75) p. 381 F.* — 6) *Pius.*

7773 d. m. | M. Romani Iovini | rhetoris eloquii Latini. |
Conditus hac Romanius | est tellure Iovinus[1], |
docta loqui doctus | quique loqui docuit.
Manibus infernis | si vita est gloria vitae, |
vivit et hic nobis | ut Cato vel Cicero. |
M. Iunius Severus et | Romania Marcia | heredes bene merenti | fecerunt.

7773ᵃ d. m. | M. Romani Iovini | Restituti[1].
Restitutus hoc infelix | tegitur in tumulo puer |
socius parente[2] gemino | tumuli foedere. |
M. Iunius Severus et | Romania Marcia | heredes bene merenti | fecerunt.

Prope Romam rep. ad viam Praenestinam (VI 33904. 33905 vidit Zangemeister). Buecheler carm. epigr. n. 1251. 105. Carmina ab Alexandri Severi vel Gordiani aetate non abhorrere putat Buecheler. — 1) Carmina lineola interiecta dirimuntur ab iis quae praecedunt in lapide et ab iis quae sequuntur. — 2) Scr. parenti.

7774 d. m. s. | Q. Publici|us Aemili|anus rhe|tor natio|nem Afer, | vixit an. | XLVII menses | VIIII dies VII ho|ras noctis V.

Prope Salonas rep. (III 2127ᵃ cf. p. 1509 Mommsen vidit ectypum).

7775 L. Acutio | Artemido|ri f. Truphoni | rhetori, | Cecrops, Amphio | liberti.

Pisauri (XI 6392 vidit Bormann).

Flavius Magnus vir clarissimus, rhetor urbis aeternae, supra N. 2951. — Alii rhetores VI 9857. XIV 4201.

7776 Q. Aelio | Egrilio | Euareto | philosopho, | amico Salvi | Iuliani[1], Aelia | Timoclia uxor | cum filis.

Wesseling (inter Bonnam et Coloniam) ad Rhenum, rep., est Bonnae (Brambach 449 qui vidit). — 1) Intellegitur Salvius Iulianus celeber iuris consultus, quem Germaniae inferiori praefuisse nuper docuit titulus eius Africanus, quem infra dabimus inter Additamenta.

7777 Ti. Claudio | Paullino | philoso|pho hero[1].

Antiochiae Pisidiae (III 302. III S. 6850 descr. Sterrett). — 1) Fortasse: ἥρωι.

7778 d. m. s. | Iulio Iuliano | viro magno, phi|losopo *(sic)* primo. |
Hic cum lauru *(sic)* fe|ret Romanis iam | relevatis,
reclu|sus castris inpi|a morte perit[1].

Prope urbem ad viam Latinam rep. (VI 9783 vidit Kiessling). Buecheler carm. epigr. n. 1342. — 1) Captus et occisus esse videtur, cum Romanis obsidione liberatis extra urbem processisset ad laurum petendam victoriae celebrandae causa, fortasse obsidione Galerii a. p. Chr. 307 (de mortibus pers. 27; anon. Vales. c. 7; Victor Caes. 40, 8. 9. 16; Zosim. 2, 10) (Momms.).

7779 C. Tutilio Hostiliano | philosopho | Stoico, | domo Cortona, | patri optimo, | C. Tutilius Iustinus | filius, | Tutilia Quinta, Tutilia Quarta | filiae.

Romae (VI 9785 vidit Henzen). — Alius philosophus Stoicus VI 9784. Ficticius est titulus L. Iunii Rustici (vel Fufici) philosophi stoici Orell. 1190 = C. I. L. VI 5, 2135 (quem non recte tuetur Studniczka Festschrift für O. Hirschfeld p. 413 seq.).*

7780 *Εὐκρατίδας Πεισιδάμου | Ῥόδιος, | φιλόσοφος Ἐπικούρειος, | τὸν τόπον τῆς Βρενδεσίνων[1] βουλῆς | εἰς ταφὴν ψηφισαμένης.* | Eucratidas Pisidami f. Rhodius, | philosophus Epicurius. | L. p. d. d. d.[2]

Brundisii (IX 48 Inscr. Gr. Sicil. 674 ter ut videtur descripta saec. XVI). —

1) *Apographa variant inter Βρενδεσίνων, Βρουνδεσίνων, Βρουντεσίνων.* — 2) *Locus publice datus decurionum decreto.*

Ficticius est titulus philosophi Epicurei Orell. 1192 (= VI 5, 2360).*

7781 Stallius Gaius has sedes Hauranus tuetur |
ex Epicureio gaudivigente choro.[1]

Neapoli rep. loco antiquo, in sepulcro prope ecclesiam S. Mariae della Sanità, iam Florentiae (X 2971 viderunt Mommsen et Bormann; cf. M. Ruggiero scavi nelle province di Nap. p. 12 seq.). Buecheler carm. epigr. n. 961. — 1) *Hauranum philosophiam publice professum esse, ut ii qui praecedunt, quamquam ex hoc epigrammate minime colligi potest, tamen titulum hoc loco proponere placuit.*

7782 Aulus Palateina Egnatius Priscilianus, |
arte super gemina nobilis es[1] sophia[2].
dum | vixi, didici, quae mors quae vita homini esset, |
aeterna unde animae gaudia percipio.

Romae, sub statua philosophi sedentis (VI 17106 viderunt Smetius, Pighius, alii). Buecheler carm. epigr. n. 1250. — 1) *Sic Pighius cum aliis,* et *Smetius. Videntur priore disticho verba fieri ad Priscilianum; aut intellegendum: ex sophia.* — 2) *Grammaticane et rhetorica intellegenda est? (Buech.).*

7783 Euphrosyne | pia, | docta novem músis[1], | philosopha, v. a. XX.

Romae ad viam Salariam rep. (VI 33898 = Notizie degli scavi 1888 p. 282). — 1) *Cf. Buecheler carm. epigr. n. 1301 v. 6.*

T. Φλαούιος Μάξιμος, Κρὴς Γορτύνιος, φιλόσοφος, sepultus in sepulcreto Carthaginiensi (cf. ad N. 7738[2]) VIII S. 12924.

Acta de schola Epicurea Atheniensi.

7784 . . . . . . [καὶ το]ῖς ἄλλ[οις] . . . .
(2) [*M. Annio Vero II Cn. A*]rrio Augure co[*s.*][1]. |
(3) A Plotina Augusta[2]. |

(4) [*Quod studium meum*] erga sectam Epicuri sit, optime scis, d[*om*]ine. Huius successioni a te succurrendum | (5) [*est; nam quia n*]on licet nisi ex civibus Romanis adsumi diad[*o*]chum[3], in angustum redigitur eligendi | (6) [*facultas.* | (7) *Rogo e*]rgo nomine Popilli Theotimi, qui est modo diado[*c*]hus Athenis, ut illi permittatur a te et Graece | (8) [*t*]estari circa ha[*n*]c partem iudiciorum suorum, quae ad diadoches ordinationem pertinet, et peregrei-|(9) nae condicionis posse substituere sibi successorem, s[*i i*]ta suaserit profectus personae; et quod Theotimo | (10) concesseris, ut eodem iure et deinceps utantur fut[*uri*] diadochi sectae Epic[*u*]ri, eo magis, quod opservatur, | (11) quotiens erratum est a testatore circa electionem [*di*]adochi, ut communi consilio substituatur a studio|-(12) sis eiusdem sectae qui optimus erit: quod facilius fiet, si e[*x*] compluribus eligatur.

(13) [*I*]mp. Caesar Traianus Hadrianus Aug. Popillio Theotimo: permitto Graece testari de eis quae pertinent ad diado|-(14) chen sectae Epicureae.

Set cum et facilius successorem [*el*]ecturus sit si ex peregrinis quoque substituendi facul-|(15)tatem abuerit, hoc etiam praesto en[4] deinceps ceteris, q[*ui*] diadochen habuerint: licebit vel im pegreinum *(sic)* vel | (16) in civem Romanum ius hoc transferri.

(17) *Πλωτεῖνα Σεβαστὴ πᾶσι τοῖς φίλοις χαίρειν* *(sequitur epistula Plotinae ad participes studii Epicurei Atheniensis).*

Athenis rep. a. 1890, ad turrim Ventorum, sed vix loco antiquo, nam frustulum multo ante prodierat in Piraeo (III S. 12283. 14203[15]*; A. Wilhelm Jahreshefte des oesterr. arch. Inst. 2, 1899 p. 270 cum imagine). Cf. Diels Archiv f. Gesch. der Philosophie 4, 1891 p. 486 seq.; Mommsen Zeitschr. d. Savignystiftung f. Rechtsgesch., rom. Abth. 12, 1892 p. 153.* — 1) *A. p. Chr. 121 (Auguris praenomen accessit ex III S. 9759 cf. III S. p. 2328, 156).* — 2) *Epistula Plotinae ad Hadrianum.* — 3) *Scholarchum Athenis creari non potuisse nisi civem Romanum plane novum accidit (Momms.).* — 4) *Scr.* ei et.

7785 Nardu *(sic)* | poeta | pudens | hóc | tegitur | tumulo.

Nolae, litteris magnis et bonis (X 1284 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. n. 962. — Alios poetas dictos in lapidibus sepulcralibus habes supra N. 1849. 2954. 2955.

Medici.

7786 Numinib. Aug. | et Genio col. Hel.[1] | Apollini sacr. | Q. Postum. Hyginus | et Postum. Hermes lib. | medicis et professorib. | d. s. d.

Aventici (XIII 5079 = Inscr. Helv. 164 vidit Mommsen). — 1) *Coloniae Helvetiorum. Cf. supra N. 2697. 7008. 7009.*

Schola medicorum (in urbe) supra N. 5481. — Medicos vel medicorum mentiones habes etiam supra N. 1514. 1770. 1841—1846. 2092. 2093. 2193[a]*. 2194. 2432. 2542. 2601. 2602. 2898—2900. 3513. 3855*[a]*. 5152. 5310. 6507. 6903. 7150*[a]*.*

7787 d. m. | C. Plinii | Valeriani | medici | qui vixit | ann. XXII m. VI d. V, | parentes.

Comi (V 5317 vidit Mommsen). — Propter hunc titulum Paulus Iovius medicus et rerum scriptor Comensis breviarium medicinae e Plinio aliisque aetate labente excerptum a Plinio Valeriano scriptum esse voluit (P. Iovius de piscibus romanis, Rom. 1524, cap. 35; cf. V. Rose Herm. 8, 39 seq., Teuffel hist. litt. §. 411).

7788 *(instrumenta chirurgica, inter duo volumina)* d. m. | P. Aelio Pio | Curtiano | medico, amico | bene merito, | A. Curtius Crispinus | Arruntianus[1].

Prope Praeneste rep. (XIV 3030 vidi; anaglypha repraesentavit Jahn Ber. sächs. Ges. d. Wiss. 13, 1861 tab. IX 10). — 1) *Idem homo Aspendiis in Lycia partem theatri aedificavit (III 231). Idem memoratur XIV 2695. Fortasse per eum medicus ille civitatem ab Hadriano impetravit, et ideo Curtianus dici voluit.*

7789 C. Calpurnius Asclaepiades, Prusa ad Olympum[1], medicus, | parentibus et sibi et fratribus civitates VII[2] a divo Traiano | impetravit, natus III non. Mart. Domitiano XIII cos.[3], eadem die | quo[4] et uxor eius Veronia

Chelidon, cum quo[4] vixit annis LI, | studiorum et morum causa probatus a viris clarissimis, adsedit magis|tratibus populi Romani ita ut in aliis et in provincia Asia, custodiar. | [*tabellar.?*][5] in urna iudicum, vixit annis LXX.

Rignani in agro Capenate (XI 3943 integram inscriptionem unus ut videtur Iucundus descripsit, particulam Romam translatam vidit Bormann). — 1) *Prusiensis erat etiam is Asclepiades qui aetate Pompeii Magni novam medicorum sectam condidit (Plin. h. n. 7, 124). Cf. N. 7790. —* 2) *Intellege civitatem septem hominibus impetratam. —* 3) *A. 87. —* 4) *Sic traditur. —* 5) *Unius ex assessoribus fuisse custodiam agere tabellarum a iudicibus in urnam coniectarum consentaneum est (Borm.).*

7790 M. Apronio | Eutropo | medico | Asclepi|adio[1] IIIIIvir. *(sic)* | Aug. et | Clodiae eius, | Apronia Clodil. | parentib. opti[*m.*].

Limony ad Rhodanum rep., est Lugduni (XII 1804 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. N. 7791 not. 3. Friedländer Sitteng. 1 (ed. 5) p. 321.*

Titulum d. m. | C. Anthin. | medic. | Soran. *cet. (Mém. de l'Acad. de Metz 21, 1839/40, II p. 99, inde Robert épigraphie de la Moselle II p. 102) confinxit E. Bégin (adhibita XII 3341), cf. Keune Jahrb. d. Ges. f. lothr. Gesch. 1896 p. 87 not. 3.*

7791 L. Manneius Q.[1] medic. | veivos fecit, *φύσει δὲ* | *Μ[ε]νεκρά-της Δημη|τρίου*[2] *Τραλλιανὸς* | *φυσικὸς οἰνοδότης*[3] | *ζῶν ἐποίησεν.* | Maxsuma Sadria S. f. | bona proba frugei, salve.

In Lucania, inter Vietri et Pertosam (I 1256. X 388 vidit Mommsen; Ritschl tab. LXXIIc. Inscr. Gr. Sicil. Ital. 666). — 1) f. *omissum more Graeco. —* 2) *Sic apellabatur more Graeco, antequam per adoptionem puto in civitatem Romanam receptus esset. —* 3) *Cf. Plin. n. h. 7, 37, 124: summa (fama) Asclepiadi Prusiensi, condita nova secta . . . reperta ratione qua vinum aegris medetur; ib. 23, 1, 32. 26, 3, 12.*

7792 *(protomae viri et mulieris)* D. Sempronius | Iucundus | medicus | Ariminiensis *(sic)* | . . . . . .

Concordiae (V 1910 vidit Mommsen).

Medicus Pacensis *supra N. 6903;* medici Taur. *N. 3855*[a].

7793 M. Licinius | Philomusus | medicus Pollentinus.

Romae, nunc Urbini (VI 9387 vidit Bormann).

7794 L. Sabinus[1] L. l. | Primigenius |

Ortus ab Iguvio medicus fora multa secutus,
  arte feror nota, nobiliore fide.
Me consurgentem valida Fortuna iuventa
  destituit rapidis imposuitque rogis.
Clusino cineres flammae cessere sepulcro,
  patronus patrio condidit ossa solo.

Iguvii (XI 5836 aliquoties descripta saec. XVII). Buecheler carm. epigr. n. 1252. — 1) *Sic traditur.*

7795 d. *(ascia)* m. | M. Iunio Dionysio | medico de Lucilianis[1], | Titulena Iusta | coniugi b. m. et | sibi suis lib. liber|tabusq. posterisq. | eorum.

Romae (VI 9585 saepius descripta saec. XVI). — 1) Praedia Luciliana supra N. 1616.

7796 Q. Iul. Q. fil. Quirina | Rogatiano ob ho|norem aedilita|tis et medicae pro|fessionis, largamq. | liberalitatem dupli|cis editionis ludo|rum in sacerdo|tio liberorum[1], | universae cu|riae.

Sufetulae (Sbitla) in Africa (VIII S. 11345 vidit Cagnat). — 1) Intellege: propter ludos quos filii eius (vel ipse liberorum nomine) magnifice ediderant.

7797 Fl. Aristo archiater fidelis[1] e|t Aur. Veneria fidelis[1] coniuges | carissimi arcam corporale .| de proprio suo vivi sibi con|paraverunt. Si quis post obi|tum eorum eam aperire vo|luerit, dabit rei publicae | solidos LXXX[2] iteq. q. s.[3] nostris | liceat.

Concordiae in sepulcreto in quo N. 2796 seq. (V 8741 vidit Mommsen). — 1) Sc. in Christo. — 2) LXXXc editum est. — 3) Itemque quod supra.

7798 ... aratus arciater, filius Haeracli |... [*vix. ann.*] LVI mens. III dis XVI | [*dep. . . . p. c. B*]asili v. c. cons.

Romae (VI 9563 vidit I. Schmidt).

Alios archiatros aetatis labentis habes VI 9562. 9565. Multo antiquior est archiater Beneventanus supra N. 6496. Ficticius est titulus C. Tettii archiatri Pisaurensis (XI 821 = Orell. 4017).*

7799 d. m. *(quadratum parvum; cochlear; ramus; ascia in ramum desinens)* | Fl. Ursiliano iuve|ni infel., def. ann. | p. m. XXVIII, artis med|icinae industr|iae primae, Aemiliea *(sic)* | Spifarlla *(sic)* con[*i*]ugi pi|entissimo et infel., cum | quo vixit annis IIII, et sibi pos.

Salonis (III 2123 vidit Mommsen).

7800 *(vir togatus sedens librum, ut videtur, in genibus tenens; iuxta adsidet in scamno puer)*

nomen qui retinens tu[1] | magnus Alexander, |
Pallados inventum | medicinalemq. laborem, |
  quot feci studio pro|ximus ipse meo, |
testor nunc superos: non | hoc meruisse videbar, |
  in volnus genoris[2] quot | subito occidimus. |
i nunc et dubias fatorum | ne[*g*]lege clades. |
coniunx quod potuit, titu|lum mihi reddidit uni. |

Valeria Ursilla.

Romae ad portam Appiam rep. (VI 9604 vidit Henzen). Buecheler carm. epigr. 1253. — 1) Tuum (Bue.). — 2) I. e. γόνατος (Momms.).

7801 . . . . |
Marcellus hic qui|escit
medica nobi|lis arte,
annis qui fe|re vixit
triginta et | duobus,

sed cum | cuncta parasset |
edendo placitu|rus,
tertium mu|neris ante
valida | febre crematus |
diem defunctus obi|it.

Sufetulae (Sbitla) in Africa (VIII 241 = 11347 vidit Wilmanns). Buecheler carm. epigr. 1521.

7802 d. m. s. | Iuliae Saturninae | ann. XXXXV | uxori incomparabili, | medicae optimae, | mulieri sanctissimae, | Cassius Philippus | maritus ob meritis *(sic)*, | h. s. e. S. t. t. l.

Emeritae (II 497 saepius descripta saec. XVII—XIX).

7803 Secunda | Livillaes[1] | medica. ‖ Ti. Claudius | Caesaris l. | Celer aeditus *(sic)* | a Vesta[2].

Romae (VI 8711 vidit Smetius). — 1) *Intellegitur Caligulae soror natu minima, cf. supra N. 188; Prosopogr. imp. Rom. II p. 229 n. 444.* — 2) *Cf. N. 5001.*

7804 deae sanctae meae | Primillae medicae, | L. Vibi Melitonis f., | vixit annis XXXXIIII, | ex eis cum L. Cocceio | Apthoro XXX sine | querella, fecit | Apthorus coniug. | optimae castae, | et sibi.

Romae ad viam Appiam rep. (VI 7581 vidit Huebner).

7805 Scantiae Redemptae in|comparabilissimae feminae, que|ius de vitae documenta non sufficit | mediocritas hominum at cumulum laudis | pervenire, fuit namque iuvenis ista | omni genere laudis condigna: primo deificae | sanctitatis pudicitiae vallata honestate morum | [*in*]nata; piaetas in parentibus procliva, castitate inlustris | [*t*]enacitatis, magistra vercundiae *(sic)*, | antistis *(sic)* disciplin[*ae* | *in*] medicina fuit et innocentiae singularis, | [*t*]alis fuit ut esset exemplum, matrimoni fuit t[*alis*] | ut contemneret iuventutem, nam maritus am[*isit*] | coiugem familiarem salutis et vitae suae nut[*ric.*] | Haec vixit annis XXII mensib. X, | Fl. Tarentinus et Scantia Redempta | parentes filiae dulcissimae | sibique fecerunt.

Capuae (X 3980 cf. p. 976 integram accurate descr. saec. XVIII Al. Symm. Mazochi, partem vidit nuper Dressel).

Aliae medicae V 3461. VI 6851. 8926. 9615. 9616 (= Or. 4231). 9617. IX 5861. XII 3343.

7806 d. m. | Valeriae Berecundae iatromeae[1] | regionis suae primae, q. v. ann. XXXIIII | m. VIIII d. XXVIII, Valeria Bitalis filia | matri dulcissimae, et P. Gellius Bitalio | coiugi sanctissimae b. m. f. c. r.[2], et sibi | et Gellio Chresimo fratri, et Iuliae Chre|ste sorori, et ego Bitalio Chresten s. s.[3], | quem *(sic)* vice filiae attendo, et liberis | eorum. Hoc monimentum et loci sca|lare cubiculi superioris f. c.[4] et lib. lib. q. | p. t. r. q.[5] eorum. Petrei[6], bibas[7].

Romae (VI 9477 vidit Bormann). — 1) Ἰατρόμαια? Alia iatromea VI 9478. — 2) Fecerunt. — 3) Supra scriptam. — 4) Feci. — 5) Posterisque. — 6) Fortasse signum defunctae. — 7) Vivas.

7807 dis manibus | M. Latinius M. l. | medicus | ocularius[1] | Hermes, vixit annos | XXXX.

Bononiae (XI 742 vidit Zangemeister). — 1) Nota officium intrusum inter nomina (similiter supra N. 1810).

7808 M. Fulvius Icarus Pontu|ficiensis[1], medicus ocu|larius sibi et suis fec[*it*].

Aguilar de la Frontera, ubi fuit Ipagrum Baeticae, litteris aetatis Augusti (II 5055 p. 870 cf. Eph. ep. 8 p. 391 vidit Huebner). — 1) Cf. N. 6908. 6911.

7809 M. Geminius M. l. Felix | medicus ulariu[s] | a compitu aliario[1].

Romae inter rudera columbariorum prope portam Praenestinam rep. (VI 33157 = Bull. comunal. 1880 p. 73 n. 349). — 1) De compito aliario cf. supra N. 7569.

Alii medici ocularii N. 7812. VI 3987. 6192. 8909. 8910. 9606—9609. 33880. V 3156. 3940. 8320. X 6124. XI 5441. 6232. II 1737. 5055. III 614. VIII 21105. (Inscriptiones falsae VI, 5, 852. 855*. 3041*.) Signacula q. d. medicorum oculariorum dabimus infra inter inscriptiones instrumenti domestici.*

7810 d. m. | T. Aelius Aminias[1] | Aug. lib. medicus | auricularius, fe|cit sibi et Aeli|ae Lexi coniugi | et fi. ls. libusque[2] | posterisque | eorum.

Romae, iam Neapoli (VI 8908 vidit Mommsen). — 1) Scr. Amyntas, 2) fil. lib. libertabusque.

7811 Chreste conservae | et coniugi, Celadus Anton.[1] | Drusi medicus chirurg. | b. merenti fecit, | vixit annos XVII.

Romae in eodem sepulcro in quo N. 1717 seq. (VI 4350 bis descripta saec. XV. XVI). — 1) Cf. N. 1695.

Alii medici chirurgi VI 3986. 33882, chirurgus IX 3895.

7812 P. Decimius P. l. Eros | Merula[1] medicus | clinicus[1a], chirurgus, | ocularius; VIvir. | Hic pro libertate dedit HS Iↄↄↄ[2]. | Hic pro seviratu in rem p. | dedit HS ↀↀ[3]. | Hic in statuas ponendas in | aedem Herculis dedit HS ııIıı ııIıı ııIıı[4]. | Hic in vias sternendas in | publicum dedit HS ııIıı ııIıı ııIıı Iↄↄ ↀↀ[5]. | Hic pridie quam mortuus est | reliquit patrimoni | HS Q[6] . . .[7]

Asisii (XI 5400 vidit Bormann). — 1) Idem supra N. 5369. — 1a) Cf. N. 2093. — 2) Quinquaginta milia. — 3) Duo milia. — 4) Triginta milia. — 5) Triginta septem milia. — 6) Videtur fuisse signum quingentorum milium, cf. supra N. 5757 not. 1. — 7) Ex vestigiis in lapide relictis Bormannus collegit ter hoc loco fuisse signum centum milium (ııIıı).

7813 v.[1] Apollodorus C. Mari C. f. | Tromentina[2] medicus | equarius et venator, sibi oll. II.[3]

Romae prope monumentum Statiliorum (cf. ad N. 7407) rep. (VI 9610. 33097 vidi). — 1) *Vivus.* — 2) *Idem* C. Marius C. f. Tro. *triumvir monetalis sub Augusto memoratur in nummis (cf. Eckhel 6, 102).* — 3) *Ollas duas. Cf. N. 7877 cet.*

Medici iumentarii VI 9510, alius supra N. 7483.

7814 Secundinus mulomedicus | fecit sibi domum eterna.

Romae ad viam Appiam (VI 9611 cf. p. 3470 aliquoties descripta saec. XVI —XVII).

7815 L. Crassici|us Ɔ. l. Hermia | medicus veteri|narius, sibi | et Abiriae L. l. Maxi|mae uxori | vivus fecit | [*et*] Eugeniae l. *(quadrupes).*

Venetiis (V 2183 semel descripta saec. XVIII). — Medicus vetrin. *(sic, sed litteris* tr *contignatis) est X 5719.*

7816 Secundus | M. Benni ser. | veterinarius, | h. s. e., v. a. XXXXV.

Carthagine (Delattre revue archéol. 1898 t. 33 p. 88).

7817 d. m.[1] | T. Aurelius | Telesphorus scriba | medicorum.

Romae, nunc Neapoli (VI 9566 vidit Mommsen). — 1) d. m. *litterae a lateribus tituli.*

CAPVT XVII.

TITVLI SEPVLCRALES.

7818 a M. F. C. f.
b A. Fou. *(In latere)* P. f.
c P. Fou. C. f.
d C. Four.
e C. Fourio M. f.
f Q. Fourio A. f.
g Cn. Fourio.
h Fourio.
i C. Turpleio C. f. — Q. Turpleio C. f.

Tusculi in sepulcro vetusto rep., urnae lapideae (I 65—72. XIV 2700—2707. 2750 plerasque descr. saec. XVII Falconerius auctor accuratus).

7819 a C. Avilios.
b M. Fouri.
c P. Opio P. f.
d M. Orcevio M. f.
e L. Orcvio[1] C. f.
f Tr.[2] Mamio Mai.[3] f.
g L. Samiari. C. f. N. n.
h L. Samiari. | M. f. Dosuo[4] *(sic)*.
i L. Oppi. L. f. | Flacus | patr. *(sic)*[5].
k L. Oppi. L. f. | Flacus | filius.
l Q. Orcvius[1] Q. l.
m C. Camelio L. l.
n Opi.[6] Saufio L. l.
o Tampia C. f.
p Proqilia C. f.
q Maio[7] Fabricia.
r Mino[7] Mamia Tib. f.
s Trtia[5] Saufia.
t Quorta *(sic)* Tondia | L. f.
u Graeca Vatronia.
v Maria Fabricia.
w Maria Selicia.
x Tapia Q. Vestori.
y Saufeia C. f. | Tondi.
z Rudia Vergelia | Antulai l.

Sub Praeneste rep., cippuli ex lapide calcareo formae ovatae quos pineas appellare solent, vel bases quadratae in quibus cippuli eius generis infigi debebant (effigies vide C. I. L. XIV p. 329): ex ducentis quinquaginta haec selegi (XIV 3069. 3139. 3192. 3200. 3199. 3165. 3234. 3236. 3187. 3188. 3201. 3081. 3247. 3270. 3219. 3133. 3166. 3251. 3283. 3291. 3134. 3259. 3271. 3252. 3295 plerasque vidi Praeneste vel Romae, nonnullas Berolini). — 1) *Orcevius. De vocalium omissione in vetustis Praenestinis inscriptionibus vide Ritschl opusc. 4 p. 483; cf. C. I. L. XIV p. 592.* — 2) *Trebius.* — 3) *Maioris* (?). — 4) *Dorsuo cognomen Fabiorum, de quo monuit Mommsen Roem. Forsch. 2 p. 320 not. 52.* — 5) *Cf. not. 1.* — 6) *Videtur esse Oppius*

praenominis loco adhibitum, non Opiter. — 7) *Maio(s) (maior) et Mino(s) praenomina muliebria saepius in his Praenestinis obvia.*

7820 C. Fladius | Ban.[1] f.; | Luccia V. s.[2]

Carovilli prope Bovianum vetus Samnii, deinde Neapoli in museo (IX 2782 vidit Mommsen). — 1) *Idem praenomen in titulo Osce scripto Eph. ep. 2 p. 190* (Bn. Betilis Bn. *cet.).* — 2) *Vibii serva (libertina). Cf. ad N. 7821.*

7821 L. Etri. A. s.[1]

Prope Romam ad viam Tiburtinam rep., olla sepulcralis (Lanciani Notizie degli scavi 1883 p. 171). — 1) *Auli servus, vel potius libertus, ut indicat nomen gentilicium. Aliquando manumissi quoque dicebantur servi, cf. Mommsen Eph. ep. 4 p. 246, Staatsr. III p. 428 not.; Oxé mus. Rhen. 1904 p. 118. (Ceterum ipsos servos aliquando nominibus gentiliciis usos esse ex titulo bilingui Delio III S. 14203³ aliisque colligi potest, cf. Oxé l. c., item infra ad vascula Calena, inter inscriptiones instrumenti domestici.)*

7822 M. Pinari. P. l. | Marpor.[1]

Romae ad viam Latinam rep., cippus ex lapide Tiburtino (I 1076. VI 6907 vidit Detlefsen). — 1) *Cf. ad N. 7823.*

7823 C. Socconius C. l. | Olipor.[1]

Prope Perusiam rep. in sepulcro, in urna lapidea et operculo eius (I 1386. XI 1973 Bormann vidit ectypum). — 1) *Idem nomen supra N. 4405,* P. Cornelius P. l. Gaipor *est VI 30914,* .. L. l. Naepori *I 1539ᶜ = VI 9430,* Sicinius P. por. *IX 2818. Cf. Mommsen Staatsr. III p. 201 not. 3; Oxé mus. Rhen. 1904 p. 108.*

7824 Seq.[1] Frensedia P. f.

In Marsis inter Trasaccum (Supinum) et Lucum rep. (IX 3862 cf. p. 682 vidit Huelsen). — 1) *Sequnda. Idem praenomen ([Se]q[u]nda) videtur fuisse X 3818.*

7824ᵃ Ter. Loucia L. l.

Corfinii (Pentimae) (de Nino Notizie degli scavi 1896 p. 52).

7825ᵃ Vibia Sullia L. f.

ᵇ Vibia Tetidia L. f.

Pentimae prope rudera Corfinii (XI 6335. 3272 hanc vidit Dressel).

7826ᵃ Saluta[1] Acca[2] l.

ᵇ Saluta Obel. v.[3]

ᶜ Saluta Obellia | L. Hel. Q. v.[3]

Corfinii vel prope Corfinium, 7826ᵃ Pentimae, 7826ᶜ Rajani (IX 3196. Eph. ep. 8 p. 36 n. 146; IX 3248 primam et tertiam vidit Dressel). — 1) *Idem nomen, sed cognominis loco adhibitum, VI 21667. 28711. IX 3266. Adde titulum Paelignum IX p. 679°.* — 2) *Nomen gentilicium Paelignum, cf. supra N. 3187 (cum not.). 4107. 7638, infra N. 7882ᵈ C. I. L. IX 3163 cet. (cf. ind. nom. p. 703). Eph. ep. 8 p. 38 n. 153* (L. Accaus Helenus, | Acca Anapauma | f.), *Notizie degli scavi 1902 p. 125; Liv. 25, 14).* — 3) *Viva? Sed fortasse hi tituli Paeligni magis quam Latini.*

7827 Gemella Tettia P. f.; | Paulla Tettia P. f.; | Tossia Q. f.

Romae (VI 27309 p. 3534 ter descripta saec. XV. XVI).

7828 A. Tarcna M. f. . . .

Caere, pictum in pariete sepulcri (XI 3626 sic descr. Dennis bull. inst. arch. 1847 p. 59, Bormann vidit sed non omnia agnovit). Alias inscriptiones Latinas eiusdem sepulcri habes XI 3627—3632, Etruscas ap. Fabrettium C. I. Ital. n. 2347 seq.

7829[a] A. Ru. *(in eadem olla litteris Etruscis)* Aule Rafi Cutunial.

[b] L. Rufis Cotonia | natus.

[c] Aros Rufis Atinia | natus.

[d] Tertia Avilia C. f. Rufi uxor.

Perusiae rep. in sepulcro antiquo, ollae fictiles (sola postrema est in operculo ossuarii lapidei) (C. I. Etr. 3500. 3501. 3498. 3494 Brizio Notizie degli scavi 1887 p. 394. 395 n. 32. 35. 37. 28).

7830[a] Sex. Herin|na | Vel. f. | . . . ia[1]

[b] Vel. Haerina Vel. | Ancarialisa[2].

[c] L. Haerina | Tiflia natus.

[d] C. Herina | L. f., Thiphiliae[3] | gna.

[e] Q. Haerinna Q. f. | Sentia natus.

[f] A. Haerinna Q. f. | Sentiae Gallae | natus.

Prope Cetonam agri Clusini rep., tegulae sepulcrales, nunc Florentiae (XI 2226. 2225. 2229. 2230. 2228. 2227 vidit Bormann; C. I. Etr. 1581. 1580. 1584. 1585. 1582. 1583 descr. C. Pauli). — 1) *Tertii versus reliquias om. Pauli.* — 2) *Etrusce, filium Anchariae significat.* — 3) *Litterae* thi, *deinde* hic *ontignatae.*

7831[a] Q. Spedo L. f.

[b] Vel. Spedo Caesiae.

[c] Vel. Spedo | Thoceronia | natus.

[d] L. Gavius Spedo | Septumia nat.

Prope Montepulciano rep., tegulae, nunc Florentiae (I 1359 seq. XI 2164—2166. 2163 vidit Bormann; C. I. Etr. 712. 713. 715. 711). Una repertus est titulus ad eandem familiam spectans scriptus litteris Latinis, sed sermone mixto ex Etrusco Latinoque: Ar. Spendo Thocerual *(sic C. Pauli)* clan. *(XI 2167; C. I. Etr. 714).*

7832 C. Annius L. f. Coelia gnat. ‖ *(litteris Etruscis)* Vel. Anne. Cupsnal.

Clusii, lapis (XI 2272 vidit Bormann; C. I. Etr. 1729).

7833 P. Volumnius A. f. Violens | Cafatia natus *(in operculo arcae, litteris Etruscis)* Pup. Velimna Au. Cahatial.

Perusiae, arca marmorea, extat loco antiquo in sepulcro Volumniorum (I 1392. XI 1963 vidit Bormann; C. I. Etr. n. 3763; inscriptiones Etruscae eiusdem sepulcri ibid. 3754 seq.).

Alios titulos huius generis habes C. I. L. I 1346. 1349. 1368 cet.; unum dedi supra N. 4958. Dixit de iis Deecke die etr. Bilinguen (cf. ad N. 4958).

7834 C. Titiús C. f. | Lárcia natus | Srablio.

7835 Q. Titius C. f. Srablio | Coelia natus.

Clusii, urnae lapideae (XI 2210. 2209 vidit Bormann; C. I. Etr. 1297. 1298).

7836 C. Volcacius | C. f. Varus | Antigonae | gnatus.

Perusiae, urna (XI 2084 vidit Bormann; Danielsson C. I. Etr. 4361).

7837 L. Caprius L. f. Rufus | Vitellia natus[1].

Aquini, vel Interamnae ad Lirim (X 5461 bis descripta). — 1) *Titulus more Etrusco conceptus (Momms.).*

7838 L. Satrius L. f. Arn.[1] Laetus, vix. ann. III, | natus ex Licinia L. l. Atticene.

Romae (VI 25884 vidit Henzen). — 1) *Arniensis tribus Clusinorum, unde fortasse hic homo oriundus fuit.*

Adde titulum supra N. 4950. Cf. item N. 964 not. 5.

7839[a] C. Porci a. d. III eid. Sex.

[b] A. Minati A. l. | nonis Noum.

[c] C. Valeri C. l. Barnaes | a. d. X k. Dec.

[d] a. d. III k. Ian. | Cratea Caecili M. l.

[e] a. d. IV eid. Dec. | M. Semproni L. f. Ter. | ossiva[1].

[f] Portunalia[2] | Marta[3] Plotica.

[g] Σέξτος Κλώδιος | Δεκόμιον λιβερτῖνος, | ἀντὶ δῖον τέρτιον νώναις.

Urcei fictiles, rep. Romae a. 1732 ad viam Appiam in vinea S. Caesarii: eius generis urcei circiter trecenti prodiisse dicuntur, descriptos habemus circiter centum octoginta, ex quibus septem delegimus (I 940. 911. 973. 840. 957. 981. 857 = VI 8336. 8308. 8371. 8230. 8353. 8305. 8247, plerosque, scilicet ex his omnes praeter primum et quartum, in museo Kircheriano contulit Henzen, cf. Ritschl tab. XV 47. 43. 27. 8). In unoquoque urceo extitisse fragmentum ossis humani narrat qui primus eos descripsit Baldinius: erant igitur in illis urceis non cineres mortuorum conditi, sed ossa resecta; de quo usu notissimus est locus Festi p. 148 (monuit Huelsen C. I. L. VI p. 3453). — 1) *Videtur intellegendum esse: ossua.* — 2) *D. 17. Aug. (cf. C. I. L. I² p. 325).* — 3) *Videtur scribendum* Maria.

7840 Medella Dasm. f.[1] | sita an. d. III k. Ianu. | C. Pisone | M'. Acilio[2] cos.[3]

Canusii scriptum in tectorio in pariete camerae sepulcralis subterraneae (I 597. IX 390 descr. Mommsen; Ritschl tab. III E = LXX J). — 1) *Dasmi (de hoc nomine Messapico cf. Mommsen unterital. Dial. p. 72) filia.* — 2) ACILIQ *scriptum est.* — 3) *A. p. u. c. 687.*

7841[a] S. Numisi Cari.

7841[b] L. Numis. Erotici.

7841[c] L. Numisi L. f. | Splendidi a. d. III k. Octobres | Cn. Lentulo M. Licinio cos.[1] | olla.

7841[d] Chrematine | Numisiae ornatrix, | obieit VI eidus Octobr. | Paullo Fabio Maximo Q. Aelio | cos.[2], | ossua conlecta IV idus Oct. | eisdem cos. | Diaphyrus[3] conservae.

Prope Puteolos rep., operculae ollarum plumbearum, in quibus inerant vascula cretacea ossibus humanis repleta (X 1936. 1937. 1938. 1935 vidit Fiorellius). — 1) *A. u. c. 740.* — 2) *A. 743.* — 3) *Scr.* Glaphyrus? *(Momms.).*

Adde una repertas X 1939. 1940.

7842 M'. Egnatius M'. l. Lucullus | pr. nounas *(sic)* Ianuarias | imp. Caesare Augusto XII L. Cornelio Sulla cos.[1] | manumissus eodemque die decessit, carus amicis; | annorum natus XXXI[2] *(ab altera parte inscriptio eadem versibus paullo aliter divisis).*

Neapoli in museo, operculum rotundum plumbeum urnae (X 2381 vidit Mommsen). — 1) *A. u. c. 749.* — 2) *Cf. supra N. 1985 not. 3.*

7843 P. Lentul. | T. Quintio | Valer. cos.[1] | k. Sep. leto | datus es[*t*][2] | L. Allius | Epaph[*ra*]. *(Ab altera parte)* P. Lentulo Scipio. | T. Quintio Cris. cos.[1] | k. Sep. | L. Allius | E[*pa*]phra. *(In eadem amphora antea scriptum colore rubro)* M. S. | CXXC | n.[3]

In agro Puteolano rep., deinde Neapoli, in amphora pictum colore nigro (X 2039ª cf. p. 1009 vidit Mommsen). — 1) *Consules suffecti a. p. Chr. 2 (cf. VI 1385 et de Quinctio supra N. 5026. 5939.* — 2) *Cf. Varr. l. L. 7, 42: in funeribus .. dicitur: ollus leto datus est; Festus p. 254 M. (Momms.).* — 3) *Quamquam cineres et ossa in amphoris vinariis non raro reperta dudum docuerunt saepe eas ad ossa colligenda adhibitas esse, nunc primum prodit amphora cum inscriptione duplici altera vinaria, altera mortuaria (Momms.).*

7844 Appio Iunio Silano P. | Silio Nerva cos.[1] | ..leria Putiolana pr. | non. Apriles fuit[2], VII | idus Apriles hic sita est[3].

Prope Puteolos rep., pictum in urna fictili (Notizie degli scavi 1892 p. 479). — 1) *A. p. Chr. 28.* — 2) *Fortasse dies quo obiit,* 3) *is quo ossa condita sunt.*

7845 M. Auli Secundi | idibus Decembr. | Cn. Domitio cos.[1]

Prope Puteolos rep., in urna fictili pictum colore rubro (Dennison American journal of archaeology 1898 p. 376, 7. — 1) *Anno p. Chr. 32 recte ut videtur attribuit editor.*

Sepulcra communia.

7846 .. Hora[*tius . . . f.*] Balb[*us?*] . . . | municipibus [*su*]|eis incoleisque [*lo*]|ca sepultura[*e*][1] s. p.[2] dat, | extra au[*ct*]orateis et | quei sibei [*la*]queo manu | attulissent et quei | quaestum spurcum | professi essent, singuleis | in fronte p. X, in agrum p. X, | inter pontem Sapis et titu|lum superiorem qui est in | fine fundi Fangoniani. | In quibus loceis nemo huma|tus erit, qui volet, sibei | vivous monumentum fa|ciet. In quibus loceis hu|mati erunt, ei d. t.[3] quei | humatus erit, postereis|que eius monumentum | fieri licebit.

Sassinae (I 1418. XI 6528 vidit Bormann partem quae extat, cf. not. 1). — 1) *Hucusque omnia, item nonnulla ex eis quae sequuntur dudum perierunt, semel tantum ut videtur descripta saec. XV.* — 2) *Sua pecunia.* — 3) *Dumtaxat.*

De hac inscriptione et ea quae sequitur cf. Mommsen Zeitschr. d. Savigny-stift. für Rechtsgesch. 16, 1895 p. 207 not. 2, qui iis ait illustrari Horatii verba sat. 1, 8, 10 seq.

7847 C. Veienus Ↄ. lib. | Trophimus | loca sepultur[*i*]s | in fronte p. CC, | in agr. p. CCLXXXII | inter ripam fluminis | et rivom quidqu[*i*]d in eam demonstra|tionem loci est, | de finibus su[*is*] | municipibu[*s*] | Tolentinatibu[*s*] donav[*it*].

Tolentini (IX 5570 vidit Mommsen).

7848 leibertorum et leibertar. | C. Maecenatis L. f.[1] Pom. | postereisque eorum et qui ad id | tuendum contulerunt | contulerint.

Romae, extra portam Praenestinam ut videtur rep. (VI 21771 saepe descripta saec. XVI). — 1) *Est notissimus amicus Augusti, defunctus a. u. 746. Tribu Pomptina fuit, utpote oriundus Arretio (cf. supra N. 2259. 3265, alibi). Cf. Bormann observ. de antiq. Rom. (ind. lect. Marburg. 1883 aest.).*

Similem titulum pertinentem ad libertos Scriboniae Caesaris dedi supra N. 126, similis libertorum et libertarum Octaviae Gai filiae, fortasse sororis Augusti, sed male descriptus est VI 25328; ad libertos et servos Liviae pertinet N. 117.

7849 locus | familiae | Salvidienae | Q. f. Ruf.[1]

Romae rep. inter vias Salariam et Pincianam (VI 25810 vidit Gatti). — 1) *Femina sine dubio nobilis, ex stirpe Q. Salvidieni Rufi quem memorant Liv. epit. 127. Dio 48, 33 cet.*

7850 familiae | A. Allieni[1], | in fr. p. XV, | in ag. p. XVI | ⟨et familiae | Pollae Min|uciae Q. f.[2]⟩.

Romae rep. prope portam Praenestinam, cippus (VI 5691 vidit Henzen). Quae uncis ⟨ ⟩ inclusimus, alia manu postea adiecta sunt. — 1) *A. Allienus potest esse praetor a. 705 notus ex rerum scriptoribus et nummis,* 2) *Q. Minucius socer eius Thermus praetor a. 703 (Momms.).*

7851 libert. et | familiae | L. Arrunti L. f. | Ter.[1]

Romae rep. in monumento ad principium viae Praenestinae (VI 5931 cf. p. 3418 aliquoties descripta saec. XVIII cum reperta est). — 1) *Videtur esse consul a. p. Chr. 6.*

7851a libertorum | Arruntiae Camilli | filiae Camillae[1], | curante | Arruntio Firmo.

Romae rep. una cum ea quae praecedit (VI 5932 semel descripta). — 1) *Videtur esse filia L. Arruntii Camilli Scriboniani consulis a. 32 (supra N. 5950), neptis (adoptione fortasse intercedente) L. Arruntii eius qui praecedit. Eadem in tegulis XV 112 seq.*

7852 libertorum | et libertarum | et familiae | C. Anni C. f. Cor. | Pollionis[1].

Romae in vinea Ammendola ad viam Appiam rep., cippus ex lapide Tiburtino (VI 7395 vidit Mommsen). Una reperti sunt tituli Anniorum VI 7396 seq., in his infra N. 7959. — 1) *Fortasse is, qui a. 32 propter coniurationem Seiani maiestatis postulatus est (Tac. ann. 6, 9). Borghesi opp. 4, 478.*

7853 in front. p. XIII, | Familiae et libert. | Vitellior., | Eumaeus disp. dat.[1] | In agr. p. XXXXV.

Romae (VI 9321 vidit Bormann). — 1) *Non raro a dispensatoribus familiae et conservis talia sepulcra donabantur, cf. VI 9320 (= I 1044). XIV 3033.*

7854 libertor. | et famil. | Seneci.[1] Surae. | In fr. p. XXXV, | in ag. p. XXXV.

Romae ad viam Cassiam, 2½ mil. pass. ab urbe, cippi duo (VI 26197 semel descripti). — 1) *Senecionis* (?). *Nomen viditur indicare hominem nobilem, sed praeterea ignotum.*

7855 d. m. libertis Petroniorum Mamertini et Septimiani[1] posterisque eorum.

Romae (VI 23991 cf. p. 3530 habet Iucundus, vidit etiam Accursius). — 1) *Fratres M. Petronius Sura Mamertinus et M. Petronius Sura Septimianus, qui una memorantur etiam in fistula aquaria XV 7511 et in tegula XIV 2089, 20 = XV 2159. Prior est etiam VI 21756. Alter fuit consul a. 190. Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 30 n. 229. 230.*

7856 familiae et | libertor. | T. Septumi Sabini.[1] | Ianuarius Aug.[2] et Atilia Eusta|sia maceriam tempestestate *(sic)* | lapsam restituerunt sine iniu|ria priorum, et sibi et suis fecerunt | posterisq. eorum.

Romae (VI 26258 vidit Dressel). — 1) *Cf. supra N. 5921.* — 2) *Augusti (servus).*

7857 hic locus sive aria est | libertorum | et libertarum | et familiae | duorum Fabiorum | Arcari et Potumi *(sic)*, | in front. p. X s, in agr. | p. XII et post aedicula | Octavi Felicis | lat. p. . . III s, long. p. VII s.

Romae ad viam Salariam rep. (VI 35199 = Notizie degli scavi 1887 p. 376 n. 764).

7858 monimentum circumda|tum maceria cum protec|to et area pertinet ad li|bertos et familiam | Antoni Isocrysi.

Romae ad viam Latinam rep. (VI 11998 vidit Stevenson).

7859 libertis et familiae | Ti. Ti. Claudiorum | Erotis et Felicis | Aug. l. a rationibus | posterisque eorum. | Stabulum cum praesepiis | et cellis huic loco | maceria cluso cedit | et puteus et piscina cum aditu comm. de pub.[1]

Romae (VI 8413 vidit Huebner). — 1) *Communi de publico.*

7860 loc[*us*] | famil[*iae*] | Cn. Oct. Ru[*fi*], | q. q. v. p.[1] XXXI[*I*].

Aquileiae (V 1321 bis descripta saec. XVII). — 1) *Quoquo versus pedes.*

7860[a] défúnctis | servis | Pactumei | Iúcundi, | Nátalis | an. XXI, | Proculu[*s*] | an. XV | . . . . . .

Aquileiae (V 1326 cf. p. 1026 vidit Mommsen).

7861 C. Iulius Can|didus lib.[1] Samiari | Quintiani salutem. | Cum petieritis a me, | ut si cui quid vestrum | humanitus acciderit, | is in locum qui est in | fundo Aesciniano meo | intrantibus a via parte | laeva a monumento tes|tacio per longitudine *(sic)* | pedum CLXXV, latitudin. | a maceria introrursu *(sic)* | pedum XXV inferatur, | id ius concedere me | hac epistula notum | vobis facio. Bene valere | vos cupio. | Data XIII k. Iulias in hortis | Statiliae Maximae[2], | Ceionio Commodo et | Civica Pompeiano cos.[3] | Samiaris Doryphorion.[4]

Romae (VI 10242 cf. p. 3502 vidit Henzen). — 1) *Libertis.* — 2) *Femina ut videtur nobilis, praeterea ignota.* — 3) *A. p. Chr. 136.* — 4) *Intellege Samiariis (i. e. Samiarii Quintiani libertis) ab uno eorum, Doryphorione, hunc titulum donatum, vel etiam ipsam sepulcri donationem impetratam esse. Idem Q. Samiarius Doryphorion memoratur VI 25857.*

7862 C. Licinius Ɔ. l. | Hilarus mag. III, | familiae et conli.[1] | Liciniae C. f. Pollae[2] | cippos d. d. | In f. p. XII, in ag. p. XX|IV.

Romae (VI 33428 = Bull. comunale 1899 p. 69 n. 30). — 1) *Conlibertis.* — 2) *Eiusdem feminae alii liberti VI 21270.*

7863 d. m. s. | Spendusae | vixit m. V d. XXVI, | Spendo Torquatian.[1] | et Primigenia filiae | dulcissimae fecer., | loc. dat. a dominis et | decurionib.[2] | Nerone III | Messalla cos.[3]

7864 Volusiae Primae | coniugi karissimae | Epaphroditus Q. n.[4] disp., | et | Volusiae Olympiadi, | et Epaphroditus filius, | Epaphrodito | Q. n. dis.[5] *(lupa cum gemellis).* | Locus d.[6] a Quinto n. *(In latere sinistro)* Prima vix. ann. XX m. IX d. XXIV, | posit. XII k. Novemb. Fulvo et Atratino cos.[7] | *(In latere dextro)* Olympias v. ann. XXV m. X d. V. *(In parte ima eiusdem lateris)* vix. an. XLI[8], ob. imp. Nerva III cos.[9]

7865 Abascant[*o*] | qui fuit Q. [*n.*] | a frument[*o*], | vix. ann. X . . | Volusia Ac . . . . | coniugi | bene merenti et sib[*i*]. | Permissu decurio[*num*]. *(In postica)* dis Manibus.

Romae, N. 7863 certe rep. ad viam Appiam ubi fuit monumentum Volusiorum, cf. N. 7405 (VI 7303. 9326. 9423 primam vidit Henzen, secundam de Rossi, tertiam Bormann). — 1) *Cf. N. 7446 not. 4.* — 2) *Cf. N. 7448 fin.* — 3) *A. 58.* — 4) *Quinti nostri, cf. N. 7406*[c]. — 5) *Dispensatori. Videtur esse is qui antea titulum dedicaverat Primae et Olympiadi, postea ipse ibidem sepultus.* — 6) *Datus.* — 7) *A. p. Chr. 89.* — 8) *Videtur hoc spectare ad Epaphroditum.* — 9) *A. 97.*

7866 Titurus | Galer.[1] atr.[2], | Salvius | Philot.[3] top.[4], | Antigonus | patern.[5] top., | Alexander | Amynt.[6] atr., | decurion., | pavimentum in ossar. | et numeratos X̶[7] XXCI | d. s. p. d. | Cosso Cornelio L. Pisone cos.[8]

Romae, iam in insula Baleari maiore (VI 8738 vidit Huebner). — 1) *Galerianus (Galerii alicuius servus fuerat antea).* — 2) *Atriensis.* — 3) *Philotianus.* — 4) *Topiarius.* — 5) *Paternus.* — 6) *Amyntianus. Servi Amyntiani etiam VI 10395.* — 7) *Denarios.* — 8) *A. u. c. 753.*

7867 Nepos dec. | pavimentum in | ossuario et | subscalaria d. s. p. d. d.[1], | C. Caesare L. Paullo cos.[2]

Romae rep. in vinea Codinia, prope sepulcrum in quo N. 7895, non in eo, pavimentum operis musivi (VI 5531 vidit Henzen; specimen litterarum Huebner ex. scr. epigr. n. 56). — 1) *De sua pecunia dono dedit.* — 2) *A. p. Chr. 1.*

7868 Mellax Veidianus[1] | decur. iter. | parietes et camaras | scalariorum[2] opere | tectorio expolitum | d. s. p. d. d. | C. Caesare L. Paullo cos.[3]

Romae in ripa dextra Tiberis rep. (VI 34013 descr. Vaglieri). — 1) *Servus fuerat P. Vedii (vel Veidii) Pollionis (cf. supra N. 109) antequam in novam familiam (Augusti sine dubio) perveniret. De Vedianis his cf. etiam supra N. 1948. 5238.* — 2) *Alius servus Vedianus* scalaria prima opere tectorio expolienda et pavimentum eodem loco d(*e*) s(*uo*) f(*ecit*), *teste titulo VI 10377.* — 3) *A. p. Chr. 1.*

7869 P. Rubrius Trophimus et P. | Rubrius Agatho solarium | refecerunt et vermiculum | straverunt, item pavimentum | spicam[1] straver. et sedilia | circumitum refecerunt inpensa sua, | L. Nonio Torquato Asprenate, | T. Sextio Magio Laterano cos.[2]

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 25527 vidit Henzen). — 1) *Cf. Vitruv. 1, 1, 7.* — 2) *A. 94.*

Ad idem sepulcrum videntur pertinuisse VI 5546. 9245.

7870 T. T. Cocceii Gaa et | Patiens, quaest. III[1], | mensam quadratam in trichil.[2], | abacum cum basi, horologium, | labrum cum fulmentis marmor., | putiale *(sic)*, crustas supra parietem | itineris medi cum tegulis, columel|lam sub horologio Tiburtina 7 *(sic)* | protectum ante porticum, truti|nam et pondera[3], d. d. s.[4] posuerunt | et locum post maceriam ulteriorem | emendum ustrinasque de consaepto | ultimo in eum locum traiciendas, et | iter ad eum locum ianuamque bene|ficio et liberalitate T.[5] patroni faci|enda curaverunt. | Idemque vitium pomorumq. et florum | viridiumque omnium generum | seminibus ea loca, quae T. p.[6] decuri|onibus suis adtribuerat, ex pecu|nia publica adornaverunt, | Sisenna Tauro L. Scribonio Libone cos.[7]

Impensae causam, titulum qui perlegis, audi |
et iustam, quaeso, pietatis percipe curam. |
Quis vera, ut cupiant concorde vivere, mens est, |
hos animos spectent atq. haec exempla sequantur. |
Haec loca, dum vivent, libeat bene cuncta tueri, |
post obitumq. suum tradant tum deinde futuris, |
ne deserta vacent ignotis devia busta, |
sed tuta aeterno maneant, si dicere fas est[8].

Romae rep. ad viam Labicanam, iam Stockholm (VI 10237 vidit Wattenbach). — 1) *Quaestores tertio.* — 2) *Trichilinio, cf. N. 7889 (not. 1), potius quam: tri-*

chila. — 3) *Cf. infra N. 7884 not. 2.* — 4) *De decurionum sententia.* — 5) *Titi.* — 6) *Titus patronus.* — 7) *A. p. Chr. 16.* — 8) *Buecheler carm. epigr. 371.*

7871 Otacilia Libas | adventoribus | huius monumenti | sua inpensa d. d.

Romae prope portam Praenestinam inter rudera columbariorum rep. (VI 33145 = Bull. comun. 1880 p. 70 n. 536).

7872 diis manibus | communibus | *(corona laurea)* | Epaphroditus l., | curator primus.

Romae (VI 10328 vidit Henzen).

7873 familia T. Statili Tauri | patris[1] ex d. d. | Antoniae M. l. Chryse in | honore Statili Storacis | ollam dederunt *(porta sepulchri).*

Romae in monumento Statiliorum, de quo cf. N. 7407. 7981, rep. (VI 6213 vidit Henzen). — 1) *Cf. supra N. 7407ª.*

7874 Iuliae Plebeiae | in honorem[1] | Alexandri et Deme|tri Caesaris Aug. l., | ex decreto decur. | olla publice data est.

Romae (VI 10356 saepius descripta saec. XVI). — 1) *Hic notam 7 interponit Smetius (omittunt alii); fuit sine dubio interpunctio.*

7875 C. Carni | Quadrati, em|pta olla ab | arca publica[1].

Romae (VI 14413 ad schedas Marinii et Viscontii). — 1) *Intellege arcam communem sociorum eius monumenti (de arca pontificum accepit Momms. Staatsr. II³ p. 72 not. 1).*

7876 C. Anchari | Synerotis, ‖ L. Sertori | Heleni. ‖ Hae ollae datae sunt ab Lúrió Agathoclene | C. Anchario Aucto coram socis suis.

Romae (VI 10419. 11615 partem Neapoli vidit Mommsen).

7877 C. Mescinius C. l. | Hilarus cur. primus | ollas XII sibi et | Pescennia *(sic)* Augeni | coniugi suae.

7877ª C. Mescinius | C. l. Hilarus | dis inferis sacrum[1] aram | d. s. dat.

Romae rep. ad viam Appiam in vinea Codinia (cf. ad N. 7879—7881. 7895. 7915), nunc in Sicilia (VI 5683. 5683ª = 107 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 7999 seq.*

7878 C. Causinius Scolae[1] l. Spinter | in hac societate primus cur.[2] factus est et | hoc monumentum aedificandum expoliend. | curavit socisq. probavit, habet partes viriles IIII, oll. XX. | Campia L. l. Cassandra Causini[3] sibi et suis.

Romae ad viam Appiam, ut videtur rep. (VI 10326 vidit de Rossi). — 1) *C. Causinius Schola, Interamnas, familiaris P. Clodii, memoratur Cic. pro Mil. 17, 46.* — 2) *Curator.* — 3) *Scilicet uxor.*

7879 C. Claudius Marcellae | minoris[1] l. Phasis, decurio, | monumentum dedicavit et | decuriae epulum dedit d. s. p. Huic | decuria ex aere conlato imaginem[2] decreverunt.

7880 [*S*]er. Lentul. Malug., Q. Iunio cos.[3], | [*Oct*]avio Silanioni[4] quinquennal., | [*I*]ulio Orpheo Pyladis l. cur. iter.[5], | ollae distributae | [*et*] inscriptae ex d. [*d.*]

7881 C. Memmius Ↄ. l. Alexan[*der*], | Eros Sex. Pompei[6] d. s. p. d. d.[7], | curatoris iter.[8], paiment.

Romae in monumento reperto a. 1847 ad viam Appiam intra moenia Aureliana in vinea Codinia, noto sub nomine columbarii secundi vineae Codiniae (cf. ad N. 7895. 7915), de quo monumento egit Henzen bull. inst. 1847 p. 49, ann. inst. 1856 p. 9 seq., C. I. L. VI p. 908 (VI 4421. 4418. 4419 vidit Henzen extantes locis antiquis, primam et secundam in parietibus monumenti, tertiam in pavimento operis musivi). — 1) *Altera ex filiabus Octaviae Augusti sororis et C. Marcelli consulis ut videtur a. u. c. 704, uxor ut videtur Paulli Aemilii Lepidi.* — 2) *Cf. N. 7889.* — 3) *A. p. Chr. 10.* — 4) *Silanione.* — 5) *Curatore iterum.* — 6) *Fortasse is qui consul fuit a. p. Chr. 14.* — 7) *De sua pecunia donum dederunt.* — 8) *Curatores iterum.*

Monumentum praecipue destinatum fuisse libertis et servis Marcellae ex N. 7879 aliisque titulis in eo repertis colligi potest. Titulos in eo monumento affixos dedimus praeterea N. 1966. 1971. 5252. 7445. 7569. 7986. 7991.

De monumentis huius generis nuper egit Samter apud Pauly-Wissowa Realencyclopädie d. class. Alterthumswiss. s. v. Columbarium (IV p. 593 seq.).

7882a M. Aimilius | Philippus, | cur., q. ‖ Antiochis | Messallae l.

7882b Tychius Marcell., | dec., quaestor bis. | Irena Marcellae l., sarcin.

7882c M. Antonius Augustae l. | Pindarus, dec. | Claudia | Germanici[1] l. | Callityche.

7882d Acca L. l. | Helpis | decurio. ‖ Iulia C. f. | Helpis | vix. ann. XII m. III.

Romae in eodem monumento (VI 4480. 4467. 4487. 4484 vidit Henzen). — 1) *Claudii (cf. supra N. 1719. 1725).*

7883a C. Pagidio Homullo | bis sacerd. quinq.[1], | de publico[2].

7883b Apollus Albiae | Cullionis[3], ad|signatum a Fu|ndilio cura|ore[4].

Romae in eodem monumento (VI 4496. 4483 b vidit Henzen). — 1) *Sacerdos fuit, et quinquennalis, sociorum monumenti. Ad eius generis sacerdotes spectant etiam VI 2288 (cf. 32457) et 32471:* .. sacerdos loco III ... [*hic pri*]mus ex sacerdotibus decu[*rio?*] .... in arcam public. HS ∞ con[*tulit*]. — 2) *Cf. N. 7875.* — 3) *Cf. N. 7445.* — 4) *Titulus gemellus VI 4483 a.*

7884 Táta curator primus, | dedit munus cum homini|bus[1] VI, ollas ƆC, titulos mar|moreos II, in ossario I, in fron|te foras I, pondus centenar.[2] I, | scrinia[3] IIII, tessellas[4] CC devecta ad | locum; insequenti anno q.[5] *(a dextra alius titulus fuit, qui periit).*

7885 ...... | Malchio decurio | munera quae dedit | in ossuario óstium | et clavim, et expolit | triclin. ex parte tert.

7885[a] Helle | Strobili l. | scalas dedit.

Romae, tituli adfixi parieti exteriori monumenti eiusdem, num intra id monumentum reperti sint et ad id spectent, non certum (VI 4709. 4710. 4713 vidit Henzen). — 1) *Gladiatoribus. Nota monumentum sepulcrale destinatum hominibus infimae condicionis munere gladiatorio dedicari.* — 2) *Pondus centenarium cui rei destinatum fuerit, nescio. Ceterum trutina et pondera in sepulcro dedicata etiam N. 7870.* — 3) *Aediculas cancellis clausas intra monumentum quae fuerunt significari putat Henzen ann. inst. arch. 1856 p. 19.* — 4) *Tabellas marmoreas crediderim significari nondum inscriptas.* — 5) *Quaestor (scilicet fuit idem Tala).*

7886 Turannus verna tab. apparitor.[1] | sacris omnium immunis[2], | is dedit Ti. Claudio Aug. l. Veterano | columbarium totum | *//////////*[3], is intulit Ianthum Aug. l. | fratrem suum.

7887 Tyrannus | vern., dec. III[4], trib. Aug.[5] | ⟨dat ollam | Philadelpo coser.⟩[6] | Potitiano pistori.

7888 [*Th*]amyris Liviae | pediseq. Cnismo | Liviae ser. magistr. | suo dat ollam, | Aphrodisiae | coniugi suae | dat ollam.

Romae in monumento (columbario), quod servorum et libertorum Liviae fuisse apparet, rep. a. 1726 ad viam Appiam paullo ultra miliarium primum (VI 4015. 4012. 4006 in museo Capitolino vidit Henzen). — 1) *Tabularius apparitorum* (?). — 2) *Immunitas pertinet ad sacra sociorum. Alii immunes in hoc monumento VI 4057. 4087. Cf. infra N. 7889 fin.* — 3) *Vocabulum scalpro deletum (ad id pertinebat versu sequenti* ministri *vocabulum et ipsum erasum, sed id legitur).* — 4) *Decurio ter* (III *superscriptum, sc. postea additum). Cf. supra N. 7352 not. 4.* — 5) *Tribunus Augustae? Cf. supra N. 7354 not. 3.* — 6) *Quae uncis inclusimus, postea adiecta sunt, in locum aliorum verborum erasorum.*

Ad idem monumentum pertinent tabellae supra editae N. 1625. 1844. Praeter tabellas in eodem monumento collocati erant sarcophagi et cippi nonnulli cf. supra N. 1620. 1732. 4995. — Imagines monumenti dederunt praeter alios Bianchini camera ed iscrizioni dei liberti della casa di Augusto (Rom. 1727), Ghezzi camere sepolcrali dei liberti di Livia (Rom. 1731).

7888[a] M. Vipsanius M. l. Zoticus | cur. III, ol. XIV sibi et | Vipsaniae M. l. Stibadi coll.

7888[b] Vipsania M. M. l. Acume | Zotici[1] M. Agrippae ex | monumentis[2] M. Agrippa[*e*].

Romae in vinea Codini (cf. ad N. 7877), iam in Sicilia (VI 5730. 5731 vidit Mommsen). — 1) *Fortasse idem qui N. 7888[a], nondum manumissus.* — 2) *Officium Zotici significari crediderim.*

7889 L. Licinius L. Ↄ. l. Alexa curator socioru *(sic)* | secundus. Is monumentum ex pecunia | collátá sociórum aedificavit arbitratu | suo, idemque tectoria perfecit, et is trichiliniu *(sic)*[1] | sociórum ex suá pecuniá opere tectorió | perpolit et amicis donum dedit, | et ex amicórum

aére colláto imago ei | facta est, et sine sorte primó ab socis | quás vellet ollae sexs datae sunt, | eique o[b] officium et maiestatem eius | in perpetuom inmunitas[2] data est.

Romae olim in eodem museo privato in quo N. 7900^abc, iam in Capitolino (VI 10332 vidit Henzen). Prodiisse ex eodem monumento ex quo N. 7899 conicitur VI 33264. — 1) *Cf. N. 6560 not. 2.* — 2) *Cf. N. 7886.*

Similis titulus supra N. 7341.

7890 M. Aemilius Crestus *(sic)*, | M. Fabius Felix huius mo|numenti curatores ae|dificí XXXVI sociorum[1] | qui in eo monumento con|tulerunt pecunia *(sic)* uti aedifi|caretur, rationes acceperunt | ide *(sic)* signarunt se rationes | pares habere[2] aedifici. Actu *(sic)* | pr. k. Oct. D. Laelio C. Antistio cos.[3]

Romae ad viam Latinam rep. (VI 11034 vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 7891. 7892 not.* — 2) *Cf. N. 7891 not. 1.* — 3) *A. u. c. 748.*

7891 M. Fabi Felicis cur. | cum M. Aemilio | Chresto | monumentum ex | pecunia sociorum | XXXVI fecerunt | rat. par.[1] sor. II loco XXVII[2].

Romae rep. a. 1599 in via Latina in aedicula subterranea repleta ollis, deinde in Belgium missa (VI 11035 cf. 34036 aliquoties descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Rationibus pariatis, cf. N. 7890.* — 2) *Cf. N. 7892.*

7892[a] P. Sonti. Ɔ. l. Philostorgus sors I loco III.

[b] P. Sontius Ɔ. l. | Philostorgus | sors II loco XIIII.

[c] P. Sonti. Ɔ. l. | Philostorgus | sors III loco XIII.

[d] P. Sonti. Ɔ. l. | Philostorgus | sors IV loco XXXVI.

[e] P. Sonti. Ɔ. l. | Philostorgus | sors V loco XXIIII.

Romae (prima Londinii, sed Roma sine dubio ablata), repertae videntur ibi ubi N. 7891, quamquam id de sola quinta traditur (Jahrbuch des deutschen archaeol. Inst. 1901 p. 160; VI 11050—11053 secundam tertiam quartam vidit Detlefsen, quintam una cum N. 7891 vidit Zar. Castellinius). Una cum quinta prodierunt similes complures inscriptiones C. Rabirii Fausti (VI 11044—11048). Omnes, itemque alias nonnullas inscriptiones similes (VI 11036 seq.) pertinere ad monumentum sociorum triginta sex memoratum N. 7890 coniecit Gatti Bull. comunale 1882 p. 14 seq. — Videntur in hoc monumento non ollae continuae (VI 5013. 15723) vel continentes (infra N. 7900 seq.) sociis adsignatae esse, sed ollae divisae esse in sortes quinque, ut singulis ex singulis sortitionibus singulae ollae evenerint (Momms. C. I. L. VI p. 1437; cf. etiam Gatti l. c. p. 3 seq. Samter apud Pauly-Wissowa Realencyclopädie der klass. Alterthumswiss. s. v. Columbarium IV p. 601).

7893 . . . . . . | sibi et suis | A. Fabius A. l. | Philargurus[1] | curator terti. | ex sortitone *(sic)* | ollas sex, et | emtas ollas | duas de Cn. Co|rnelio Flix *(sic)* ex | sort. prim., et a. s.[2] | L. Maclonio Sabine.[3] | ex sorte ter. olla. d.[4] | C. Vetienus C. l. Phila|delpus[1], Vetiena | C. l. Nyissa a. m.[5]

Roma sine dubio Bononiam adlata (VI 10329 vidit Zangemeister). — 1) *Iidem*

homines VI 33969. — 2) Amico sanctissimo. — 3) Sabinensi. — 4) Dedit. — 5) Amico merenti.

7894 D. Veturi D. [*l.*] Secundionis | ex sortitione ollas | ossuarias VII s.[1]

Romae, rep. dicitur in monumento N. 7899 (VI 33265 vidit Fabrettius). — 1) Septem et dimidiam, intellegit Fabr. qui inde collegit 'dividuas fuisse ollas', parum probabiliter.

7895ᵃ ex sorte C. | Iuli Anterotis, | quem dedit | Fuficiae Primae. | Ex s[*orte Ti.*] | Claudi Chr.... | Lib. lib. p. e.[1]

7895ᵇ Sulpicia | Q. f. Recepta, | oll. dedit | Ti. Iulius Epictetu. *(sic)*. ‖ C. Iulio | Syntropho, | oll. dedit | Ti. Iulius Epictet. | ex sorte sua.

Romae in monumento eruderato in vinea Codiniorum a. 1852, noto sub nomine columbarii viae Codiniae tertii, de quo egit Henzen ann. inst. arch. 1856 p. 18, C. I. L. VI p. 959 seq. (VI 5242. 5290 vidit Henzen). — 1) Posteris eorum.

Multos alios titulos eiusdem monumenti dedimus iam supra N. 1514. 1588 cet. (cf. ad N. 1588).

7896 M. Antonius M. l. | Philomusus, | Pompeia Cn. l. Zosima | sibi et suis ollaru | decem sepulchrum | partem tertiam decu'mam emit ab socieis | XII.

Romae in sepulcro quodam ad portam Praenestinam rep. (VI 6150 vidit Henzen).

7897 M. Ampius Ɔ. l. Romanus, | Octavia Ɔ. l. Olumphia | hoc monumentum et | ustrinum ex p. XVII[1] mi | et meis, ollas VIIII[2].

Roma sine dubio Neapolim allata (VI 11576 vidit Mommsen). — 1) Ex parte decima septima. — 2) Monumentum ollas CLIII habuisse credendum est (Henz.).

7898 ollas VI et iure quod | ceteris socis[1], émit C. Plotius | C. l. Faustus aerar. | de P. Oppio P. l. Anterote, | quod fuit iuris M. Herenni M. l. | Agathonis.

Roma sine dubio Florentiam allata (VI 9155 vidit Henzen). — 1) Intellege: ollas sex et ut eo iure esset quo sunt ceteri socii (Momms.).

7898ᵃ ..asia Q. l. Fausta et Furia Ɔ. l. Ter[*tia* | e]merunt locum ollarum XV af | Lucretia Sp. f. Rufa. Sum.[1] ollarum | superius et inferius n. XXX.

Romae (VI 17780 vidit Detlefsen). — 1) Summa.

7898ᵇ A. Fabius Euphemus et Antonia | Nice emerunt sibi et Fabiae Cy|rillae filiae et C. Oppio Lesbio ol|las n. XI ab titulo usque ad ostium | in introitu parte sinisteriori | ab paimento bordini secundo co|lumbaris n. V, libertis libertab. q. | posterisque eorum. Hae ollae | [*h.*] n. s.

Romae (VI 17524 descr. saec. XVII Fabrettius).

7899 Q. Caecilius Q. l. | Primus emit in | monimento palangarioru[1] | in agro Fonteiano, quod est | via Aurelia in clivo rutario, | parte sinisteriore col|umbaria n. X ollarum | n. XXXX, sibi et ‖ Caeciliae Q. Q. l.[2] Attice | coniugi suae et | Q. Caecilio Successo l. suo | et Q. Caecilio Fructo l. suo, | et libertis libertabus | suis posterisque eorum. | Haec colubaria *(sic)* et ollae ‖ alio nomine | neminem sequentur | et ita ut area quae | ei cedit monimento | comm.[3] upi *(sic)*[4] liceat et | sacrificium facere.

Romae ad viam Aureliam rep. in monumento, de quo egit Fabrettius inscr. p. 10, nunc Urbini (VI 7803 cf. p. 3432 vidit Bormann). — 1) *Phalangarii memorantur etiam VI 1785 (= Henzen 5089).* — 2) *Duorum Quintorum libertae.* — 3) *Communiter.* — 4) *Scr.* uti.

7900a M. Aemilius M. l. Anteros decurio | primus, ollas habet continentes | VI. M. Aemilius M. l. Aescinus. | Aemilia M. l. Simene. | M. Aemilius M. M. l. Gihllo *(sic)*.

7900b P. Numicius P. l. Berullus | dec. habet ollas continentes VI primus, | sibi et suis. | Afraia Ɔ. l. Italia.

7900c Anoptes | Numici, ollas IIII | continentes.

Romae olim ibi ubi N. 7889, fortasse rep. cum N. 7899 (VI 10358. 10378. 33264 descr. Fabrettius, tertiam Bononiae vidit Bormann).

7901a [*L. Abuccius*] Ner[*e*]us[1] | et Abuccia Pieris[1] | porticum scamna | mensas collibertis | suis sua pecun. d. d.

7901b L. Abucci Myronis | hoc ordine ol. IIII, | columbario I et II.

7901c L. Abuccius Hermes in hoc | ordine ab imo ad sumum | columbaria IX ollae XIIX | sibi posterisque suis. | L. Abucci L. l. Severi.

7901d L. Abucci Casti, Abucciae Aurae, | L. Abucci Maximi, Abucciae Hedone | col. VIII ollae n. XVI linia perpetua.

7901e L. Abuccius Bathyllus | linia perpetua ad | summu ol. XVI.

7901f L. Abuccius Phileros | sibi et Heroini l. suae posterisq. eor. | et sub scala ollas VI | linia perpetua ad summu ol. XVI.

7901g L. Abuccius Hermes | sibi et | Tyche l. suae, | ab titulo susum ol. XIX.

Romae olim in aedibus privatis, ex eodem sine dubio sepulcro ablatae (VI 8117. 8133. 8122. 8125. 8124. 8123. 8169 cf. p. 3455 omnes descr. saec. XVII Gudius, postremae partem in museo Vaticano vidit Henzen). — 1) *Iidem homines VI 8118. 8119.*

7902 P. Naevius Donax | sibi et suis | linia 1 ollas num. VI | emp. de Ampudio Cariton.

Romae, iam Bononiae (VI 22826 vidit Bormann).

7902a A. Dulpius A. l. Cerdo | in virídiár. óllas trés | continentés, in monum. óllas VI.

Romae, iam Urbini (VI 17073 vidit Bormann).

7902[b] L. Clodius Eros | sibi et | Paschusae f. suae, | vixit an. XVI, | ol. II continent. supr. limen.

Romae, iam Parmae (VI 15729 vidit Bormann).

7903 M. Antonius | M. l. Euphranor, ‖ Aurelia Ɔ. l. | Chelido | ollas inferiores interiores II ...

Roma sine dubio Oxonium allata (VI 11988 vidit Haebner).

De ollis interioribus, quales videntur extare in columbario tertio vineae Codiniae, cf. Samter apud Pauly-Wissowa Realencyclopädie IV p. 596, 45.

7904[a] L. Sutorius L. l. | Diogenes, | ollas superior. IIII infer. II.

[b] L. Sutori L. l. Diogenis | ollae superiores II | inferiores IIII.

Romae rep. in vinea Codinia, nunc in Sicilia (VI 5723. 5724 vidit Mommsen).

7905 M. Verrius M. l. Epagatus | emit ollas superiores II | infriores *(sic)* II se contra[1], | I[2] donavit l. suo | M. Verrio M. l. Philoxen[*o*].

Romae (VI 28598 vidit de Rossi). — 1) *Id est: e regione suarum.* — 2) *Unam.* — *Adde N. 7624.*

7906 dis mánibus | M. Vinici Secundi, vixit annis | XXXX, occupávit ollás duas. | Fécit Procula uxor coniugí | bene merenti.

Romae (VI 28965 vidit Henzen).

7907 Cn. Corneli | Acuti, | columbaria II | ollae IIII et | in podio olla I.

Romae in vinea Codinia, cf. ad N. 7877 (VI 5535 descr. Codini).

7908 C. Avillio Lescho | Ti. Claudius Buccio | columbaria IIII, oll. VIII, | se vivo a solo ad | fastigium mancipio | dedit.

Romae, iam Urbini (VI 12905 vidit Bormann).

7909 Abennia | Symposio. ‖ Iulia Ti. Caesar. | Aug. l. Iconio. A. Turranius Synethus locu | dedit Iconioni sorori suae | ab imo ordine sumo ollas VI.

Romae (VI 10449 vidit Detlefsen).

7910 Attidia Elena | legat ollas II | C. Valerio C. l. Hilaro | et Valeriae C. Ɔ. l. Cresti|ne.

Romae (VI 12713 vidit Henzen).

7911 C. Naevio Philotimo et | Corneliae Semele | ollas II HS n. I[1] dedit.

Romae (VI 22839 Henzen vidit imaginem photographicam). — 1) *Cf. N. 7912 not. 2.*

7912 d. m. | M'. Herenni | Proti, v. a. XXII | m. II d. V, fecerunt parentes | M. Herennius Agricola et | Herennia Lacena *(sic)* filio. | Chirographum[1]: ollaria n. IIII, | cineraria n. IIII intrantibus par|te laeva, que *(sic)* sunt ín monumento | T. Flavi Artemidori, quod est via | Salaria in agro Volusi Basilides *(sic)* | ientibus *(sic)* ab urbe parte sinistra, do|-

nationis causa mancipio accepit | M. Herennius Agricola de T. Flavio | Artemidoro ĪĪS n. I[2], libripende M. | Herennio Iusto, antestatus est Ti. | Iulium Erotem, inque vacuam | possessionem earum ollarum | et cinerariorum T. Flavius Arte|midorus Herennio Agricole *(sic)* ire | aut mittere ossaque inferre per|misit, sacrumque quotiens face|re vellit Herennius Agricola | heredesve eius permisit, clavisve *(sic)*[3] | eius monumenti potestatem factu|rum se dixit, dolumque malum | huic rei abesse afuturumque | se[4]. Haec recte dari fieri praestari|que stipulatus est M. Herennius | Agricola, spepondit T. Flavius | Artemidorus. Act.[5] XVIII k. Ianuar. | C. Calpurnio Flacco L. Trebio | Germano cos.[6]

Romae rep. extra portam Salariam, est Londinii (VI 10241 vidit Huebner). — 1) *Cf. VI 14949:* chiro[*g*]rapho continetur. — 2) *Sestertio nummo uno (cf. supra N. 7313).* — 3) *Scr.* clavisque. — 4) *Scr.* esse. — 5) *Actum.* — 6) *Par consulum praeterea ignotum (alter videtur memorari Dig. 29, 5, 14).*

7913 dis manibus | Publiliae Philetes C. | Publilius Philetus pater | locum in quo posita est et | columbaria XII, in quibus | ollae virgines n. XXIIII in | manibus[1] in monumento pariet. | sinisteriori, ita ut mancipatio | continet, et sibi et suis posterisq. | eorum.

Romae (VI 25192 fortasse semel tantum descripta saec. XVII). — 1) *Non intellegitur.*

7914 C. Tull. Erotis | circá aédiculam | ollaé numero XXIII, | quaé sunt operculis | et titulis marmoreis, | item hóc pariete ollae | numero XIIII, quae | sunt operculís et | titulís marmoreis | .... pro parte IIII[1] | [*fiunt ollae numer*]o XXXVII.

Romae ut videtur rep., est Aquilae (VI 27731 vidit Dressel). — 1) *Quarta.*

7915 d. m. | Blastus Aug. lib. tabul|arius fecit aediclas | tres intrantibus dext|eriore parte a parie|te iunctas duas et terti|a, in qua titulus fixus est s[*i*]bi et | suis l. libertabusq. posterisq. | eorum.

7916 M. Aemilius Flaccus | vendidit L. Aurario | Philagro ollas duas | gradu tertio ab imo.

7917[a] Sotericus arc. | Aug. Caes. Lucer.[1] | empt. de Pinario Rufo[2] | ol. quae fuit Porci | Philargyri.

7917[b] Q. Dellius Q. l. | Rufio — Dellia | Nebris v. a. XIIX[3] — | emit de L. Pinario | Rufo[2] quod fuit iuris L. Viriasi | Lali.

7917[c] L. Veturi Zophrus *(sic)*[4]. | L. Pinarius Rufus | dedit ol. I quae fuit | L. Viriasi Lali.

7917[d] Q. Mudasenus Q. l. Eros | emit de L. Aufidio | Apollonio iuris | monumenti.

7917[e] L. Cornelius L. l. Regillus | ollam legavit | M. Valerio M. l. Frontoni.

Romae in monumento columbariorum detecto in vinea Codini a. 1840, noto sub nomine columbarii viae Codiniae primi (cf. ad N. 7879—7881), de quo cf. C. I. L.

VI p. 926 (IV 4889. 4893. 4884. 4940. 5045. 4985. 4930 vidit Henzen). — 1) *Agnomen Soterichi.* — 2) *Idem Pinarius Rufus etiam VI 4902. 5014*[a]. — 3) *Haec litteris minoribus postea adiecta.* — 4) Zophrus *in litura repositum.*

7918 ..... | a ...... | XI k. Oct. | Q. Tedius Ↄ. l. Germullus. | XVI k. Nov. | Oppia M. f., pariet. IIII col. II. |

Q. Iunio Blaeso L. Antistio Vet[*ere cos.*][1], | X k. Ian. | Sex. Campatius Sex. l. Eutactus | pariete II col. I. |

C. Fufio Gemino | L. Rubellio Gemino cos.[2] | IIII idus Mai., ossa inlata[3] | Luriae P. l. Aprilis | pariete II col. III.

Romae rep. ad viam Appiam (VI 10293 vidit Henzen). — 1) *Consules suffecti videntur fuisse mens. Nov. et Dec. a. p. Chr. 28, cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 235 n. 480.* — 2) *A. p. Chr. 29.* — 3) *Cf. N. 7974.*

7919 Félix M. Satelli Tychií | ser., vixit annis XVIIII. | Huic Hygia Flaviae Antio|chidis serva columbárium | cum ollis et titulo d. d. bene merito con|tubernali et Primigeniae f., quae vix. a. III. | Aulena Nebris hoc columbarium Hygiae d. d.

Romae rep. in monumento (columbario) ad viam Nomentanam (VI 8022 vidit de Rossi).

7920 Sulpicia Ampliata | columbare et locum donav[*i*]t | Pinniae Nebridi | coniugi fili sui, et itu ambitu.

Ostiae rep., est Romae (XIV 1650 vidit Bormann).

7921 d. m. | Herennuleia[1] A. lib. Primilla | donationis causa accepit | perpetuo ab Kákia C. liberta | Euhódia columbarium unum | ollas II intro euntibus par'te dexteriore ollarium secun|dum. A. Herennuleius A. lib. | Speratus frater sorori | pientissimae.

Ostiae rep., est Romae (XIV 1106 vidit). — 1) *Apices interpunctionum vice fungentes omisi.*

7922 [*intran*]|tibus in | parte de|xteriori | ubi cubi|culus es|t, aedicu|la cu ol|lis et co|nditivo[1] | et colum|baris | n̄. II et | in front|e cubicu|li n̄. XI, | et solariu | et cubic|uli et vi|giliari[2] | partem | IIII[3].

Ostiae rep., est Romae (XIV 1868 vidit Bormann). — 1) *Cf. infra N. 8115,* 2) *infra N. 8116.* — 3) *Quartam.*

7923 intrantibus monumento pars | dextera tota cum ollario inferior. | pertinet at Iuventium Frontonem et Ma|riam et Flaviam C. f. Fortunatam coiugem, | libert. libertas posterosq. eor. omnes, | heredes sunt hoc sepulchro.

Ostiae (XIV 1214 vidi).

7924 .... | T. Manli Eutychi | intrantibus | triclinio parte | dexteriore columb. I.

Ostiae rep., est Romae (XIV 1302 vidit Bormann).

7925 dis manibus | A. Fabio Stefano | Fabia Agathangelis | patrono suo bene | merenti fecit liber|tis libertabusquae | suis posterisquae | eo-

rum quot ets *(sic)* in|trantibus parte senex|tra: ollaria pilaria | contra alis alio n. IIII, et pariens medius p. V s l.[1]

Romae, iam Urbini (VI 17565 vidit Bormann). — 1) *Fortasse scr.* p. V S ∹ *(pedes 5 3/4).*

7926

. . . .
M. Statilius Mercuri|us[1] fecit sibi et Liciniae | Vitali coniugi karissimae | et Statilio Geniali | et Statiliae Primitivae | libertis meis et | libertis libertabusque meis | posterisque eorum | introitum exitum omnem|que rem possidere quod mihi | concessum est a T. Flavio Rufino[1] | in parte dimidia intrantibus | parte sinisteriore. In fronte | pedes XXXIII, in agro ped. XXX. Euphrosyno | et Hercliano | ser. C. n.[2], concessum | eis ab Flavio Rufino | in monumento | Iuniano quod est | iuris mei, intran|tibus parte dexte|ra, in triclinio | in quo pari[*e*]te sunt | ollae ossuaria | numero XIIII, | et in triclia[3] sar|cophaga n̄. III, | quot cessi e[*g*]o | ambas partes et | Statilio Mercurio | et nominibus s. s.[4]

In Portu Romano rep., deinde Romae (XIV 1636 descr. Settele auctor accuratus). — 1) *Idem qui memoratur in titulo iuxta posito.* — 2) *Servis Caesaris nostri.* — 3) *Cf. N. 8118.* — 4) *Supra scriptis (intellege Euphrosynum et Hereclianum).*

Similes tituli bipertiti (ad partem sinistram et dextram monumenti pertinentes) complures Ostiae et in Portu reperti: supra N. 6179. XIV 416 cet. (cf. XIV p. 602).

7927 dis man. | Ragoniaes Primitives | et Ragonia Queta sibi et | Q. Mantio Agathemero | coniugi et libert. libertabus | posterisq., aedicla que est con|tra ostiu cum olas n. IIII et ante aed|icla l. p. V, lat. p. III.

Romae (VI 25359 vidit de Rossi).

7928 . . . . . | emit sibi et Rutiliae Helpidi coniugi et Rutilia[*e*] | Crispinillae f., lib. libertabusque posterisq. eorum | aediculas IIII columb. IIII, et in solo ante aedic. in fronte | ped. IIIIS cum eo quidquid in p. quadr. part. interiori continetur.

Romae (VI 25677 semel descripta saec. XVIII).

7929 aediculam cum ollis ossuaris, ita uti in | aediculam *(sic)* sunt, C. Luccei Phyladis l. Felic|is[1] geruli[2] emit de D. Laberio Paeti et Epaphrod|iti l. Fausto in monumento C. Luccei Bithi l. | Fausti coactoris a portu vinario[3] et D. La|beri Paeti l. Epaphroditi[4] a portu vinario | cum intro in monumento eorum eas e regione osti | parietis medi aediculam cum ollis ossuaris sibi et suis superisque.

Romae (VI 9189 fortasse semel tantum descripta). — 1) *Videtur requiri casus primus. Ceterum alios quoque errores in titulo inesse apparet.* — 2) *Cf. supra N. 1940.* — 3) *Cf. N. 7504.* — 4) *Fortasse excidit:* coactoris. — *Adde N. 7753[a].*

7930 [*A*]fricanus Aug. verna | [*idem?*][1] qui et supra aediculam | [*cu*]m cancellis et ornamentis | [*ae*]reis et hydriam onychinam | [*si*]bi et suis posterisque eorum | de suo se vivo fecit.

Romae in monumento in quo N. 7895ᵃ. 7895ᵇ, sed titulus postea additus (VI 5306 vidit Henzen). — 1) *Supplevit Mommsen, referens ad Africanum Augusti servum qui memoratur VI 5305.*

7931 d. m. | Q. Cáulió Carpó et Cáuliáe Trophime | et lib[*e*]rtis libertabusq. posterisq. eorum. | Ad hanc aediculam ollarum n̄. VI, et columbar. | iuxcta *(sic)* aedicul. n̄. VI ollar. n̄. XII, et angul. parietis | columb. n̄. III ollar. n̄. VI, itus aditus ambitus, tricl. | culinae usus aquae hauriend. concessus est[1] | Q. Caulio Carpó ab Sex. Horatió Diadumeno.

Romae (VI 14614 vidit de Rossi). — 1) *Cf. N. 8356—8363.*

7932 d. m. s. | N. Fadius Hermes et Fervenia Restituta cum Fadis fil. | suis Iambo, Festo, Fructo et Conflonia Fortunata | fecerunt sibi et suis lib. libertabusq. posterisq. eor. | Ad has haediculas et ollas itum aditum ambit. et | haustum praestari debetur, in fronte comprehensis | aediculis tribus ped. octo, introrsus ped. duo, | in quibus aed. et columb. ⟨et cineraris⟩[1] olla sunt n. XXIII *(In parte aversa alius titulus).*

Romae ad viam Appiam rep. (VI 17653 vidit Henzen). — 1) *Haec scripta in versu sequenti, a scriptore ut videtur primum omissa.*

7933 Claudia Prepusa emit de L. Calpurn. | Sperato et Nonia Fortunata | sibi et Successo imp. Vespasiani | Caesaris ser. Octaviano coniugi | suo *//////////*[1] | eius posterisque suis parietem hunc, | in quo sunt oll. LXV, et a pariete | pavimentum lat. p. I☰[2], cinerar. et | aedicul. lat. p. Is.

Romae, nunc Potsdam (VI 15551 vidit Huelsen). — 1) *Nonnulla erasa.* — 2) *Latum pedem et quadrantem.*

7933ᵃ in hoc pariete quae sunt | columbaria totius parie|tis sive ollaria usque ab | terra ad camaram, et ante | aediculam ossuarium | Ofilliae Myrtidis, iuris | sunt mihi et meis poste|risque eorum, quorum | honoris causa compa|ravi.

Romae rep. (VI 23400 vidit Henzen).

7933ᵇ L. Hostilius Fortunatus | sibi et | Hostiliae Ianuariae filiae, | item libertis libertabusque suis | posterisque eorum fecit. | Exterae familiae aditus non datur, | nec iure quis in hoc monumento | ollas emet.

Romae (VI 19652 descr. saec. XVII Fabrettius).

7934 Gatta Marcanus et Arista | mamana[1] donarunt monumen|tum lucandum[2] post nostram mortem | exceptis ollis duabus. Hoc ut fier[*e*]t [*di*]|ligenter[3] et quibus ollas donavi | reddantur, et ut tueantur illi qui|bus ollas donavi, monumentum | meum L. Potillo[4] Epaphrodito et Pellia[5]. L. l. [*P*]sycheni: non vendidi | sed donavi: hoc ita convenit s. d. m.[6]

Romae (VI 34002 descr. Helbig cf. Mommsen stren. Helbig. p. 198). — 1) *Mamma?* — 2) *Locandum.* — 3) fi[*e*]rit n . .|licenter *apographum.* — 4) *Scr.* Popilio. — 5) *Popiliae?* — 6) *Sine dolo malo.*

7935 d. m. | L. Pomponius Cladus et | Claudia Parhesia fecerunt | sibi et suis posterisq. eorum | et M. Quintilio Claudiano | ollarum n. XII ab imo in | summo cum obrendario[1].

Romae (VI 24606 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Haec repetita in t. ficticio VI 5, 3340. Cf. ad eam quae sequitur.*

7936 d. m. | Magnia Tyche fecit sibi | et karis suis T. Magnio Ani|ceto et T. Magnio Euthycho *(sic)* et | Q. Tillio Figuliano bene | merentibus | et libertis libertabusque pos|terisque eorum. H. m. d. m. a. — | item Ti. Claudio Honorato et Claudiae | Marcellae | amicis fidelissimis vasa obrendaria dua[1], ite[*m*] | ol[*l*]aria tria introeuntibus parte dexteri|ore fecit et donavit.

Romae, nunc Florentiae (VI 21852 vidit Henzen). — 1) *Cf. de Rossi Roma sott. III p. 395.*

7937 P. Rutilius P. l. Amphio | superficiem monumenti | de suo refecit et ollas in | superficie de suo posuit, | sibi et suis. ‖ Rutilia | P. Ɔ. l. | Charis.

Romae (VI 25645 ter ut videtur descripta saec. XVII).

7938 C. Trausi Pudens | et Asiaticus et | Caesia Veneria coiun[*x*] | et Trausia Fortunata f. | protectum[1] ante ollaria | sua impensa dis Manib. fecer.

Romae rep. in columbario ad viam Appiam (VI 27571 bis descripta saec. XVIII). — 1) *Cf. N. 7858, cet.*

7939 Cn. Manlius | Soterichus. | Porcia Athenais, | fecit scholam[1] | ollarum XX | sibi et suis.

Romae (VI 21960 saepius descripta saec. XVII). — 1) *Schola de sepulcro vel parte sepulcri etiam VI 34861* (scholam marmoribus exornavit).

7940 Q. Canusius | Praenestinus[1] | maceriam et ol|laria libertis | libertabusque | suis fecit.

Monte Rotondo in agro Romano (XIV 3932 bis vel ter descripta saec. XVI). — 1) *Vir huius nominis consul suffectus fuit imperante Antonino Pio (dipl. mil.). Cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 301 n. 341.*

7941 dis m. sacr. | genti Latinianae | et Epicadianae.

Vuksa lekaj ad lacum Scutariensem (III S. 14601 Patsch vidit photogramma).

7942 d. m. s. | memoriae | gentis[1] Acci|anae Sex. A|ccius . . .

Thibili (Annūna) in Numidia (VIII 5656. 18916 vidit Schmidt). — 1) memoriae gentis *etiam in titulis Cirtensibus vel regionis Cirtensis (VIII 7277. VIII S. 19230).*

7943 [*dis man. et me*]moriae gentis | . . . . . . antianae, Satu|. . . [*e*]t Cassiae Quetae *(sic)* | . . . [*ma*]ritae eius, pater Sat . . . us omnibus suisque | . . . . . bus innocentissimis fecit. | [*Viator lass*]e, mirari noli: hec via tale pulver. habet[1].

Cirtae (VIII 7277 vidit Wilmanns). — 1) *Similiter t. Salonitanus III S. 13062 cf. p. 2265:* d. m. | haec via tal. pulver. a. *Cf. infra ad N. 8122.*

7944 coemeteria memoriae gen|tis Lepidiorum, L. Lepidi Nampu|li et Stenniae Potitae et here|dum heredumve eorum, vivunt | in diem suum. Istantius fec. *(hinc inde asciae singulae).*

Constantinae (VIII 7543 delineavit Delamare).

7944[a] manibus gentis suae | libertis libertab. ossib. ponendis | Vinediae C. f. Iucundae uxori | H. m. h. n. s. | In fr. p. XII, in agr. p. XVI.

Iader (Zarae) in Dalmatiae (III 2963).

7945 . . . . ro is totu genus | [*A*]thanasiorum.

Romae (VI 7649 vidit amicorum meorum aliquis).

7945[a] aeterna | domus | Olypiorum *(sic).*

Romae in vinea Codinia rep. (VI 5174 vidit de Rossi).

7946 *οἶκος κοιμησ.* | Fonteiorum | . .

Cirtae (VIII 7358 vidit Wilmanns).

7947 Pelagiorum[1]. | Hoc monumentum cum cohaerenti | areola, et duabus in gamma[2] porticibus | superposito cubiculo solario triclinio ne quis a nomine nostro alienare audeat | neve in eo corpus extraneum inferri patiatur, | alioquin sit facultas cuicumque ex familia | nostra adeundi per querellam pontifices | cc. vv.[3], quorum de ea re notio est[4], | et poenam HS L m̄. n̄. arcae | collegii eorum | inferendorum exsequendi.

Romae (VI 10284 vidit Henzen). — 1) *Nomen sodaliciarium cf. supra N. 7344, item 7363. 7373; infra N. 8090; de Rossi Roma sott. III p. 39, comm. Momms. p. 705 seq. Idem nomen* (Pelagiorum) *Bull. arch. crist. 1884/5 p. 78 et in parte aversa inscriptionis VI 10283;* Eutychio|rum *VI 10274,* Melan|iorum *VI 10277,* Uranio[*rum*] *bull. arch. crist. 1886 p. 31, cet.* — 2) *Cf. VI 11913:* porticus coheren[*tes in ga*]mma undis productis. — 3) *Clarissimos viros.* — 4) *Cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 71 (= ed. 2 p. VIII), item infra in capite de multis sepulcralibus (N. 8226 seq., potissimum N. 8228), item N. 8282.*

7947[a] l. m.[1] | sodalium. | In f. p. XXX, | in ag. p. XXV.

Aquileiae (Pais n. 108 qui vidit). — 1) *Locus monumenti.*

Adde N. 7340. 7343. 7344.

7948 Οὐᾶλος[1] Γα[β]ίνιος, | χαῖρε. | Vaalus Gabin[*ius*] | heic situs est[2].

Avennione (XII 1038 vidit Hirschfeld). — 1) *Vaalus sive Valus Mommseno creditur id ipsum nomen quod est in fluvio Vacalus (Caes. b. G. 4, 10).* — 2) *De his similibusque locutionibus dixit Church Archiv f. lat. Lexikographie 12, 1902 p. 216 seq.*

7949 M. Eppius Q. f. | Gal. hic situ|s est, anno|rum gnat.[1] | XXIII.

Prope Torrellam agri Compsini (IX 1017 vidit Dressel). — 1) cnat. *lapis.*

7950 C. Vavidius C. l. | Menophilus, situs; | C. Vavidius C. l. Stabilio, | situs.

Canusii (IX 403a ad exemplum Canusini alicuius).

7951 L. Caesius Secundus | hic est sepultus[1].

Romae, nunc in castello quodam Angliae (VI 13996 vidit Malz). — 1) *Sic etiam supra N. 6314. 7650* (heic est s.) *et alibi passim.*

7952 L. Maenius Q. f. | Ani., sepultus.

Sublaquei (XIV 3460 vidi).

7953 Statia C. f., | sepulta.

Romae (VI 26820 vidit Stevenson).

7954 Pomponiae | Octavae hoc | loco humátáe | et Telamon. | Telamonis f.

Roma ut videtur in Siciliam advecta (VI 24669 vidit Mommsen).

7955 C. Iulius Thamyrus, | M. Annius Philipp., | filius et pater, | hic erunt.

Romae, iam Veronae (VI 20303 vidit Mommsen).

7956 Valeria L. f. Successa | Narboniensis, hic.

Romae (VI 28278 vidit Henzen).

7957 A. Titinius A. l. Scymnus | Corda heic cubat[1].

Romae rep. ad viam Appiam, est Mediolani (VI 27477 vidit Mommsen). — 1) *Adde N. 7480 cet.; 8194.*

7958 Truttedia hic | cubat, P. Truttedi | Amphionis lib. | nomine servile Appia; | patronus emit sibi et | illae et sueis. In f. p. XIV, | in ag. p. XIIII.

Budrii prope Bononiam (I 1429. XI 690 ter ut videtur descripta saec. XVIII).

7959 C. Annius C. l. | Lepos vixit an. XXVIII, | obiit VII idus April. C. Caesare | L. Paullo cos.[1], hic situs adquiescit[2].

Romae rep. in monumento Anniorum, cf. supra N. 7852 (VI 7398 vidit Detlefsen). — 1) *A. p. C. 1.* — 2) *Similiter supra N. 7258 cet.;* in suo hic requiescit *supra N. 7720.*

7960 L. Marci Hilare, | bene adquiescas.
Romae in monumento ad portam Praenestinam rep. (VI 6015).

7961 quies | Claudiae | Priscae.
Romae (VI 15565 vidit Henzen).

7962 Claudia Lyde | lassa hic | requiescit et c.[1]
Romae (VI 15495 vidit Henzen). — 1) *Titulum in alia tabella continuatum fuisse putat Henzen.*

7963 d. m. | Q. Catii Successi | corpus hic situm | annos nati XXV, | condiderunt | Q. Catius Lezbianus | et | Q. Catius Carpus | infelicissimus | pater.
Ad viam Appiam sexto ab urbe lapide rep. (VI 34801 vidit Lanciani).

7964 d. m. | sub hunc | lapide corpus positum | est T. Fl. Archimedes[1], vixit | annis XII m. XI.
Romae (VI 35279 = Notizie degli scavi 1899 p. 228). — 1) *Sic traditur.*

7965 dis manibus | L. Tarquitio Marciano | filio dulcissimo qui | vixit annis VIIII mens. VI | diebus XVIIII horis XI, | L. Tarquitius Trophimus | et Tarquitia Eutychia | parentes filio dulcissimo | fecerunt; cuius corpus causa | ponderis ante ara[1] positu est.
Romae (VI 27109 viderunt Smetius aliique). — 1) *Ara intellegenda est superne excavata ad condendos cineres; quae cum recipiendis cineribus parum apta esse inveniretur propter pondus, reliquiae ante aram humatae sunt (Henz.).*

7966 d. m. s. | Sentia | Saturni|na vixit | annis | LXV, h. s. e., | corpus | ante se.[1] ‖ d. m. s. | D. Gargi|lius Gar|gilianus | vixit an|nis LXVIII, | corpus | ante se.[1]
Sidi-Yûsef prope Naraggaram Africae (VIII S. 16825 vidit I. Schmidt). — 1) *Videtur significari corpus collocatum esse non sub cippo, sed ante eum (Schmidt).*

7967 T. Luscio T. l. Parnaceni. | Lusciae T. l. Montanae, | T. Attius Ɔ. l. Auctus coiugi, | T. Luscius Ɔ. l. Corumbus patr|onae pro meriteis dant ubei | eorum ossa quiescant. *(A tergo)* C. Laeli Philotae.
Romae (I 1063. VI 21696 ter ut videtur descripta saec. XVIII).

7968 ossa | Pollae Valeriae.
Romae (VI 28244 vidit Gatti).
Ossa *illius, etiam in titulis mausolaei Augusti supra N. 158. 164. 180. 185.*

7969 ossa | Chresimi Crassi | Frugi[1] ser., | ann. XVII.
Romae (VI 33535 = Notizie degli scavi 1899 p. 135). — 1) *Cf. N. 7390 not. 1.*

7970 ossa | Q. Vitelli Q. A. l.[1] Aretis.
Romae, urna ad formam casulae efficta (VI 29079 vidit Henzen). — 1) *Quinti et Auli Vitelliorum liberti (fratrum fortasse L. Vitellii, Suet. Vit. 2).*

7971 L. Caesi L. l. | Antiochi osa[1] | hic sita sunt[2].

Cesi prope Atellae rudera (X 3743 vidit F. de Duhn). — 1) *Cf. Marius Victorinus (Gr. Lat. ed. Keil VI p. 8, 3): supra litteram quam geminari oportebat sicilicum ponebant cet. Idem sicilicus V 1361* (SABELIO), *VI 21736* (MVMIAES), *fortasse XII 414* (... ROMACA). — 2) oss. heic sita sunt *in t. Campano supra N. 7642 et saepe in Campanis (cf. supra N. 2321; N. 1932 v. 4; N. 7468. 7632;* o. h. s. s. *N. 8001 cet.).*

7972 Oppiae C. l. | Theanonis | ossa hic | sunt sita, a. d. | VII k. Iul. | Cn. Lent. M. Cras. cos.[1]

Romae (VI 23532 vidit Herzog). — 1) *A. u. c. 740.*

7973 [*Ge*]rmanico Caesare C. Visellio cos.[1] | III k. Octobr. ossa condita | Titiae T. l. Phoebenis. | T. Titius T. l. Anteros.

Romae (VI 27526 vidit Henzen). — 1) *A. p. Chr. 12.*

7974 ossa inlata[1] | C. Billieni C. l. | Beati Lunulae.

Praeneste (XIV 3328 bis descripta). — 1) *Cf. N. 7918 cet.*

7975 Helenai soro|rei meai An|tistianai; | ossa heic | cubant.

Romae (VI 33444 = Notizie degli scavi 1899 p. 132).

7976 Primae | Pompeiae | ossua heic. |

Fortuna spondet multa | multis, praestat nemini.

Vive in dies | et horas, nam proprium est nihil. |

Salvius et Heros dant.

Romae (I 1010. VI 24563 vidit de Rossi). Buecheler carm. epigr. n. 185.

7977 ossa T. Quincti hic sita sunt, | Stabilio cognomine vixit, | multiplici curá defessus | nunc securus quiesco.[1] ‖ Quintiaes | Helladus *(sic)* | ossa hic | sita sunt.

Romae ad viam Latinam rep. (VI 6821 vidit Henzen). — 1) *Hexametros subesse putat Buecheler carm. epigr. n. 375.*

7978 Mutatae | Vistiliae hic | ossa sepulta | quiescunt.

Romae, posteá ap. Nicol. Müller (VI 29053 vidit Dressel). Buecheler 1817.

7979 A. Clodius A. A. l. Salvius, | hic ossa quieta sunt | casta.

Romae in monumento ad portam Praenestinam rep. (VI 6056 vidit Henzen).

7980 dis manibus | Iuliae Helpidis |

ossa piia cine|resque sacri hic | ecce quiescunt.

Romae, nunc Florentiae (VI 20502 cf. VI 5, 1846 viderunt Henzen et Bormann). Buecheler carm. epigr. n. 834.*

7981[a] Irene vicar.[1] | Deucalionis, | Faustio filius posuit.

7981[b] Faustio vern.[1] | Deucalionis | vixit an. V, ossa tibi | bene quiescant, et matri.

Romae in sepulcro Statiliorum, cf. N. 7875, rep. (VI 6396. 6397). — 1) *Com-*

paratis his titulis intellegitur, vernam etiam de servili tanquam domo in usu fuisse, scilicet servum, qui ancillam in peculio haberet, pueros ex ea apud se natos vernas suos dicere (Mommsen).

7982 cinis | C. Octavi Oct.[1] l. | Hermodori.

Romae (VI 25280 vidit Henzen). — 1) *Octaviae* (?)

7983 cineribus | sacrum | Quadrati.

Romae (VI 25255 aliquoties descripta saec. XVI).

7984 cineribus | sanctissimis | Iuliae Felicitatis. | Sit tibi terra levis[1].

Romae (VI 20461 vidit Henzen). — 1) *Cf. infra N. 8130.*

7985 dis manib. | Anteiae P. f. | Crispinae | cinerib. sacr.

Salonis (III 2175 vidit Mommsen).

Cineribus locus *supra N. 4991.* Cineribus candidiss. *V 595* (fictic.).*

7986 dis manibus Iulia Urbana | mater cineribus Iuliae | Secundillae filiae fecit, | vixit anniis *(sic)* VIIII.

Romae in monumento familiae Marcellae, cf. N. 7879 (VI 4594 vidit Henzen).

7987 d. m. | Milevitano[1] | qui vixit ann. | XV m. VI d. XI, | Donatus et | Nedyme filió | pio titulum | fécerunt, | cinerés eius | hic positi sunt. | O. e. b. q. c.[2]

Romae (VI 22492 descr. Accursius et Smetius). — 1) *Sic Acc.*, Milevilano *Smet.* — 2) *Ossa eius bene quiescant.*

7988 ossa cineresque | Pinniae Didymae, animae | bonae et sanctae, hic intus | bene posita quiescunt[1]. | T. Pinnius Hermes | conlibertae sibi | carissimae et | bene merenti fecit.

Romae, postea Parisiis (VI 7580 vidit Mommsen). — 1) *Cf.* cuius ossua et cineres hic lapis intus habet *supra N. 6161;* cineres et ossa quiescunt *VI 15498.*

7989 d. m. s. | Iuliae | Heuresi | sanctissim., | volente Fato | vixit annis | LXXXII, | hic super ossua | cineresq. | tuos bene dicta[1] | quiescis[2]. | Fecit Pomponia | Trophime | bene merenti.

Romae (VI 20515 vidit Zangemeister). — 1) *Cf. supra N. 4410[a]; VI 24634. 25408. X 7563; de Rossi bull. crist. 1886 p. 99.* — 2) *Cf. Buecheler carm. epigr. 550.*

7990 Caeciliae Sex. f. Iustae | quae vixit an. XLVII m. III |
cuius reliquias cinerum | hic ossa sepulta[1]
pie nunc | blandae memoriae quiescit |
tute tecta Tiburtino[2] | Lunense Lesbio lapillo[1] |
q. u. f. et f. o.[3] isto.

Romae (VI 13830 vidit Henzen). — 1) *Cf. Buecheler carm. epigr. n. 497.* — 2) *Cf. N. 8112 (not. 5), cet.* — 3) *Litterae singulares quid significent obscurum est.*

7991 L. Tampius L. l. Ingenuus sibi | et Crassiciae P. l. Helpidi uxori suae, | colenda ossa et cineres suis | commendarunt.

Romae in eodem sepulcro in quo N. 7986 (VI 4656 vidit Henzen).

7992 [*d.*] m. | [*b*]ene ossi. | cineribusq.[1] | Q. Anini | Martialis, | C. Aninius | Eutyches | fratri | b. m.

Florentiae (XI 1624 vidit Bormann). — 1) *Cf. Cic. Phil. 13, 10, 22.*

7993 C. Vesprius Eros | sibi et Leriae | coniugi, | et post cippum ossuis | locus.

Asisii (XI 5563 vidit Bormann).

7994 dis man. | Claudiae Lepidillae | ex provincia | Belgica Ambianae, | fecerunt liberi | eius Lepidus et | Trebellius matri | optimae.

Hic matris cineres | sola sacravimus ara; |
quae genuit Tellus, ossa | tegit tumulo.

Romae (VI 15493 aliquoties descripta saec. XVI). Buecheler carm. epigr. n. 1129.

Ossa dedi Terrae, corpus Volchano dedi⟨di⟩ *VI 21975 = Buecheler carm. epigr. n. 67.*

7995 hic reliciae | Pelopis. Sit | tibi terra | levis.

Romae in monumento in quo N. 7915 seq. (VI 4999 vidit Henzen).

7996 d. m. | reliqua | L. Umbri | Felicis | hic | posita | sunt.

Lambaesi (VIII 4167 vidit Wilmanns).

7997 d. m. | reliquis | Anni Pacci | Aristaeneti.

Romae (VI 11745 vidit Henzen).

Ex hoc titulo lapsu quodam memoriae Fabrettii, hominis alioquin diligentis, videtur ortus esse titulus VI 23654 = Orell. 4445: reliquiis C. Pacci | Aristaeneti. D. m. reliquiae *illius, supra N. 1894. XI 3740;* [*re*]liquis conditis sacrum *VI 16265.*

7998 ultuma | suorum[1] | Cupieinnia[2] | L. f. Tertulla | fuueit[3], quius | heic | relliquiae | suprema | manent.

Romae (I 1051. VI 16614 descr. saec. XVIII Odericus et Marinius). — 1) *Cf. VI 24697:* ultimus suorum, *supra N. 935:* ultimo gentis suae. — 2) *Sic (sed* I *et* E *contignatas) Oder. et Mar. —* 3) *Sic Mar.*, fueit *Oder. et aliud quoddam exemplum.*

7999 P. Octavi A. l. Philom[*usi*] | ossa heic sita sunt, | deis inferum parentum[1] | sacrum. Ni violato[2]. | In agro pedes XV, in via | pedes XV. | Philargurus l. et socius.

Neapoli in museo, fortasse Capuae reperta (I 1241. X 4255; Ritschl tab. LXXVI B). — 1) *De diis parentium vel diis parentibus cf. supra N. 1078 (not. 1). 7519 (not. 2), infra N. 8047; adde VI 3597:* d. m. | parentium | D. Furius D. f. | Vol. Octavius | Octavianus | Philippus miles. *VI 29852a:* dis parentib. | sacr. *VIII 2185. X 5495 = Buecheler carm. epigr. 370; Iordan ap. Preller Roem. Myth. II 98 not. 2; Wissowa Archiv f. Religionswissenschaft 7, 1904 p. 44. Diversi dii parentes, quibus dedicati sunt tituli Veronenses supra N. 5541. V 3283—3289. —* 2) *Prisca ac fortasse e caerimoniis publicis repetita formula (Buecheler carm. epigr. sub n. 16).*

8000 Aurelia L. l. | Truphera, | dis inferis sacrum.

Romae, urna marmorea (VI 7800 quatter descripta saec. XVIII).

Similiter dis | inferis | sacrum | Cupitus Aug. l. | Atticianus *VI 16616; adde VI 34284* (deis infereis), *item supra N. 7877[a];* ara deum inferum *in latere tituli sepulcralis Aquileiensis V 1071 = Or. 4649.*

8001 C. Laetori Rufi o. h. s. s.[1] | Tullia et mater feceru *(sic).* | *(Infra, a sin.)* P|lu|to|ni — *(in medio)* C. Laetori C. f. | Rufi — *(a dextr.)* sa|cr|u|m.

Capuae (X 3815 vidit Mommsen). — 1) *Ossa hic sita sunt.*

8002 d. m. Tertio fratri soror benemerenti fecit, vixit annis plus minus XXXI, Orco peregrino.

Neapoli (X 3003 servavit Iucundus).

8003 intra consaeptum | maceria locus | deis Mánibus | consacratus.

Prope Genuam, iam Genuae (V 7747 vidit Mommsen).

8004 L. Cartorius P. f. Fab. | hic sepultus est. | Hic locus patet | in frónt. p. XX et á medía fos. | in[*t*]ro[1] vers p. XXV. | Hunc locum monimentumque | diis manibus do legoque.

Pragliae prope Paduam (V 2915 semel descripta saec. XV). — 1) inero *traditur, emendavit Fabrettius 84, 150.*

Dis manibus consacravit *in fine tituli IX 3107 (= Orell. 4352);* dedicavit monumentum in sempiternum dis manibus *III 191.*

8005 diis manibus | Hateriae Superbae quae | vixit anno I mensibus VI dieb. XXV, | fecerum parentes infelicissimi | filiae suae | Q. Haterius Ephebus et Iulia Zosime, sibi et suis *(puella d. fructum et columbam tenens, eius capiti Genii advolantes coronam imponunt; iuxta canis et corvus).* Diis manibus locus occupatus. | In fronte p. VII, in agro p. IIII.

Romae, iam Florentiae (VI 19159 vidit Henzen).

8006 animae sanctae colendae | d. m. s. | Furia Spes L. Sempronio Firmo | coniugi carissimo mihi. Ut cognovi, | puer puella obligati amori pariter; | cum quo vixi tempori minimo, et | quo tempore vivere debuimus, | a manu mala diseparati[1] sumus. | Ita peto vos, [*Ma*]nes sanctissimae, | commendat[*um*] habeatis | meum carum et vellitis *(sic)* | huic indulgentissimi esse | horis nocturnis, | ut eum videam | et etiam me fato suadere | vellit, ut et ego possim | dulcius et celerius | aput eum pervenire.

Romae (VI 18817 vidit Henzen). — 1) disparati, *deinde* e *supra addita.*

8007 C. Sentío Sat. cos.[1] | k. Sextilib. | dei Manes | receperunt | Abullíam N. l. | Nigellam.

Cordubae (II 2255 vidit Huebner). — 1) *A. u. c. 735 (solus fuit consul per aliquod tempus, Vell. 2, 92, Dio 54, 10).*

8008 dis manibus | et Terrae matri[1] trium Cor|neliorum Georges, Gnesi, | Clementis ⟨et Philippi patri[2] | consummatori[3]⟩, Cornelia | Chrysa ⟨coniugi et colliberto | et⟩[4] filis suis fecit.

Romae (VI 16398 viderunt Iucundus et Metellus). — 1) *Cf. Liv. 8, 9, 8, Suet.*

Tib. 75, cet.; Wissowa Religion der Römer p. 192 not. 4. 5. Terr. matr. et m(*emoriae*) *supra N. 3950.* — 2) *Quae ad Philippum pertinent (quae uncis inclusimus), apparet postea demum intrusa esse; inde perturbatio casuum.* — 3) *Videtur significari, a Philippo monumentum consummatum esse (cf. N. 7296 fin.).* — 4) *Cf. not. 2.*

8009 sacrum d. m. et terrae levi Decimis Iulis Phoebiano et Sperato filis dulcissimis hic sitis. Iuli Bathyllus et Spes possessores huius hortuli fecerunt. Phoebianus vix. ann. XVI, Speratus vix. ann. VI.

Romae (VI 20200 cf. p. 3324 descr. Iucundus).

8010 *(tripus inter duos grypos)* dis mánibus | Lucciae C. f. | Telesinae[1] | sacrum.

Romae, ara (VI 21563 vidit Henzen). — 1) *Femina sine dubio nobilis; L. Luccius Telesinus consul fuit a. p. Chr. 66.*

Dis manibus *in titulis virorum et mulierum ordinis senatorii supra N. 240. 880 (qui est aetatis liberae reipublicae). 956. 1127. 1144. 1180*[d]*;* deis Manibus *N. 7332,* deis Manibus sacrum *N. 5177.*

8011 sacrum | deum | Manium | C. Sallustius | Isochrysus.

Narbone (XII 5112 vidit Hirschfeld).

8012 dis manibus | sacratis Arre|cines Probaes | vixit annis XVIIII, | pater fiae *(sic)* bene | merenti de suo | fecit.

Prope Rubos (IX 6182 descr. Iatta Notizie degli scavi 1881 p. 329).

8013 dis manibus | sacris sanctis | castis piis | Caciae L. Ɔ. l. Daphnes *(a dextra et a sin. cortina; infra lyra cum grypibus).*

Ostiae, nunc Romae, urna (XIV 704 vidi). — D. m. sacris *X 3010.*

8014 d. m. | et manium colendarum | [*g*]ra[*t*]i[*a A*]ur[*el.*][1] Licinianus | Aug[*g. l*]ib.[2] et Iulia [*I*]rene et Avidius | Ca[*lli*]as[3] et Avidius Ch[*r*]onius | usu locorum vacuorum | huius memoriae donum | acceperunt ex donatione[4].

Romae (VI 13142 semel descripta). — 1) *Traditur* CRAIIMVRFI, 2) AVGC IIB *cet.*, 3) CAIIFAS. — 4) *Videtur deesse nomen eius qui donationem fecit.*

8015 d. m. fatorum arbitris | Aurelia Secunda se viva fecit sibi | et Aurelio Optato filio dulcissimo, | qui vixit annis VII mensibus X | diebus XVIIII, libertis libertabusque | posterisque eorum et qui nascen|tur ab illis.[1] Hoc monimentum | in fronte pedes X, in agro pedes XV, | area pedes XVII. H. m. d. m. a.

Romae, nunc Urbini (VI 13377 vidit Bormann). — 1) *Vergil. Aen. 3, 98.*

8016 C. Iulius Corinthi l. Atimetus | sibi et Tulliáe Primigeniae coniugi | carissimáe et Tullio Alexandro | patróno eius et Primigenio delicio | eórum, dis mánibus d. d., | permissú duórum Iuliórum Eutacti et | Theophili.

Romae (VI 19861 vidit Bormann).

8017 v. f.[1] | C. Novellius C. f. | Ouf. Expectatus | dis deabus Manibus | nomine meo et | Atiliae C. f. Crac . . . | uxori pientiss. | *(In latere sin.)* Have! *(in dextro)* vale!

Mediolani (V 6033 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Cf. N. 8072 not. 1.*

8018 L. Iulius Gamus[1] | diis Manibus | L. Iuli Marcelli | nepotis sui vixit ann. V | dieb. XXXXI, | corpus integrum | conditum | sarcophago.

Romae (VI 20033 vidit Henzen). — 1) *Similem titulum idem L. Iulius Gamus posuit filio VI 19956.*

8019 d. m. | loci in quo | corpus T. Lu . . . . | Sabiniani Lu|ciani crema|tum est.

Romae (VI 21516 solus descr. Oderici auctor accuratus saec. XVIII).

Dis manibus .. cuius corpus hic crematum est *XIV 2831;* cuius cremati reliquiae hoc loco positae sunt *VI 35020;* hic crematus est *in titulis pronepotum Augusti, supra N. 181—181*^b^*;* hic crematus, hic cremata est *supra N. 2518.*

8020 L. Baebi Secund[*i*] | ibi manes | iacent.

Nemausi (XII 3464 vidit Allmer).

8021 d. m. [*so*]mno aeternali | Galeones Te[*ttie*]nii Eutychianus[1] signo Daemoni | et Modestus si[*gn*]o Eupori condederunt [*m*]anes | patronorum s[*uor*]um Tettieni Heureti et Flu . . . | coniugi[*s*] eius; al[*umn*]orum eorum Tettienii . . . . *(reliqua nimis lacera).*

Romae (VI 18850 vidit Detlefsen). — 1) *Nomen indicat ex domo hos fuisse Galeonis Tettieni Petroniani consulis a. p. Chr. 76, et Galeonis Tettieni Severi, cf. supra N. 5398 not. 1.*

8022 d. m. et somno aeternali, securitati memoriaeq. perpetuae Flaviae Melitinae, quae vix. ann. XXXI m. III d. XX, T. Flavius Hymnus coniugi sanctiss. dulcissimaeq., cum qua vix. ann. XIII, et T. T. Flavii T. f. Col. Marcellus et Titianus et Flavia T. f. Ampel[*is*] matri pientiss. sarcophago aeterno[1] sigil.[2] cum opere et basibus fecer. et consecraverunt, idib. Aug. Pudente et Orfito cos.[3] T. Fl. Hymnus manu mea utraque scripsi.

Romae (VI 18378 cf. p. 3522 semel ut videtur descripta saec. XV). — 1) *Requiri videtur casus quartus.* — 2) *Sigillario.* — 3) *A. p. Chr. 165.*

8023 d. m. | somno sepulchro | aeternali sacrum | Eutychiae quae | vixit annis XXX, | Onesimus coniu|gi dulcissimae | et sibi amantis|simae fecit.

Romae (VI 17430 cf. p. 3521 saepius descripta saec. XVII).

8024 d. m. | somno aeternali | memoriae | dulcissimae | Vibiae C. lib. | Parthenope, | dignissimae et | incomparabili feminae, | M. Aurelius Aug. lib. | Metras coniugi | et sibi se vivos | fecit.

Romae (VI 28875 vidit Henzen).

Somno — Fatis *in t. sepulcrali, supra N. 4976;* d. m. et somno aeternali *VI 16472;* d. m. somno aeterno *VI 15983;* somno perpetoali *VI 19966;* somno aeterno *infra N. 8217. 8231, cet.*

8025 sacrum | quieti | corporis | Petroniae | Glyconidis, | M. Vettius | Synegdemus[1] | coniugi | optimae.

Romae (VI 24036 vidit Huebner). — 1) *Ad hunc spectat VI 28688.*

8026 dis securitatis[1] | Q. Vibius Herma | antistes | sancti Silvani | annum agens | LXX fecit | sibi. B. b.[2]

Romae, deinde Albani (VI 2268 vidit Mommsen). — 1] *Cf. supra N. 6060:* dibus securis. — 2) *Bonis bene (cf. infra N. 8137).*

8027 securitati perpetuae | in memoriam, | Rupilia Severa | rara mater famil. | annorum XVII | hic sita. | Q. Rupilius Eucharistus | coniugi et sibi | libertis libertabusque | posterisque eorum.

Romae (VI 25607 vidit Henzen).

Securitati cognationis suae *supra N. 2944.*

8027a d. m.[1] perpetuae securitati et memoriae dulcissimae Aureliae | Aureliae *(sic)* P. Ael. S[*il*]vanus coniu[*gi*] incomparabili.

Regensburg (III 5960 vidit Mommsen). — 1) d. *a sinistra,* m. *a dextra.*

Cf. memoriae et perpetuae securitati *III 5830;* memoriae et securitati perpetuae *VI 24856.*

8028 domo[1] securitati | Fl. Cau . . ena nata | Ulmo[2], vix. ann. XXII, | lanxit[3] d. XXVII, posuit | memor. Aur. Propincus | mil. leg. II Ad. f., coniug. | carissime, Fl. Cara | mater dulcissimae | fili. pietatis eius | f. c.

Prope Pest rep. (III 13382 descr. Froehlich). — 1) *Scr.* d. m. — 2) *Locus Pannoniae; cf. itinerar. Anton. p. 267 cet.; C. I. L. III p. 422.* — 3) *Languit.*

8029 d. m. | et aeternae secu|ritati | Catiae Severae | T. Iul. Augustalis con|iugi sanctissimae | et Iul. Severina matri | karissimae, quae vixit | annis XXXI, ex quibus | cum coniuge suo | egit annis XV, | cui vivae petenti | ut reliquiae suae | cum matris et patris | conderentur | obsequium praesti|terunt.

Lugduni (XIII 2094 vidit Hirschfeld).

8030 d. m. | et memoriae eter[*nae*], | perpetuae securitat[*i*], | Venanti Adonis[1] | Eugamius[2] coiux | ponendum cur[*a*]|vit et sub ascia ded.

Lugduni (XIII 2302 vidit Hirschfeld). — 1) *Sic videtur legendum esse (punctum inter* a *et* donis, *sed non certum).* — 2) *Signum uxoris putat Hirschfeld).*

8031 paci et quiet a[*et.*] | et memor. aete[*rn.*] | Q. Aristio Chres[*imo?*] | iun. qui vixit ann. . . | mens. III diebus VII, | Ateria Chreste fra|tri et Arist. Chresim[*us*] | et Aristia Helpis fil[*io*] | dulcissim. *Εὔπλόι*[1].

Arelate (XII 758 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. Inscr. Gr. Sicil. Ital. 933: εὐπλοεῖτε.*

8032 quieti aeternae. | Aurelius Hermes et Claudia Secunda | hoc monomentum *(sic)* vyrginem *(sic)* se | vivi comparaverunt sibi et | filiis suis et libertis libertabusq. | posterisque eorum.

Romae (VI 13120 vidit Henzen).

Quieti et securitati *VI 16061.*

8033 perpetuae ae|ternitati | L. Devillio | Lucino patr[*i*] | et L. Devil[*lio*] | Martian . . . | . . r . .
Prope Gratianopolim (Grenoble) (XII 2269 vidit Allmer).

8034 d. *(ascia)* m. | et memoriae aeter|nae[1] Primitiviae Au|gustinae sanctissi|mae feminae, quae | vixit annis XXXXV, cu[*i*] | fides castitas probi|tas diligentia obse|qui inmensa fuit | numeratione[2], Popi|lius Fortunatus con|iugi per continuos | annos XXV indivi|duo amore iunc|tus posuit et sub | ascia[3] dedicavit.
Trion prope Lugdunum rep. (XIII 2244 vidit Hirschfeld). — 1) *Sic etiam in titulis Lugdunensibus supra N. 2312. 2389. 2405. 2407. 3097. 7028. 7034. 7035. 7530—7532. 7591. 7648. 7699. 7723 et in multis aliis.* — 2) *Intellege: immenso numero.* — 3) *Cf. N. 8141 not. 3.*

8035 d. m. s. | memoriae aetern|ae C. Valeri Sa|turnini, qui vix. | annis noviens de|nis, prope convenien|tibus annis[1], | h. s. e. O. t. b. q.
Milevi (Mila) Numidiae (VIII 8233 cf. VIII S. p. 1877 ad ectypum). — 1) *Cf. Buecheler carm. epigr. n. 1609.*

8036 d. m. | Severae, et | memoriae | suae, | M. Veratius Ma|crinus coniugi | carissimae.
Genavae (Anzeiger für schweiz. Altertumsk. 1898 p. 15).

8037 P. Vettius P. l. | Chrysantus | dat titulum memoriae | P. Canidio Primo | bene merenti.
Romae (VI 28667 vidit Bormann).

8038 memoriae et | reliquiis | M. Volci Eutychi | Primigenius alumnus.
Romae (VI 29462 vidit Henzen).

8039 d. m. | Cl. Hagni f. Gazzae | privignae suavissi|mae, in honorem memo|riae Gazzae matris | eius, Cl. Pyrrichus | vitricus consecravit.
Romae (VI 15446 vidit Henzen).
D. m. s. honori et memoriae *N. 2122. Diis dicatos titulos in honorem memoriamve mortuorum habes N. 3231. 3232. 3276. 3550 cum not.*

8040 iuventuti et | memoriae | Parthenopaei | sacrum, | Peregrinus p. i.[1]
Romae (VI 23832 semel vel bis descripta saec. XVI). — 1) *Pater infelicissimus* (?).

8041 memoriae et | pietati | Q. Vibi Crescentis, | Q. Vibius Cerinthus | liberto karissimo | et fidelissimo | bene merenti | fecit.
Romae (VI 28790 vidit Bormann).

8042 dis manibus | sacrum, | pietati | Veratiae P. f. | Verae.
Romae (VI 28551 vidit Bormann).

8043 d. m. | pietati | eternitati | So[*ter*]iciano, | annorum VII, | Soterichus | . . . . | . . . .

Cattajo prope Paduam (V 2694 vidit Mommsen).

8044 P. Aelius Aug. lib. Titianus | d. m. fecit, | sibi et lib. libertabusq. | posterisq. eorum, | et misericordiae.

Romae (VI 10802 vidit Mommsen).

8045 d. m. s. | M. Véti Decembris | fili piissimi reliquiae, anno|rum XVIIII, consecratae Pie|tati et Genio inferno ab M. Vétio | Trophimo et Vétia Lupula | parentibus. || M. Vétius | Trophimus | pater imaginem | iunctam fili sui sibi | fecit.

8046 d. m. s. | pietati et memoriae | Vetiae Marcellinae | filiae suae, vixit | ann. VI m. II d. XII, | sepulcrum aram | signum marmoreu | fecerunt | M. Vetius Trophimus | pater et Vetia Ianuaria | mater et sibi et suis | et posteris eorum.

Romae (VI 28668. 28703 vidit Henzen).

8047 dis parentium[1] | et Genio Vituli | fecit mater f. piissimo.

Romae, nunc Urbini (VI 29109 vidit Bormann). — 1) *Cf. supra N. 7999 not. 1;* deis et Genio . . *supra N. 1523.*

8048 f. m.[1] — | Genio | P. Mutili | Marulli | vix. ann. | XVII. *(In latere sin. clipeus, in d. hasta.)*

Romae, nunc Berolini (VI 22779; Beschr. der antiken Skulpturen [*1891*] *p. 445 n. 1154).* — 1) *Fecit mater* (f. m. *in cono superposito).* — *Equitem Romanum fuisse Marcellum anaglypha laterum ostendunt.*

8049 mánibus | et Genio | P. Vatri Severi.

Prope Polam rep. (V 246 vidit Mommsen).

8050 d. m. | M. Antoni M. f. Earini | et Genio eius | Antonia Ter|psicore et | [*E*]arinus paren|tes miser[*r*]imi | filio piissimo.

In abbatia Sanrocciani in Piceno (IX 5794 semel descripta).

8051 P. Alfeno | Hypano | Genio et | dis | Manes *(sic)*, | Thoria | Gemella fecit.

Romae (VI 11429 vidit Henzen).

8052 Genio | C. Iuli | Augustae l.[1] | Prosopae | delicii ipsius[2] | et Liviae[3] Drusi | Caesaris, | vix. ann. IX.

Romae, nunc Urbini (VI 20237 vidit Bormann). — 1) *Liviae. Plerumque Liviae liberti Marci praenomine utebantur.* — 2) *Sc. Augustae.* — 3) *Neptis Augustae; de ea vide N. 8054 not. 1.*

Adde supra N. 1795. 3644. 7718. (Tituli N. 3640—3643ª in honorem vivorum positi sunt).

8053 Iunoni | Tyches Iuliae | Augustae | Vener.[1]

Pompeiis extra portam Herculanensem, cippus cuius pars superior lineamenta et retro etiam capillos capitis muliebris refert (X 1023 vidit Mommsen; imaginem

post alios dedit Mau Pomp. p. 411). — 1) *Veneriae (fortasse antea ancilla fuerat coloniae Veneriae Pompeianae, cf. N. 5915 not. 4).*

8054 Iunoni | Claudiae Liviae[1] l. | Melpomene.

Romae (VI 15502 saepius descripta saec. XV—XVII). — 1) *Est (Claudia) Livia Germanici Caesaris soror, Drusi Caesaris uxor; cf. supra N. 1751. 1752. 8052; Prosopogr. imp. Rom. II p. 292 n. 211.*

8055 Melissaéae | Amyces | Iunoni.

Pompeiis extra portam Herculanensem rep., est Neapoli, tabula, cuius pars superior rotunda (X 1009 vidit Mommsen).

8056 Iunoni | d. m. | Pontiae Gnesiae | coniugi karissim. | et sanctissim. | L. Pontius Horaeus.

Romae (VI 24745 ad exempla Iucundi et Accursii).

Adde supra N. 3645.

8057 Iunoni et | Verecundiae | Ulpiae Compses, | q. v. a. VI m. VI d. VII, | M. Ulpius Aug. lib. | Eutropus pater.

Ostiae rep., urna (XIV 1792 descr. Amati et Melchiorri).

8058 Iunoni | Iuliae | Aufidenae | Capitolinae | sacrum *(in utroque latere grypus).*

Romae (VI 20385 vidit Henzen).

8059 Veneri | Latinillae[1] | M. Spedius Ma|ternianus | maritus.

Tarracone (II 4415 vidit Huebner). — 1) *VI 12281 cf. 34055 mulier defuncta annorum septemdecim videtur appellari Venus Afra (sed fortasse rectius de Venussiana Afra cogitavit Marinius).*

8060 Ti. Iulius | Orpheus | sibi et | Orfitae | f., an. XIV, | virgini | Veneri | Cupidini | inferor.

Romae, nunc Urbini (VI 20167 vidit Bormann).

8061 Glaucopi Veneri[1] | Gelliae | Agrippiane | C. ꟼ.[2] | Aurelia Soteris | et Mussius | Chrysonicus | nutritores | lactanei.[3]

Romae (VI 1424 vidit Henzen). — 1) *Hoc scriptum in sima.* — 2) *Clarissimae puellae (cf. supra N. 1202).* — 3) *Iidem homines VI 1623. 21334.*

8062 Arriae P. f. Maximinae | statuam Veneris infelicis|simi parentes filiae dul|cissimae, vix. an. XV | m. XI d. XI h. III.

Ostiae rep., nunc Romae, operculum sarcophagi (XIV 610 vidi).

Plutia Vera sub nomine Veneris Verae Felicis Gabinae consecrata, supra N. 5449.

8063[a] Claudiae Semne coniugi dulcissimae | M. Ulpius Aug. lib. Crotonensis.

8063[b] *(symbola Fortunae et Veneris, sc. globus, temo, rota, corona quam duo Amores sustinent, ramus malis ornatus, columba)* Fortunae, | Spei, | Veneri | et | memoriae | Claud. Semnes | sacrum.

8063[c] Claudiae Semne uxori et | M. Ulpio Crotonensi fil. | Crotonensis Aug. lib. fecit. | Huic monumento cedet | hortus in quo tricliae[1] |

viniola puteum aediculae, | in quibus simulacra Claudiae | Semnes in formam deorum[2], ita uti | cum maceria a me circum structa est. | H. m. h. n. s.[3]

Romae in sepulcro ad viam Appiam rep. (VI 15592—15594 duas postremas in Vaticano vidit Henzen). — 1) Cf. infra N. 8118 not. 1. — 2) Cf. Apul. metam. 8, 7: imagines defuncti, quas ad habitum dei Liberi formaverat, adfixo servitio divinis percolens honoribus. — 3) Hoc monumentum heredem non sequitur.

8064 Dianae sacrum | Avidiae Eutychiae | coniugi sanctissim. | et C. Avidio Karo f., | C. Avidius Gelos | fecit. *(In margine imo)* in fr. p. XXV, in agr. p. XXV.

Romae, nunc Florentiae (VI 12892 vidit Henzen).

8065 d. m. | sacrum | *(Diana arcu armata, vultum defunctae gerens; ad pedes canis)* Deanae et | memoriae | Aeliae | Proculae | P. Aelius Asclepiacus | Aug. lib. | et Ulpia Priscilla filiae | dulcissimae fecerunt.

Romae, nunc Parisiis (VI 10985 vidit de Rossi).
Mortuae effigies habitu Dianae etiam VI 6826.

8066[a] *(protome)* Dianae sacr. | Quintae | parentes fecer.

8066[b] *(statua)* Pudicitiae | Caeci[*liae*] Q. f. Metro|[*dorae*] . . . . . us coniugi | [*et par*]entes | [*f*]ecer.

Prope Tarracinam, in viva rupe incisum (X 6300. 6351 p. 984 vidi).

8067 . . . ae | Tertiae Aug. lib. | νύμφῃ Δρακαίναι[1] | coniugi sine exemplo | quae vix. ann. XXVI | [*mens.*] . . . diebus III hor. XI | . . . . [*Th*]allus collib. maritus | et | . . . . . tius pater | infelicissimi.

Romae (VI 27285/6; Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2036 vidit Kaibel). — 1) Cf. supra ad N. 3896[a].

8068 Aveniae | Bassaridis | filiae optim., | M. Gavius | Cornelius | Agathemer. | Avenianus | omni iniuria | debilitatus; | *(in latere)* manumiss. | alumna ann. | IIII dier. XVII a | M. Avena Macro | splend. eq. R., | omni honore | functo. | *(in altero latere)* vixit ann. | XXV men. IIII | dieb. XIIII, | omni sensu | vita pietate | perfectissim. | *(in postica)* θεὰ Χάρις Βασσαρίς.

Veronae (V 3382 vidit Mommsen; Inscr. Graec. Ital. 2307).

8069 Anto|niae | Q. f. | deae | Bonae | piae.

Velitris, iam Romae (X 6595 vidit Henzen).

8070 . . . . . | Trophimi Aug. lib. |
Reliquiae pueri quondam | Phrygii pastoris |
vix. annis
duodecies senis, | nam tertius apstulit illum.

Romae (VI 27657 viderunt saec. XV/XVI Iucundus et Accursius). Buecheler carm. epigr. n. 1815.

8071 M. Plauti A. M. l. | Traseae | postereisque | eius, vivit.
Minturnis (I 1193. X 6048 vidit Mommsen).

8072 v. f.[1] | C. Atilius | Castalii lib. | Florentinus sibi et | dis manibus Iuliae | Fortunatae uxoris | optime meritae.

Veronae (V 3494 vidit Mommsen). — 1) *Vivus fecit* (v. f. *initio tituli positum, potissimum in Italia superiore, cf. supra N. 4943. 5023. 6605. 6607. 6668. 7320. 7340. 7552. 7636. 7753. 8017* (d. m., v. f. *N. 1394. 7683);* vivit, vivont *saepe Narbone, cf. supra N. 7635. 7651. 7654. 7669, sed et alibi, ut in urbana vetusta N. 7471).*

8073 C. Petuellius Q. f. Fale. | vius monementum faceiu. | curavit seibi et uxori suae | Epidiae P. f. Neriae | eideque probavit.
Beneventi (I 1223. IX 1927 vidit Hirschfeld; Ritschl tab. LXII[d]).

8074 d. m. s. | T. Caniu[*i*] Sa|[*turnin.*][1] | q. v. a. . ., | se qui v|ivo mo|numen|tum sib|i et Sat|urnin|e Nini | et[2] fil. b. | m. coni|ug. at fo|rmam | et men|suram | monu|menti[3] | Obstor|iae Bel|i[*c*]e[4] e[*t*] | Pe[*t*]r|oni[4] Ve|recun|di faci|endum | locav|it SS ∞ CC | num.[5]; | quod dedica|vit id|em Sat|urnin . . | . . . . . *(Iuxta titulus gemellus).*

Lamiggigi (Seriana) Numidiae (VIII 4387 cf. 18555 Wilmanns vidit lapidem, Schmidt ectypum). — 1) *Sic debuit esse, sed nomina culpa quadratarii corrupta.* — 2) *Sphalma quadratarii.* — 3) *Cf. Dig. 35, 1, 27.* — 4) *Sphalmata quadratarii correxi ex titulo iuxta posito.* — 5) *Sestertium ducentis milibus nummum.*

8075 T. Cestius T. l. Philippus; | Cestia T. l. Nica; | L.[1] Cestius T. l. Agathocles | emit locum inmortalem, | in front. ped. XIIII, in agr. ped. XVI, | et aedificavit sibei et sueis. Et tu coheres[2].

Pisis (XI 1464 vidit Bormann). — 1) *Expectaveris* T. — 2) coheres *litteris minoribus postea adscriptum.*

8076 Iulia | [*O*]lympi[1] l. Tessilla | domicilium | sibi et suis.
Narbone (XII 4924 cf. p. 851 vidit Hirschfeld). — 1) *Idem est XII 4917.*

8077 d. m.[1] | L. Gratius Eutyches | domum aeternam vius | sibi curavit | ne heredem rogaret | ταῦτα[2].

In oppido St. Gilles provinciae Narbonensis, cippus litteris saeculi primi (XII 4123 vidit Hirschfeld). — 1) d. m. *in lateribus tituli.* — 2) *Cf. infra N. 8105.*

8078 d. m. | aeterna do|mum | L. Domitius Se|cundus, ubi reli|qua corporis sui | sint, se vivo | instituit.
Lambaesi (VIII 3582 vidit Wilmanns).

8079 d. *(ascia)* m. | P. Primius | Eglectianus | P. Primi Cupiti | lib., qui ut habe|ret vivus sibi | posuit et sub | ascia dedic.[1] | domui aeternae luben[*s*].
Lugduni (XII 2246 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. N. 8141 not. 3.*

8079[a] Mallius Tigrinus | ob refrigerium c . . . | domum aeternal[*em*] | vivus fundavit.

Interamnae (Terni) (XI 4342 vidit Bormann). Christiana sine dubio, cf. de Rossi bull. arch. crist. 1880 p. 58.

8080 in hoc cepotaphio maceria cinctum[1] | Anniae Maximinae et Anniorum | Celerionis Maximini et Celerinaes | filiorum eius, | quae est domus aeternalis.

Puteolis (X 2066 saepius descripta saec. XVI—XVIII). — 1) *Cincto.*

8081 Manilia Paula | de parcimonio suo | sibi et | Aelio Paulino | conpari suo | domum aeternam[1] posu.

Polae (V 195 semel descripta). — 1) *Adde infra N. 8236. 8240, cet.*

8082[a] d. [*m.*] s. | Calendioni | patri piissimo, | vixit annis XXXV, | ut bene et me|rito credatur | procreasse fi|lium, post mul|tum temporis | intervallum | reliquias recol|lectas tumu|lum tibi consti|tui aeternae do|mus ego | Primus Aug. n.[1], | adiutor tabul.[2], | filius.

8082[b] d. m. s. | Veneriae | piissimae matri, | vixit annis L, | post obitum | tuum, piissima | mater, quae|que fuerunt | tibi, funeri la|ta sunt sepelli|ta et post reli|quias recol|lectas, ut molli|ter essent, tumu|lo conditas ef|feci ego | Primus Aug. n., | adiut. [*tab.*[2], *f*]ilius.

Lamiggigi (Scriana) in Numidia (VIII 4372. 4373 vidit Wilmanns). — 1) *Augusti nostri (servus).* — 2) *Adiutor tabulariorum.*

8083 d. m. s. | Flavius Don|atus sacerdos | qui vixit annis | p. m. CV, discessit VII | kalendas Iunia|s, Flavius Moni|mus, Faustus fili | patri karissimo | et b. m. domum Ro|mulam[1] istitue|runt, anno pp.[2] CCCLXIII[3] *(palma quadrupes palma).*

Lalla Maghnia Mauretaniae (VIII 9966 bis ut videtur descripta). — 1) *Haec sepulcri appellatio hoc tantum Mauretaniae loco reperta (VIII 9967 cet. 21784. 21799 seq.).* — 2) *Scr.* pr. — 3) *A. p. Chr. 402 (cf. supra N. 6876 not. 1).*

8084 d. m. s. | C. Iulio Satur|nino patri dul|cissimo, C. Iuli|us Gitteus et | Rogatianus | fratres, fil. | eius, tumul. | constitue|runt, vita u|so annis | CVII. || d. m. s. | Aeliae Ma|tronae piis|simae matri, | C. Iulius Git|teus et Iuli|us Rogati|anus fratr|es hoc simu|lacrum fece|runt, vita usae | annis LXXV.

Auziae Mauretaniae (VIII 9124 vidit Wilmanns).

8085 Aplasia C. f. | Paullina | aras tres sibi et | Q. Corrio Antiquo[1] | viro suo, et | Corriae Q. f. | Paullinae | filiae suae | testamento poni iussit, | maceria circumdata.

Romae (VI 12134 cf. p. 3510 saepius descripta saec. XV. XVI). — 1) *Idem homo VI 16484.*

8086 d. m. | Antonia | Monnica | v. a. LXI o. t. b. q.[1], | Volumnius | Felix maritae | carissime sta|tuam et aras | duas[2] uno nomi|ne scriptas me|renti constitu|it.

Prope Constantinam rep. (VIII 7202 cf. p. 1848 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Ossa tibi bene quiescant.* — 2) *Similiter XII 2674:* aras duas . . . poni curavit.

8087 ara | ossuaria[1] | Vetilia[*e M*]nasidi | coniugi Asteri, | concessa | a Ve[*t*]ilio Ingenuo.

Romae (VI 28646 vidit Zoege). — 1) *Cf. supra N. 1745:* ossua posita .. ara; *N. 1955:* hoc sepulcrum sive ara cum suis maceris *cet.*

8088 A. Paxaea | A. l. Nardis | titulum memoriae | suae fecit et suis, | Primo f., qui decessit | annorum XXX, | patrique eius | A. Paxaeo Philoxeno | [*e*]t A. Paxaeo Rufo | . . . .

Romae rep. inter vias Salariam et Pincianam (VI 36038 vidit Gatti).

8089 d. m. | Aur[*e*]l. Filocurius fecit se bibo | sibi et Ulp. Eupropie coiugi me|moriolam cum ortulo sumiacen|te, subus libertis libertabusq. | posterisq. eorum. | Εὐψύχι[1].

Romae (VI 13102 servavit Fabrettius). — 1) *Cf. N. 8170.*

8090 d. m. | Aurelius Vitalio hanc memoriam[1] | cum solario et cuviculo a solo fecit | sibi et Aeliae Sofiadi coiugi suae et | filis suis, et Aurelio Mercurio fratri | suo cum filis suis, et Aurelio Berne cum | suis, et Ulpio Secundino cognato meo | cum filis suis, meis fratribus, | et libertis paternis et libertab[*u*]sque | sed et meis posterisque homnium | aeorum et quibus me vivo loca | donavi, iuveo itum amvitum | universos abere. Et hoc peto | aego Syncratius[2] a bobis unibersis | sodalibus, ut sene bile refrigeretis. | Syncratiorum[2].

Praeneste (XIV 3323 ter ut videtur descripta saec. XVII. XVIII). — 1) *Cf. supra N. 2780, cet.* — 2) *Nomen sodaliciarium, cf. supra N. 7947 not. 1.*

8090[a] hunc munimentum | in fr. p. XIII, in agro | p. XVI a solo et ab ascia[1] | Aelia Isigenia Ti. Cl. Zenati | memoriam marito suo | dulcissimo et sibi libertis liber|tabusque suis posterisque | eorum fecit.

Literni rep., est Romae (VI 10921. X 3717 vidit Henzen). — 1) *Similiter VI 8931:* se vivo ab ascia fecit. *Cf. ad N. 8100.*

8091 Baebia Victoria fecit sibi et | Antonio Timocrati eq. R., mari|to suo, libertis libertabusque | utrorumque posterisque eo|rum, concessam sibi partem | monumenti a Corneliis Zotico | et Epictetiano et Corneliam Drau|cen porticum cum aediculis su|is et cubiculum quod est supra | memoriam.

In Portu Romano rep., deinde Romae (XIV 158/9 vidit Bormann).

8092 d. m. | C. Calpurnius Philokyrius v. e.[1] | et Septimia Ammias coniux | conparaverunt sibi memorias II | et C. Calpurnio Ammiano eq. R. | filio suo et libertis libertabus|que posterisque eorum, armarium[2] distegum[3] cum ta|berna et hortulo. Si quis hoc | armarium vendere voluerit, tunc infe|ret arcae pontificum[4] HS L mil. n.

Romae (VI 1600 cf. 31829 vidit Henzen). — 1) *Vir egregius.* — 2) *Cf. de Rossi inscr. chr. I 419:* locum armamari *(sic)* quadrisomum. *De re cf. de Rossi Roma sott. III p. 412. Panarium de sepulcro, supra N. 7460*[d]. — 3) sacell. cum disteg. *est in t. suspecto VI 5, 3050* (cf. ib. 2653*).* — 4) *Cf. infra N. 8227 seq.*

8093 L. Ovinius Curius Proculus Modianus | Afrikanus cos. heroum[1] coeptum | in honorem Claudianae Eusebiae c. m. f.[2] | suae necessaria tutela muneitum perfecit | ad memoriam L. Ovini Afrikani c. m. p. ne|potis et suam.

Romae (VI 1479 vidit Henzen; cf. Hübner ex. scr. epigr. 510). — 1) *Heroum etiam supra N. 1921* (?), *infra N. 8230; VI 12405.* — 2) *Clarissimae memoriae feminae.*

8094 d. m. | Aurelius Hermias Aug. lib. | proc. k.[1] heroum maceria | cinctum cum superficio *(sic)* | insulae comparavit | sibi posterisque suis | itemque libertis libertab.

Romae (VI 8511 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Procurator kastrensis.*

8095 Corneliae L. fil. Florae uxori rarissimae | L. Marcius Ferox vir eius in solo quod ei | splendidissimus ordo concessit mauso|laeum consecravit.

Tipasae Mauretaniae (VIII 9293 vidit Wilmanns).

8096 d. m. s. | Q. Gargilio Campano coniugi dulcissimo mausoleum operae *(sic)* | quadratario secundum verba testamenti eius super HS $\overline{\text{XVI}}$ n., qua[1] | dependi mandaverat, additis de suo HS $\overline{\text{VIII}}$ n., Gargilia Pacata | marita a solo omnibus inpendis suis extruxit itque infra tem|pora testamento praefinita dedicavit. Pr. CLXXXXIIII[2] VIII id. Aug.

Auziae in Mauretania (VIII 9109 vidit Wilmanns). — 1) *Scr.* quae. — 2) *A. p. Chr. 233 (cf. supra N. 6876 not. 1).*

8097 d. m. | have Cl.! bene valeas! | Ti. Cl. Firmo prin.[1] | leg. III Aug. | vix. an. LX, | Claudia Rufa cum | libertis et heredes | eius patrono | b. m. f. | Nam maesolaeum | Romae in praedis | suis | ex HS $\overline{\text{L}}$ m. n. | factum est.

Lambaese (VIII 2841 cf. p. 1740 vidit Wilmanns). — 1) *Principi (cf. supra N. 2449 cet.).*

8098 d. m. | Iúliae Heliadis | Sex. Iúli Callisti | et Iúliae Nicés fi|liae, flaminic. Aug., | quae vixit annís | XXV ménsibus II, | Iúliae Heliane et | Callistate corpus | sororis anima sua | sibi carioris ab | urbe adferri | curaverunt et | sarcophago in|tra maesolaeum | condiderunt.

Lugduni (XIII 2181 vidit Hirschfeld).

8099 d. m. s. | Nampha|mo Homul|li fil. sibi | et uxori | moesoleum | [*fecit*] usque | ad murum | [*p*]ublicum | et [*s*]emitam vi|cinalem.

Mograwa prope Mactarim Byzacii (VIII 688 cf. p. 1229 vidit Wilmanns).

8100 d. m. s. | L. Attius Nisus | vixit annis LII | mens. I dies V, | h. s. e. S. t. t. l. | Hoc misolio | sub ascia est[1].

Ossonobae (Faro) in extrema Lusitania (II S. 5144 descr. Statius da Veiga homo accuratus). — 1) *Cf. XIII 2494:* hoc opus sub ascia est; *praeterea N. 8141 not. 3.*

Maesolea praeterea infra N. 8101. 8378. 8380.

8101 d. m. | Q. Caecili|us P. fil. Quir. | Victori|nus, qui pre|cepto patris | carissimi | paruit et meso|leum cum trib|unal.[1] et aralibus[2] | perfecit, v. a. LV, h. s. | e.

In monte Msid Sidi Aïscha Numidiae (VIII S. 19929 = Eph. epigr. 5, 912 descr. Goyt). — 1) Cf. infra N. 8110. — 2) Aralium vobabulum praeterea non repertum.

8102 [*mem*]oria[*e*] et innocentiae | ... ci qui vixit ann. V m. IIII bidu[*o* | *et*] .... ae filiae, quae v. m. VII dieb. X, | e[*t Pri*]mitivae coniugi, matri eor|um, Gaius Aug. libertus. Si qui | [*a*]utem temptaverit eunde|m monimentum quod | appellatur pyramis in ali|quo, inferevit fisco d. n.[1] I L I[2].

Sigus Numidiae (VIII S. 19174 = Eph. epigr. 5, 868 vidit J. Schmidt). — 1) Domini nostri. Cf. N. 8233 (not. 2) cet. — 2) Lectionis incertae (in fin. fortasse libra una, cf. N. 8230).

8103 d. m. s. | P. Licinius The|mistocles qui | et Probatius, lib.[1] | Procili Crispini | proc. Auggg.[2] bene | merenti cupam[3] | fecit. | H. s. e.

Carthagine rep. in eodem sepulcro in quo N. 1350, est Parisiis (VIII S. 12593 vidit A. Schoene). — 1) Liberto (nomen proprium liberti videtur omissum). — 2) Procuratoris Augustorum trium, cf. Mommsen C.I.L. VIII p. 1336[a]. — 3) Cupae vel cupulae vocabulum de sepulcris potissimum in Africa adhibitum (VIII 9392: cupulam snperstitem rogns eins; *in urbe infra N. 8104 seq. et VI 2734; in Hispania II S. 6178); cf. Schmidt Philol. 46, 1888 p. 166.*

8104 d. m. | Olus Puplicius Polyti|mus, tutor Titi Flavi A|gathangeli, pupilli sui matri | Sextae[1] Fortunatae defu|nctae locum emit, massam | calcavit[2], cupam edificavit; de bon|is eius omnibus consummat. X̶[3] CCXXV, cur. | fac.

Romae (VI 25144 p. 3551 ter ut videtur descripta saec. XVII). — 1) Sic duo testes boni. — 2) Cf. VI 29976: tabula pumice et testa ... massa calcata ... — *3) Denariis.*

8105 M. Aurelius Sostr|atianus Stratoni.[1] | fecit Fabiae Laetae | coiugi, sanctissimae | feminae, cupulam | structilem, qua|e vixit annis | XXXIIII. | *Χαίρεται*[2]. *Ταῦτα*[3] . . .

Romae (VI 13236 vidit Henzen. Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1479). — 1) (Domo) Stratonicea? (Momms.). — 2) Χαίρετε. — 3) Similiter Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2342: Χέρετε· [τ]*αῦτα. Cf. supra N. 8077. VI 8923: Παλλάδι, ταῦτα. VI 21812: Προκόπι, ταῦτα. XII 874: Ἀρωμάτι, ταῦτα. Infra N. 8151:* hoc est quod videtis. *XI 2547[a]:* hoc est, homo, quod vides. *VI 7652:* de meis laboribus hoc mi solu. *VI 11695 = 34046:* ec ton emon panton tuto emon. *IX 571 = Henzen 7399:* tantum *(nude positum in fine tituli).*

8106 d. m. | D. Apuleius Ionicus | fecit Eutychiae | sorori suae et Eutycheti | filio eius; in hac cupa | mater et filius positi sunt.

Romae (VI 12202 cf. p. 3510 vidit Smetius).

8107 L. Caecilius Isio | fecit se vivo sibi arca | hederacia, in quo | se poni iubet, v. a. L. *(vas ex quo rami hederacei proficiscuntur; in utroque latere hederae).*

Romae ad viam Latinam rep., urna marmorea quadrata eleganter sculpta (VI 13756 vidit de Rossi; Benndorf et Schoene Lateran p. 103 n. 177b).

Arcae aperiri vetantur saepissime in inscriptionibus aetatis labentis, cf. supra N. 1960. 2796 seq. 7236, infra N. 8247 seq.

8108 d. m. | Cuspiae Aegia|les. Hoc sarcophag. aperiri | n. lic.

Romae, sarcophagus (VI 16693 vidit Bormann).

8109 d. m. | M. Aurelio Augg. lib. | Elpideforo eo vivo | concessit locum du|plicem, sarcofagum | intrantibus part. dextra | L. Arruntius Felicissimus.

Romae (VI 13078 vidit Henzen).

8110 P. Aelius Venerianus | hoc vas disomum[1] sibi et | Felicitati suae posuit et | tribunal[2] ex permissu pontiff.[3] perfecit.

Beneventi (IX 1729 cf. p. 695 aliquoties descripta saec. XV—XVII). — 1) *Bisomus (locus) est supra N. 7565; de Rossi inscr. christ. I 555. 532 alibi*, bisosom- *XI 2995.* — 2) *Cf. N. 8101.* — 3) *Cf. N. 8382.*

8111 d. m. | Cl. Venustinus | comparabit sibi[1] | hunc basceliunı et | Aureliae Victoriae | coniugi suae | incomparabil, | fecerunt | sibi.

Romae (VI 15308 descr. saec. XVI Lud. Budaeus auctor accuratus). — 1) sibi t *traditur.*

8112 d. m. | Flavio Severo | filio karissimo, | qui vix. ann. VI m. V, | Fl. Vitalis evok. et | Glycera parentes | infelicis. mas.[1] exstrucse. *(sic)* | item Africano lib. bene | merent., vix. an. XVIII. | Hic decessit lib.[2] XVII k. Sept., habet mas.[1] p.[3] XII, | filius karissimus decessit XVIII kal. Oc., | depositus p.[4] XII in vascello et | massa a.[5] fundus. Postea placu|it lapide Tiburt.[6] ambos in se[7] circu|m dare et titulum inscribere. D. c.[8] | Messala et Sabino cos.[9]

Romae (VI 3428 aliquoties descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Massam.* — 2) *Libertus.* — 3) *Pedum.* — 4) *Pedibus.* — 5) *Aut (intellege: in massa, sive fundus est. Momms.).* — 6) *Cf. N. 7990 cet.* — 7) *Una.* — 8) *Dicatus* (?). — 9) *A. 214.*

8113 T. Varen. T. f. Pap. Sabiniano eq. R., | flam. Laurentino[1], item flam. | col. Sarmiz., dec. col. Sar.[2] et Apul., | e. m. v., omnib. equestrib. milit. perfunc., | Cornel. Lucilla coniux. Pila extruc|ta sarcofagum, in quo Varenia | Probina q.[3] Sabiniani soror condita | erat, etiam eius corpore conloca|to superposuit.

Prope Apulum Daciae rep. (III 1198 aliquoties descripta saec. XVII). — 1) *Cf. N. 5004.* — 2) *Decurioni coloniae Sarmizegetusensis.* — 3) *Quondam.*

Structura cum munitura sartophagi *(sic) supra N. 1647.*

8114 d. m. | P. Baebius P. f. Pal. Myrtilus | et Pomponiae Spica et | Fortunalis in eo sepul|chro, quod eis donatum | esset ab Humania Dur|racina maceriatum con|texerunt et sarcopha|ga fecerunt, ex quibus | I[1] Durracinae concesserunt, | lib. lib. q. suis post eorum. H. m. d. m. a.

Romae (VI 13478 vidit Henzen). — 1) *Unum. Cf. N. 8294.*

8115 C. Caecilius Felix | et C. Caecilius Urbicus | locum ita uti est concamaratum | parietibus et pila comprehensis longum | p. VI, latum p. VIIS, consecrarunt sibi et | C. Caecilio Rufino et C. Caecilio Materno et | libertis libertabusque posterisque eorum, | excepta Secundina liberta, impia | adversus Caecilium Felicem patronum suum.[1] | H. m. h. n. s.

Romae (VI 15732 Bormann vidit partem). — 1) *Cf. N. 8283 seq.*

8116 C. Plarius Privatus sen. se vibo cessit Pla|riae Privatae libertae suae de se bene me|renti adcumbitorium cum conditi|bum[1], quod est longum pedes VI lat. | p. IIII, ita ut liceat ei itum aditum | ambitum[2] humandumve sacrificandum[3] caussa | habere —[4] Plari ave![5] — | parte senesteriori ubi positum est | ossuarium Plarii Ianuarii.

Ostiae (XIV 1473 semel descripta saec. XVII). — 1) *Conditivi vocabulum saepius adhibitum Ostiae, cf. supra N. 7922, semel in Hispania II 3444* (conditivom cubiculum *in t. quem infra dabimus Buecheler 1563).* — 2) *Cf. N. 8352 seq.* — 3) *Requiritur* humandi sacrificandive. — 4) ti *insertum in apographo, nescio quo errore.* — 5) *Cf. N. 8124 seq.*

8117 hoc vigiliarium[1] | pertinet at heredem | Aeliae Heuresidis | L. Gettium Amandum, | is L. Gettio Hilari|ano filio et heredi, | et lib. lib. post. eor. | In f. p. XXVI, in ag. p. XXXIIS.

Ostiae, iam Romae (XIV 527 vidi). — 1) *Cf. N. 7922.*

8118 *(protome muliebris)* trichlia[1] | Marciae Martialis.

Caesareae Mauretaniae (VIII S. 21269 Schmidt vidit ectypum). — 1) *Cf. supra N. 1732. 7926. 8063*[c]. *Marquardt Privatl. d. Roemer (ed. 2) p. 370 not. 2. Huelsen Roem. Mitth. 1890 p. 48.*

8119 dis m. | M. Lollio Aeschine *(sic)* | Lollia Helene mater | filio benemerenti, v. | annis XVIIII dieb. V, | háec hydria posita est[1]; | itum ambitum | permissu Flaviae Theageni|ae.

Romae, tabula marmorea (VI 21445 vidit Henzen). — 1) *Hydria onychina supra N. 7930.*

8119[a] d. m. | hydria | Umbricies Pies. | C. Umbricius C. l. | Venustus | sibi et | Valeriae | Priscae | uxori | optumae.

Romae (VI 36584 viderunt Smetius aliique).

8120 Claudia, Octaviae divi Claudi f.[1] lib., Peloris | et Ti. Claudius Aug. lib. Eutychus proc. Augustor. *(aedificiorum antiquorum ichnographia)* sororibus et lib. libertabusq. posterisq. eorum | formas[2] aedifici custodiae monumenti reliquerunt.

Romae, iam Perusiae (VI 9015; imago est ib. 29847[a] *p. 2898, item apud Iordan forma urbis tab. XXXIV, 1; Huelsen Mitth. des roem. arch. Inst. 1890 tab. III cf. p. 46 seq.).* — 1) *Cf. supra N. 222 (not. 5); 1786. 1788.* — 2) *Formarum vocabulo (primae litterae nunc perierunt, olim descriptae) ipsa ichnographia in lapide superstes significatur. Tractavit Huelsen Mitth. l. c.*

8121
hoc est factum monumentum[1] | Maarco Caicilio. |
Hospes, gratum est quom apud | meas restitistei seedes: |
bene rem geras et valeas, | dormias sine qura.

Romae in via Appia, lapis Tiburtinus litteris vetustis (I 1006. VI 13696; imaginem Ritschl tab. LXIXd). Versus sunt Saturnii: Buecheler carm. epigr. 11. 'Litterarum forma et geminatio vocalium et qura *Acciana tempora produnt' (Buech.).* — 1) *Similiter N. 7460*[b].

8122 M. Statius | M. l. Chilo | hic. |
heus tu, viator las|se, qu[*i*] me praete|reis, |
cum diu ambula|reis, tamen hoc[1] | veniundum est tibi[2].
In fr. p. X, in ag. | p. X.

Prope Cremonam rep., est Mediolani (I 1431. V 4111 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 119. — 1) *Cf. N. 8149 not. 2.* — 2) *Similiter IX 2128 = Buecheler 83; XII 5270 = Buecheler 242.*

Carmina huius generis dedimus iam supra N. 1932. 7703, alibi. De sententia cf. ad N. 7944.

8123 Eros | Servili | M. ser.[1], | salve[2].

Romae (VI 34285 vidit Mommsen). — 1) *De nominis forma iam cf. Oxé mus. Rhen. 1904 p. 125.* — 2) *Sic in bilingui supra N. 6203 (Graece: χαῖρε) et alibi passim (N. 7732. 7791).*

8124 ave[1], Sexti | Iucunde! | vale[1], Sexti Iucunde!

Luxemburgi, alicubi in agro Treverorum ut videtur rep. (XIII 4280 saepius descripta saec. XVI—XIX). — 1) Ave — vale *etiam supra N. 5121,* have — et vale *N. 6192, et alibi passim;* havete transitores, balete transitores *N. 2783.*

8125 havete | Ser. Iuli | Pardala et | Iulia Serena | filia: et tu quisquis | es, vale![1] lib. lib. q. | v. f. | Iuliae Carphim. *(sic)* | lib.

Concordiae (V 8699 vidit Mommsen). — 1) *Similiter supra N. 6156, infra N. 8129*[a]*. 8178; VI 21758. X 1517; cf. VI 5, 15*.*

8126 have | in aeternum | Q. Anchari | aeternumq. | Mariane | vale.[1]
Lugduni (XIII 2058 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. Vergil. Aen. 11, 97. 98.*

8127 Argenti[1], have! | d. m.[2] L. Arrio Ho|rato *(sic)* Eyty|cheti *(sic)* Aci|lia Carnus | coiugi de | se b. m. f. | Argenti, tu nobis bibes!

Romae (VI 10268 vidit Henzen). — 1) *Agnomen defuncti.* — 2) d. m. *a lateribus tituli.*

8127[a] Prosdocionis ossa | hic sita sunt, vixit ann. XXV | sine contumelia; dat donum | Horestes benemerenti coniugi suae. | Have! num quid vis? vale!

Romae (VI 25092 bis ut videtur descripta saec. XVI/XVII).

8128 Roscia . . | l. Secunda, p[*ost*] | Sphaeri obitum | v. a. VIII, hic sitast. | Si quod sapiunt | inferi[1], have! Valete, | superi.

Romae (VI 25489 vidit Henzen). — 1) *Similiter VI 6250. 11357 = Buecheler carm. epigr. 179. 180. Cf. III 6383 = Buecheler 1147:* si qu(i)d Manes sapiunt.

8129[a] Gemella, salve! | Salvete, mei parentes! | et tu, salve, quisquis es!

8129[b] ossa | Nicenis hic sita sunt. | Superi vivte *(sic)*, valete! | infri *(sic)*, havete, recipite Nicenem.

Romae in monumento Statiliorum ad portam Praenestinam (cf. supra N. 7407) rep. (VI 6457. 6492 = Brizio sepolcri scop. sull' Esquilino n. 472. 473).

8130 ave, | Herennia Crocine, | cara sueis. Inclusa hoc tumulo | Crocine, cara sueis. Vixi ego, | et ante aliae vixere puellae. | Iam satis est. Lector discedens | dicat: Crocine, sit tibi terra | levis[1]. Valete superi.

Gadibus (II 1821 semel, accurate ut videtur, descripta saec. XVII). Versuum centones, cf. Buecheler carm. epigr. 1566. — 1) *Sic etiam supra N. 7583. 7984. 7995, infra N. 8133 seq. et alibi passim;* s. t. t. l. *potissimum in titulis Hispaniae, cf. supra N. 1555. 1659. 4960. 6902. 7595. 7596. 7749. 7766. 7802, sed et alibi, cf. supra N. 2430. 2654;* levis sit tibi terra *N. 2317,* terra tibi levis sit *N. 7286* (t. t. l. s. *1599).*

8131 L. Antonius C. f. Gal. | Antullus sacerdos, | homo optumus, h. s. e., s. t. t. l.[1] | Te rogo praeteriens[2] cum | legis ut dicas[3]: sit tibi t. l.

Gadibus (II 1728 vidit Huebner). — 1) *Cf. N. 8130.* — 2) *In alio lapide Baetico II 1752 est:* t. r. p. dicas s. t. t. levis. — 3) *Similiter X 2712 et alibi.*

8132 have Septima, sit tibi | terra levis.

Quisqu|e[1] huic tumulo pos|suit[2] ardente lucer|nam[3],
illius ciner|es aurea terra tegat.

Salerni (X 633 vidit Mommsen; Ritschl tab. XCVI e). Buecheler carm. epigr. 1308. — 1) *Ultima littera abrasa (requiritur* quisquis). — 2) *Altera* s *videtur nescio quo errore postmodum intrusa (cf. Ritschl tab.).* — 3) *Cf. Marquardt Privatl. d. Römer ed. 2 p. 368 not. 1; infra N. 8366. 8368.*

8133 bene sit nobis, Iulia | Glyconis cum filio | suo. Sit tibi terra levis.

Romae (VI 20487 aliquoties descripta saec. XVI).

8134 bene sit tibi[1] qui | iacis intus
et tu | qui trasis et leges | hunc titulum |
opta tibi terra | leve.[2]

Ostiae rep. (XIV 1873 vidit de Rossi). — 1) *Similiter supra N. 7552. 8133 et alibi.* — 2) *Buecheler carm. epigr. 128 versus duos senarios putat improbe pronuntiatos.*

8135 dis mánibus | M. Acutius | Salutaris | fecit sibi et Turulliae | coniugi suae. | Bene valeas religiose qui | hoc legis![1] | bene sit filis filiabus meis | qui me bene coluerunt.

Romae (VI 10558 cf. p. 3506 saepius descripta saec. XV. XVI). — 1) *Cf. III 8177. 8294:* bene valeas qui me salutas; *similia passim.*

8135[a] Octavia Ap|ro[1], vixsit | anis XXII. | Tu quicumque le[*g*]is, | sit tibi suavite[*r*.]

Florentiae, Romae ut videtur rep. (VI 35979 vidit Bormann). — 1) Ἀφρώ.

8136 d. m. | Aur. Gratus | vixit annis | LXXX, Aur. Gratus | filius patri | b. posuit. | Bonas vi|as viator.

Bukaresti in museo (III 1626 p. 1424 vidit Domaszewski).

8137 d. m. | M. Aureli Donati | iunioris qui vixit | annis II mensibus II | diebus XVI, | M. Aurelius Donatus et | Iunia Felicitas | parntes *(sic)* filio suo | karissimo fecerunt. | Tu qui perleges vivas, | valeas, ames, ameris | usque at die tun *(sic)*. B. b.[1]

Romae (VI 13075 vidit Henzen). — 1) *Bonis bene (perscriptum in titulis sepulcralibus VI 14401. VIII 7741;* b. b. *etiam supra N. 4452. 4493. 8026, alibi, potissimum in Africa, cf. C. I. L. VIII p. 1104; adde VI 27964 = Orell. 2814; X 2416).*

8138 d. m. | Cassiae Festae | L. Arruntius Sta|chyus fec. coniu|gi karissimae b. m. | et Sex. Gellio Fes|to filio et Hygiae | vernae. Havete | amici et amicae | boni, Eutyche et Oecono|me et Princeps, ago | memoriae vestrae | gratias, b. b.[1]

Romae, nunc Urbini (VI 14537 vidit Bormann). — 1) *Cf. N. 8137.*

8139 Bonus eventus[1]. — Have, | C. Silici Romane Tha[*g*]orensis[2] et | [*E*]rucia[3] Victoria. Dii vobis bene faciant[4], | amici et parentes, | habeatis deos | propitios; salvi huc ad alogiam[5] | veniatis, hilares cum omnibus.

Romae (VI 26554 vidit Henzen). — 1) *Sic etiam in alio titulo sepulcrali, supra N. 1967.* — 2) *E Thagora Numidiae.* — 3) *7 (fortasse signum interpunctionis)* Frucia *excepit Henzen.* — 4) *Similiter supra N. 6156.* — 5) *Idem vocabulum VIII S. 20334. Significatur cena funeraticia; cf. C. Gloss. Lat. V p. 165, 27: alogia convivium Graece (cf. ib. VI p. 54); Augustinus ep. 56* [*86*], *9. 11. 19.*

8140 *(ascia)* | have Modii, | have Gemina. | Diis manib. | et memoriae | Septiciae Geminae | feminae sanctiss. | uniusq. marita[*e*], | L. Modius Annianus | coniugi karissimae | suiq. amantissim., | quae vixit cum eo | in matrimonio | annis XXX, | et sibi vivus fecit. | Amice, lude, ioca|re, veni[1].

Lugduni (XIII 2216 vidit Hirschfeld). — 1) *Pentametri clausula (Borm.).*

8141 d. *(ascia)* m. | et memoriae aeternae | M. Aureli Faustini[1] infantis dulcis|simi et incomparabili *(sic)*, qui | vixit annis VIIII m. II d. XIII, | qui sibi ante mortem ro|gavit quam parentibus | suis, C. Iul. Maximus filias|tro et Aurelia Faustina | mater unico filio deso|lat. p. c.[2] et sub ascia dedi|caverunt.[3] Multis annis | vivat, qui dixerit: Arpagi[4], | tibi terram levem.

Lugduni (XIII 2073 vidit Hirschfeld). — 1) Faustini *inter versus minoribus litteris adiectum.* — 2) *Ponendum curaverunt.* — 3) *De hac formula, Lugduni potissimum (cf. supra N. 2312. 2389. 2405. 2407. 2463. 7028 seq. 7279. 7539 seq. 8030. 8034. 8079), sed etiam alibi (supra N. 7000; III 1712; cf. supra N. 8100) reperiri solita cf. Hirschfeld C. I. L. XIII, 1 p. 256 not. 1—4.* — 4) *Cf. XIII 2065:* Arpagi dulcissime; *adulescentes praematura morte ereptos hoc vocabulo (potissimum) designari putat Allmer (rev. épigr. 2 p. 170).*

8142

(statua mulieris)		*(statua viri)*
d.	L. Pullidio Phoe|biano	m.
	Seppia Iusti|na con-	
Amanti[1] men|dax[2],	iugi incompa|rabili,	Amanti[1], χαῖρε!
vale!	cum quo | vixit annis	
	XLII, | b. m. f.	

Pietra de' Fusi agri Beneventani (IX 2105 vidit Dressel). — 1) *Signum Phoebiani.* — 2) *Decepit uxorem quod eam reliquit (talia saepius reperiuntur in titulis infantium).*

8143

vale | Euse|bi *(ascia)*	Caesoniae Donatae, quae vixit annis | XXXXVII m. . . d. XI horis IIII, Candidus Aug. | n. verna ex test. coniugi bene merenti | posuit. *(ascia)* Eusebi have et vale. | Loc. lib.[1] *(ascia)*	ave | Euse|bi *(ascia)*

St.-Ferjeux prope Vesontionem, sarcophagus rep. a. 1694, dudum periit (XIII 5586 accurate ut videtur descripta). — 1) *Loco libero (Momms.), qui confert III 2119:* introito libero.

8144 Dul. Mater[1]. | Sallustius Honoratus Clau|diae Extrikatae matri karissimae. | Quod tu mihi vel[2] quos myseros ex|orbatos reliquisti debuisti face|re. Haec cum scriberem, lacrimis | atramentum temperavi. Dulcis|sima mater filiis salutem. Quid statis et recitatis titulum monumenti | mei? XLV annis vobis vixi in | XLVI excidi, quando datum est.

Caesareae Mauretaniae (VIII 9513 p. 1984 Cagnat vidit ectypum). — 1) *Prima utriusque vocabuli littera maior videtur fuisse, ut significaretur* D. M. — 2) *Videtur intellegendum esse: feci ego quod tu mihi vel fratribus meis cet.*

8145 d. m. | Fulvius Charisius in hypogeo [*ollas?*] | instruxit n. XIII sibi et suis lib[*ertis*]. | Charisi, habe! Et tu qui leges, be[*ne valeas!*] | Ego omnibus meis bene feci et qu[*os contem*]|psi per errore, ignoscetis. De cet[*eris hoc*] | isciatis, amici: tres uxores h[*abui: eas*] | quidem dolui, set non sunt qua[*lis quam*] | modo quartaria sortem[1] ductam su[*perstitem relinquo*].

Romae, deinde Florentiae (VI 18659 vidit Henzen). — 1) *Scr.* sorte.

8146 *(sandalii figura)* d. m. *(sandalii figura)* | Sandalius | dicit: ambula, | sequaere me cum oeno|foru, cum calice et tapan|tione[1].

Romae (VI 25861 saepius descripta saec. XVI—XVII). — 1) *Sic Fabrettius et Marinius* (tapantiome *Knibbius). Vocabulum derivatum putat Furlanettius a* τὰ πάντα.

8147 Lagge fili, | bene quiescas, | mater tua rogat | te ut me[1] ad te | recipias[2]. Vale. | P. q. XV.

Narbone (XII 4938 ter quatterve descripta saec. XVI—XVIII). — 1) *Scr.* se *(sic in t. Narbonensi Octavii Silani nuper reperto Bull. Comité arch. 1901 p. CXXXII).*

— 2) *Paene eadem verba in alio t. Narbonensi (not. 1), item VIII 9691 = Buecheler carm. epigr. 151.*

8148 Labeo Thyrso: rogo te, expedi mi hospitium[1]; | nam quod hic ad superos mi dedisti, eiectus sum. | Thyrsus Labeoni: veni; omnia | parata sunt ad me.

Puteolis in tectorio sepulcri scariphatum (X 2641 vidit Bruzza). — 1) *Similes sententiae supra N. 1849; VI 13528 = Buecheler carm. epigr. 1559 v. 4; VI 29642 = Buecheler 1292:* pr(a)ecesti hospitium dulce parare tuis; *item N. 7555 fin.*

8149 A. Livius Strato sevir | Augustalis idem q̃q̃.[1] et Livia | Eutychia uxor fecerunt se vivi | et Liviis Zotico Stratoni Strato|nice et Eutychiano filis suis, et | libertis libertabusque posterisqu|e eorum, | cessum sibi ab A. Livio Agrippa et C. | Caetranio Primitivo et C. Caetranio | Vitalione. | Strato dicit: amici, hoc at *(sic)* securos[2].

Ostia Romam ablata (XIV 580 vidit Henzen). — 1) *Cf. supra N. 6156 cet.* — 2) *Hoc (= huc, cf. Ritschl opp. 4, 242; supra N. 8122, infra N. 8150) ad securos, sc. venietis. Cf. supra N. 7348:* v. v. v. aliquando securus sum *(Momms.).*

8150 v.[1] Ti. Latinius Ti. L. Dorio | ϴ[2] Agrasia T. l. Rufa | hoc[3] mansum veni IIII k. Sept. | P. Sulpicio C. Valgio Rufo | consulibus[4].

Romae, nunc Veronae (VI 21158 vidit Mommsen). — 1) *Vivus (cf. N. 8072 not. 1).* — 2) *Cf. supra N. 6963.* — 3) *Cf. N. 8149 not. 2.* — 4) *A. u. c. 742.*

8151 d. m. s. | memorie | Clodi Proc|essi. Multis | annis na|vigando | [*e*]t peregrinan|do hanc sede peti, | hanc quoque | [*d*]omum aeterna | mihi vius posi et | conigi *(sic)*, et hoc es|t quod videtis[1]. A|mici, valete. V. a. | LXXXV. O. t. b. q.

Sigus Numidiae (VIII 5749. 19146 vidit Schmidt). — 1) *Cf. supra N. 8105.*

8152 XL[1] mensa. | Haec est aeterna | domus et perpetua | felicitas et | de omnibus meis | hoc solum meum: | Aper fidelis | in pace vixit anis LXV, | dep. eius X kl. Sep. a. p. CCCXXI[2].

Beni Fuda Mauretaniae (VIII 10927. 20473 vidit Purgold). — 1) *Numerus fortasse postea additus.* — 2) *A. p. C. 360 (cf. supra N. 6876 not. 1).*

8153 *(larva, corona, larva)* Cn. Pompeius | Euphrosynus | et Iunia Gemella | uxor | ex bonis suis hoc | sibi sumps|erunt.

Neapoli (X 2861 vidit Mommsen).

8154 L. Runnius Pa[*p.?*] | Cn. f. Pollio |
[*Eo*][1] cupidius perpoto in monumento meo, |
quod dormiendum et permanendum | heic est mihi.

Narbone (XII 5102 semel ut videtur descripta saec. XVI). Buecheler carm. epigr. n. 188. — 1) *Supplevit Ritschl opp. 4 p. 242.*

8155 P. Clodius P. f. Ste. Pius, leg. XX[X][1]. |
Dum vixi, vixi quomodo | condecet ingenuom.
Qu|od comedi et ebibi[2], tantum meu est.

Beneventi (IX 2114 vidit Dressel). Buecheler carm. epigr. n. 187. — 1) *Cf. supra N. 2235. Lapis temporum Augusti.* — 2) *Cf. ad eam quae sequitur.*

8155[a] d. m. | T. Flavius | Martialis hic | situs est.
Quod edi | bibi, mecum habeo[1]; quod reliqui, | perdidi. |
V. a. LXXX. | In f. p. V, in a. p. . .

Romae, iam Sinigagliae (VI 18131 vidit Bormann). Buecheler carm. epigr. n. 244. — 1) *Similiter in lapide Moesico III 14524:* quot comidi, mecum aveo. *Cf. epitaphium quod credebatur Sardanapalli apud Strabonem 14 p. 672 aliosque, Latine ap. Ciceronem Tusc. 5, 35, 101.*

8156 d. m.[1] Cerelliae Fortunatae[2] coniugi carissimae, cum qua v.[3] ann. XL s. u. q.[4], | M. Antonius Encolpus[5] fecit sibi et Antonio Athenaeo | liberto suo karissimo et libertis libertabusque eorum | et posteris, — excepto M. Antonio Athenione, quem veto | in eo monimento aditum habere[6], neque iter ambitum | introitum ullum in eo habere, neque sepulturae causa | reliquias eius posterorumque eius inferri; quod si quis ad|versus hoc quis[7] fecerit, tunc is, qui fecerit, poenae nomine | pontificibus aut antescolaris virginum[8] HS $\overline{L}$ m. n. inferre de|bebit[9], ideo quia me pos multas iniurias parentem sibi amnegaverit — | et A. Lelio Apeliti clienti karissimo: quem boluerit do[*n*]ationis causa sarcofa|gum eligat sibi, opter[10] quod in tam mana clade non me reliquerit, cuius beneficia abeo. |

Μή μου παρέλθῃς τὸ ἐπίγραμμα, ὁδοιπόρε,
ἀλλὰ σταθεὶς ἄκουε καὶ μαθὼν ἄπι. |
Οὐκ ἔστι ἐν Ἅδου πλοῖον, οὐ πορθμεὺς Χάρων,
οὐκ Αἴακος κλειδοῦχος, οὐχὶ | Κέρβε[ρ]ος κύων.
Ἡμεῖς δὲ πάντες οἱ κάτω τεθνηκότες
ὀστέα τέφρα [γ]εγόνα|μεν, ἄλλο δὲ οὐδὲ ἕν.
Εἴρηκά σοι ὀρθῶς, ὕπαγε ὁδοιπόρε,
μὴ καὶ τεθνακὼς ἀδέλεσ|χός σοι φανῶ.
Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους στήλῃ (sic) χαρίσῃ, λίθος ἐστίν,
μηδὲ τὸ πῦρ | φλέξεις· ἰς κενὸν ἡ δαπάνη.
Ζῶντί μοι, εἴ τι ἔχεις, μετάδος, τέφραν δὲ μεθύσκων |
πηλὸν ποιήσεις, καὶ οὐκ ὁ θανὼν πίεται.
Τοῦτο ἔσομαι γὰρ ἐγώ, σὺ δὲ | τούτοις γῆν ἐπιχώσας
εἰπέ· ὅτε οὐκ ἤν[11], τοῦτο πάλιν γέγονα.

H. m. d. m. a. |

A. Laelius Apelles, in hoc monumento aditum ambitum iubeo habere. Iusso Antoni Encolpi | Olo Lelio Apelleti uno sarchofago· itum ambitum habere devevet, amico optimo.

Romae extra portam Aureliam, in villa Pamphilia (VI 14672 vidit Henzen. Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1746; cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 309). — 1) m. *inter-*

positum in medium v. 1. — 2) *Hanc esse Fortunatam uxorem Trimalchionis Petroniani, Encolpum autem eius maritum esse ipsum Trimalchionem sibi persuasit Niebuhr aet. acad. Berol. 1822/3 p. 254.* — 3) *Vixi.* — 4) *Sine ulla querella.* — 5) *Idem VI 11985.* — 6) *Cf. infra N. 8283 seq.* — 7) *Scr.* quid. — 8) *Antescholarii virginum Vestalium praeterea ignoti (antescholarii vocabulum praeterea Petron. 81).* — 9) *Cf. ad N. 8231.* — 10) *De hac praepositione Charis. 2, 15 p. 230, 18. 231, 22 ed. Keil; Placidus Corp. Gloss. Lat. V p. 35 cet. Buecheler mus. Rhen. 51, 1896 p. 472.* — 11) *Scr.* ὅτι οὐκ ὢν ἦν *(Meineke) vel* ὅτι ἦν, ὅτε οὐκ ἦν *(Momms.).*

8157 v. a. LII. | D. m. | Ti. Claudi Secundi, | hic secum habet omnia. |
Balnea vina Venus[1] | corrumpunt corpora | nostra.
Set vitam faciunt | b. v. V. |
Karo contubernal. | fec. Merope Caes. | et sibi et suis p. e.

Romae (VI 15258 cf. p. 3517 saepius descripta saec. XV. XVI; vidit etiam saec. XVII Gudius). Buecheler carm. epigr. n. 1499. — 1) *Idem hemistichium III 12274c. XIV 914 (= Buecheler n. 1318) v. 3.* — *Ad hunc titulum fictus V 390*.*

8158 d. *(ascia)* et *(ascia)* m. | memoriae aetern. | Blandiniae Martiolae puellae | innocentissimae quae vixit | ann. XVIII m. VIIII d. V, Pompeius | Catussa cives[1] Sequanus tec|tor[2] coniugi incomparabili | et sibi benignissime, quae me|cum vixit an. V m. VI d. XVIII | sine ula *(sic)* criminis sorde; vius | sibi et coniugi ponendum cu|ravit et sub ascia dedicavit[3]. | Tu qui legis, vade in Apolinis *(sic)* | lavari, quod ego cum coniu|ge feci; vellem si aduc *(sic)* possem.

Lugduni (XIII 1983 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. supra N. 4633 not. 1.* — 2) *Cf. N. 7667 seq.* — 3) *Cf. N. 8141 not. 3.*

8159 Seia T. f. Marcellina sibi et | Vibennio Marcellino filio | viva posuit. | Quod voluit, et potuit, quod potuit et voluit.

Caesenae (XI 568 vidit Bormann).

8160 dis manibus | Sexti Perpennae Firmi. | Vixi quemadmodum volui; | quare mortus sum, nescio.

Romae (VI 23942 reperitur in syllogis saec. XV, unde pendent posteriores: videtur genuina).

8161 lege[1] et crede! | hoc est, sic est, aliut fieri non licet[2].

Romae, nunc Catai, sarcophagus, in quo sculpti viri equos ducentes (VI 29952 vidit Mommsen; Dütschke antik. Bildwerke Oberital. V 466). Buecheler carm. epigr. n. 247. — 1) *Sic antiquiores nonnulli, pro vocabulo deperdito nunc videtur esse restitutum* rege (re[*spic*]e *Dütschk.*). — 2) *Cf. VI 19007:* hoc es[*t*]; sic est; aliu[*t*] fieri non potest; hoc ad nos *(subscriptum carmini Buecheler 562).*

8161a M. Ogulnius | M. l. Rufio | hic est et non | est.

Romae in monumento familiae Marcellae, cf. N. 7879 (VI 4632 vidit Henzen).

8161[b] Antipatra | dulcis tua, | hic so et non so.
Neapoli, nunc Florentiae (X 2070 vidit Mommsen).

8162 d. m. s. | Aureliae Vercel|lae coniugi dulcis|simae, quae vixit plus | minus annis XVII. Non | fui, fui, non sum, non desidero[1]. | Anthimus maritus eius.

Lambaesi (VIII 3463 p. 1746 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Cf. VI 9258 = Orell. 4811:* non fui et so, non ero, non mihi dolet. *Bull. du Comité des trav. hist. 1891 p. 236:* non fui et fu, non su, quid ad me. *Eadem Graece, Kaibel epigr. 1117 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1201: οὐκ ἤμην, γενόμην· ἤμην, οὐκ εἰμί· τοσαῦτα. ib. 1879: οὐκ ἤμην καὶ ἐγενόμην, οὐκ εἰμὶ καὶ οὐ λυποῦμαι. Ramsay cities of Phrygia I 2 p. 700 n. 635. Paullo aliter VI 13528 (= Buecheler carm. epigr. 1559) v. 15:* quod fueram, non sum, sed rursum ero quod modo non sum. *Tertull. apol. 48: qui non eras, factus es; cum iterum non eris, fies.*

8163 d. i. m.[1] | non fui, fui, me|mini, non sum, | non curo. Do|nnia Italia an|norum XX hic | quiesco. C. Muna|tius et Donnia | Calliste l. piissimae.

Lactorae in Aquitania (XIII 530 vidit Hirschfeld). — 1) *Dis inferis manibus.*

8164 . . . . . | uxori, | M. Allio M. f. Festo | filio, | Hostiliae C. l. Severae. | N. F. F. N. S. N. C.[1]

Patavii (V 2893 vidit Mommsen). — 1) *Non fui, fui, non sum, non curo (sic primus Cavedonius). Similiter V 1813:* n. f., n. s., n. c.

8165 d. m. | Primitiva ha|ve. Et tu quis|quis es, vale[1]. Non | fueram, non sum, | nescio, non ad me | pertin.[2] | Alexand. actor coniugi kar.

Latisanae inter Aquileiam et Concordiam, postea ut videtur Meldulae in Flaminia (V 1939. XI 6545 videtur vidisse Smetius). — 1) *Cf. N. 8125.* — 2) *Versum subesse putat L. Havet revue de philologie 1896 p. 101.*

8166 dis | manibus | sacrum | C. Tulli Epaphrae | et | Tulliae Sympherusae | optumae coniugi. | *(In latere):*

Olim non fuimus, | nati sumus, unde | quieti
nunc sumus | ut fuimus, | cura relicta vale. |

Et tu!

Prope Cantalupo in Sabinis rep., est Pisauri (IX 4840 vidit Bormann). Buecheler carm. epigr. n. 1496.

8167 d. m. | M. Iul. Alexander | veteranus leg. III | Aug. ex optione, vix. | annis XLXV *(sic)*, et di|xit:

Non fueras, | nunc es, iterum | nunc desines es|se.
Hic situs est patri|ae.

Q. Ventidius Afri|cus veter. socro di|gnissimo fecit.

Lambaesi (VIII 2885 vidit Wilmanns). Buecheler carm. epigr. 800.

8168 cara meis[1] vixi, virgo vitam reddidi, |
mortua heic ego sum et sum cinis, is cinis terrast, |

sein est terra dea, ego sum dea, mortua non sum[2]. |
Rogo te, hospes, noli ossa mea violare. |
Mus, vixit annos XIII.

Romae (VI 35887 descr. Gatti Bull. com. 1887 p. 150). Buecheler carm. epigr. n. 1532. — 1) mieis *primum scriptum erat.* — 2) *Similiter VI 29609 = Buecheler carm. epigr. n. 974:* mortua hic sita sum, cinis sum, cinis terra est, terra dea est, ergo ego mortuua *(sic)* non sum.

8169 P. Aelio Sabino, q. vixit annos XXIIII dies XLV, | Antonia Thisipho mater filio pientissimo. | *Θάρσει*, | *Εὐγένει*[1]· | *οὐδεὶς* | *ἀθάνατος*.

Dertonae, sarcophagus in quo sculpta est fabula Phaetontis (V 7380 vidit Mommsen). — 1) *Eugenius signum fuit Aelii Sabini; cf. Wilhelm Bormannheft der Wiener Stud. p. 368.*

8170 d. m. | C. Licinio | Midoni | b. m. | Grania Epi|ctesis | fecit con|iugi dulci. | *Εὐ|ψύχι, Μίδων*· | *οὐδεὶς ἀ|θάνατος*[1]· | *καὶ ὁ Ἡ|ρακλῆς* | *ἀπέθα|νε*.

Romae (VI 21278 vidit Henzen). — 1) *Similia passim in inscriptionibus Graecis Italiae, cf. Inscr. Graec. Sicil. Ital. p. 762; Latinis litteris in titulo Ostiensi XIV 603:* eupsychi, Nicarete! udis athanatos *(Latine* eupsychi *VI 17212).*

8171 d. m. | Iulia Politice, | doe se | Osiris | to psycron | hydor.[1]

Romae, nunc Urbini (VI 20616 vidit Bormann). — 1) *Similiter Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1488: εὐψύχει, κυρία, καὶ δοί(η) σοι ὁ Ὄσιρις τὸ ψυχρὸν ὕδωρ; eadem ibid. 1782; 1842: ψυχρὸν ὕδωρ δοίη σοι ἄναξ κτλ. Cf. ibid. 2098: εὐψύχι μετα τοῦ Ὀσείριδος. Adde Revue archéol. 1887 I p. 199 n. 2, p. 201 n. 5.*

8172 rogo | ni | noceas.

Romae extra portam Latinam rep. (VI 6825 vidit Henzen).

8173 né tangito | ó mortalis, | reverére | manes deos.

Romae (VI 5075 vidit Mommsen; aliud exemplum VI 29948). Cf. Buecheler 16.

8174 Pontia Prima | heic est sita. | Nolei violare.

Romae (I 1081. VI 24752 servavit Ficoronius).

8175 Staberiae P. l. Florae ossa | heic sita sunt. | Rogo | te, mi | viator, | noli mi | nocere — rogo | te, mi | viator, | noli | mi | nocere[1].

Capuae (X 4352 vidit Mommsen). — 1) *In alio titulo Campano X 4055:* rogo te viator ni nocias meo.. (meos bono Genio *nonnulli, male).*

8176 ossa hic sita | sunt Auctaes | Apustiae Rufae qu|ae fuit; rogo per supe|ros, qui estis, ossa mea tueatis.

Romae, iam Veronae (VI 12802 vidit Mommsen).

8177 per deos superos | inferosque te rogo, ne | ossuaria velis violare. | M. Calpurnius M. l. Sulla. | Calpurnia M. l. Fausta, liberta.

In agro Tusculano rep. est Romae (XIV 2535 vidit Henzen).

8178 A. Terentius Terentiae | Domiti l. Heracleo. | Quisquis es, homo, et vos sodales meos cunctos | rogo per deos superos inferosque, ni | velitis ossa mea violare.

Romae (VI 5886 vidit Henzen).

8179 dis manibus | C. Larinatis Attici. | Quod si quis ossa | eius preiecerit aut | hanc aram apstulerit, | habebit sacra Isidis | illius[1] quieta irata *(in latere dextro urceus, ex quo anguis exit; in lat. sin. sistrum et patera).*

Romae (VI 21129 vidit Henzen). — 1) *Sc. defuncti (cui videtur tribui Isis sua). Ad hunc titulum fictus X 187*.*

8180 dis manibus | C. Pontuleni | Coeni Pontulena Prepusa | mater et Delphicus pater | filio fecerunt, vixit annis V | menses XI et dies XXVIIII. | H. aram s. q. l., h. i. i.[1]

Florentiae, Roma ut videtur adlata (VI 24760 ad exemplum Gorii). — 1) *Hanc aram si quis laeserit, habeat Isidem iratam (sic iam Gorius).*

8181 C. Cassius C. f. Imi[*lcar?*] | def.[1] publ. suis sumptibus. | Qui me commusserit[2], | habebit deos iratos et | vivus ardebit, v. a. CXIIII.
(Alios titulos in eodem lapide perscriptos omisi.)

Mactari (VIII S. 11825 vidit Cagnat). — 1) *Defensor.* — 2) *Intellege: commoverit; cf. VI 7652:* [*si quis*] ossua mea amoverit. *Infra N. 8186.*

8182 quisque huic | tutulo *(sic)* manus | intulerit, sale et | aqua desideret[1].

Romae (VI 29945 vidit de Rossi). — 1) *Cf. Buecheler carm. epigr. n. 1799.*

8183 have, dulcis! | Popilia Alexandria rarissima | femina, a. XXXV, hic sita est. | M. Ulpius Ingenuus b. m. et sibi. | Dulcis, vale!

Quid lacrimas? factum est, | vir bone, vive, vale![1]

Sed tibi, invide, opto, qui | ossucula mea hic sita esse | gemis, morte tardata vivas | aeger inops.[2]

Romae, nunc Florentiae (VI 24800 vidit Henzen). — 1) *Buecheler carm. epigr. n. 1299.* — 2) *Hic quoque versus subesse putat Bue.*

8184 dis man. | C. Tullius Hesper | aram fecit sibi ubi | ossa sua coiciantur. | Qua *(sic)* si quis violave|rit aut inde exeme|rit, opto ei, ut cum | dolore corporis | longo tempore vivat | et cum mortuus fue|rit, inferi eum non | recipiant.

Romae rep. ad viam Ostiensem (VI 36467 = Notizie degli scavi 1899 p. 271).

8185[a] quisquis | hoc sustulerit | aut laeserit, | ultimus suo|rum moriatur.

8185[b] quisquis | hoc sustuler. | aut iusserit, | ultimus suo|rum moriatur.

Romae (VI 29946[bc] hanc vidit Henzen, illam dicitur vidisse Holstenius).

8186 dis manibu[*s*] | Felicis, v. m. VIII, | Volussiae Cheone Corneliae[1] | posuit filio suo carissimo. | Si quis huhic ammuerit[2], iendem[3] | dolorem experiscatur quem ego | experta sum.

Romae ad viam Appiam rep. ibi ubi N. 7405 seq. (VI 7308 vidit Henzen). — 1) *Intellegendum: Cheone Volusiae Corneliae. Eadem Volusia Cornelia VI 7296. Filia, ut videtur, L. Volusii Saturnini consulis a. p. Chr. 3 et Corneliae (Plin. h. n. 7, 62).* — 2) *Scr.* hunc amoverit. — 3) *Eundem.*

8187 d. m. | Fulvius Epagathus | annor. XXV, Claudia | Monime filio piissimo | memoriam scripsit. | Quicumque eum titu|lum vellet removere, | eum dolorem habeat[1].

Romae (VI 7556 vidit de Rossi). — 1) *Intellege: quem ego habui. Titulo Graeco L. Aelii Melitini adscriptum: μὴ ἐνοχλήσῃς τῷ τάφῳ, μὴ τοιαῦτα πάθῃς περὶ τέκνων;* ne sis molestus, ne patiarus hoc, et ollas inclusas cave *(VI 10736 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1337).*

8187[a] tu ne vellis *(sic)* aliena membra | inquitare *(sic)* iacentis, dolies *(sic)* | conparabit sibi. Quod si no|cueris, noceberis ab alio.

Romae (VI 29947 vidit Henzen; cf. Huebner ex. script. 524).

8188 quiqumque hinc clavos exemerit *(sic)*, | in oculos sibi figat.

Romae in vinea Aquariorum extra portam Latinam, 'tabella picta graphioque scripta' (VI 7191 vidit Dressel).

8189 hic cineres sunt | C. Iuli Hermaisci. | Quisquis hoc | sustulerit, faciat exitu | malum.

Romae (VI 20051 vidit Detlefsen).

8190 dis manibus Meviae Sophes | C. Maenius Cimber coniugi sanctissimae | et conservatrici, desiderio spiritus mei, | quae vixit mecum an. XIIX menses III dies XIII, | quod vixi cum ea sine querella, | nam nunc queror aput manes eius et flagito | Ditem, aut et me reddite coniugi meae, quae | mecum vixit tan *(sic)* concorde *(sic)* ad fatalem diem. | Mevia Sophe, impetra, si quae sunt Manes, ne | tam scelestum discidium experiscar diutius. | Hospes, ita post obitum sit tibe *(sic)* terra levis, ut tu | hic nihil laeseris, aut siquis laeserit, nec superis | comprobetur nec inferi recipiant, et sit ei terra gravis.

Romae (VI 7579 vidit Henzen).

8191 post titulo | quoquo vers.[1] p. III[2]. | Dis manibus | sacrum. | L. Valerio infanti[3], | raptus qui est subito, | quo fato non scitur. | Natus noctis h.[4] VI, | vixit diebus LXXI, | abit noctis ab[5] h. VI. | Quisquis eum laesit, | sic cum suis valeat. | In frontes[6] duo p. ter.[2], | et in latera duo p. ter.[2]

Romae (VI 28044 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. infra N. 8316. 8321 seq.* — 2) *Pedes ternos.* — 3) *Infantis vocabulum cognominis loco positum, quod nondum puero inditum erat.* — 4) *Hora.* — 5) ab *videtur errore repetitum.* — 6) *Cf. N. 8326 cet.*

8192 [*d.*] m.[1] memoria Valeriorum Sim|[*p*]lici[2] et Constanti sibi su|isquae posterisque eorum, | heredes fecerunt, habet in a|gro ped. XXX, in fronte ped. XV. | Homo respice casus[3] et ab | aliena memoria rece|de. Domus h. aeterna.

Romae (VI 28116 bis ut videtur descripta saec. XVI. XVII). — 1) d. m. *videtur fuisse a sinistra et a dextra primi versus (ideo* m *in apographis confusum cum* Sim|plici, *cf. not. 2).* — 2) Simm|ilici *vel* Simm|felici *traditur.* — 3) *Cf. supra N. 7519:* homo violare noli si te moriturum putas.

8193 [*Cl*]audia Aster | [*H*]ierosolymitana | [*ca*]ptiva, curam egit | [*Ti.*] Claudius Aug. libertus | . . culus. Rogo vos fac.[1] | . . per[2] legem[3], ne quis | [*mi*]hi titulum deiciat cu|[*ra*]m agatis. Vixit annis | XXV.

Neapoli (X 1971 vidit Mommsen). — 1) *Faciatis* (?). — 2) *Sic Garrucci cimitero degli antichi ebrei p. 25* (. . . per *vel* . . . ter *vel* . . . ler *in lapide;* [*prae*]ter *suppl. Momms.).* — 3) *Cf. N. 8250. 8252.*

8194 sommno *(sic)* aeternali | L. Balerius[1] se bibus conces|sit se vibo L. Caecilio Victori cori[*ario*], | sibi et Sulpiciae Crysidi qui *(sic)* et Bas[*sa*], | que vixit ans. XXVII m̄. III d. IIII, | sibi et suis libertis libertabus|que pos. eo. Tu qui leges et non ho|raberis[2], erit tibi deus testimonio.

Romae (VI 9280 vidit de Rossi; imago est Civiltà cattolica ser. 13 vol. 11, 1888 p. 228). — 1) *Deest cognomen.* — 2) *Oraveris.*

8195 d. m. | Aurelius Nice|ta Aureliae Aelia|neti filiae bene | merenti fecit. | Fossor vide ne | fodias![1] deus ma|gnu oclu[2] abet, vi|de, et tu filios abes[3].

Romae extra portam Portuensem rep. (VI 34635ᵃ vidit Gatti Roem. Mitth. 1887 p. 50; imago est Civiltà cattolica ser. 13 vol. 11, 1888 p. 218). — 1) *Cf. supra N. 5232:* terrenum sacratum long. p. X lat. p. X . . fodere noli ne sacrilegium committas. — 2) *Magnum oculum (cf. de Rossi bull. arch. crist. 1891 p. 130 not.).* — 3) *Inde explicatur VI 18281:* et [*t*]u fi. et filia. ha.

8195ᵃ Claudiae A|gele fecit | Ti. Claudius | Cratinus colli|bertae suae. | Fossor, parce! | hic iam cubat.

Romae ad viam Appiam rep. (VI 7543 vidit Henzen).

8195ᵇ diis man. | Palinuro | L. Aponi, v. a. LII, | posuit Tiphus | frat. carissi. | Otiose

parce, piae manes, | ita te tua vota sequantur.

In agro Romano rep., est Parmae (VI 23730 cf. p. 3550 vidit Bormann). Buecheler carm. epig. 837.

8196

memoriae	memoriae	memoriae,
Caerell. Capitolin.	Aureliae Euodiae	Caerell. Euodion[1]
Euodion[1] coniunx	Aug. lib., Euodion pater	se vivo sibi et suis
fecit.	fecit.	fecit.

Tu quicunque titulum nostrum releges, rogo per superos sic ut ad infernas partes recipiaris, ne velis tribus sepulchris molestari.

Romae (VI 13927. 36631 cf. p. 3514 semel descripta circa a. 1500). — 1) *Caerellius Euodion monumentum fecit sibi et Caerelliae Capitolinae coniugi et Aureliae Euodiae filiae manumissae ab Augusto.*

8197 quicumque violaverit | sive inmutaverit, | sentiat iratos | semper sibi.

Ostiae rep. (XIV 1872 descr. C. L. Visconti).

8198 d. m. s. | L. Vibi Felicis, hic | suptus positus est. | Moneo te, lectis lit|teris ne contemnas | et velis titulum mo|vere et corpori in|iuriam facere. Si | quis autem sibi ad|miserit, non bono | suo fecerit et superos | et inferos iratos | habeat; lecto me|ru profunde.

Romae (VI 36537 vidit Huelsen).

8199 Graniaes Primi|geniaes locus. | Qui hoc titulum sustu|lerit, habeat iratas | umbras qui hic positi | sunt.

Puteolis rep., deinde apud Mommsenum (X 2487 vidit Mommsen).

8200 d. m. | C. Voltilius Cypaerus et Flavia | Primilla fecerunt C. Voltilio | Atimeto f. suo dulcissimo et pientissi|mo bene merenti, vixit ann. XVII m. V | d. XX. Quisquis huic sepulchro nocere | conatus fuerit, manes eius eum exa|gitent.

Romae (VI 29471 vidit Bormann).

8201 d. m. | Claudiae Fortu|natae et Fortuna|to et Laeto filis eius | bene merentibus, | Abascantus conliber|tus fecit. Quisque ma|nes inquetaberit, habebit illas ira|tas.

Puteolis rep. (X 2289 exemplo Fiorellii).

8201a dis manibus | Thetidis, vix. | ann. IX, et Chari|dis sororis, vix. | ann. XV, fecit | pater ex viso | Ti. Claudius | Panoptes et | mater Charmosyne. | Tu, qui legis et | dubitas Manes | esse, sponsione | facta invoca | nos et intelleges. | Item Euno nutricio | earum collliberto suo.

Romae rep. ad viam Appiam (VI 27365 vidit Henzen).

8202 L.[1] Caecilius L.[1] | et Ɔ. l. Florus | vixit annos XVI | et mesibus VII. Qui | hic mixerit aut | cacarit, habeat | deos superos et | inferos iratos.

Romae (VI 13740 cf. p. 3513 bis ut videtur descripta saec. XVII). — 1) *Utroque loco primum fuisse* C., *id correctum in* L *significant apographa.*

8203 d. m. | C. Annidieni Marcelli | C. Annidienus Frequens evoc. | Aug. patri piissimo et incomparabili, | et sibi suisq., lib. libertabusq. posterisq. eor. | Ulpiae M. lib. Dmoidi dis manib., ne quis hic urina | faciat. Ex viso nutricis.

Romae (VI 3413 vidit Henzen).

8204 dis manibus | Iuliae Feliculae | coniugi bene | merenti, eiusdem | filio Neptunali, pater | fecit Euaristus public.[1] | Iulianus sibi et suis | poterisque *(sic)* eorum. |

Hospes, ad hunc tumulum | ne meias ossa precantur |
tecta hominis, set[2] si gratus | homo es, misce bibe da mi.

Romae (VI 2357 vidit Henzen). Buecheler carm. epigr. n. 838. — 1) *Publicus, sc. servus, cf. supra N. 4982 cet.* — 2) set *delendum (Burmann).*

8205 in fr. p. XXII in ag. XXVI. M. Camurius P. f. Rom. Soranus. Hoc monumentum heredem non sequetur. Se[*i*][1] hoc monumento ullius candidati nomen inscripsero, ne valeam.

Romae (VI 14313 semel ut videtur descripta ante saec. IX, quod exemplum refert vetus codex Einsidlensis). — 1) sed *traditur.*

8206 ita candidátus fiat honóratus tuus
et ita gratum édat | múnus tuus múnerarius
et tu[1] | felix, scriptor, si hic non scripseri[*s*].

Fori Popilii (XI 575 vidit Bormann). Buecheler carm. epigr. n. 195. — 1) *Insere* sis. — *Simile est carmen XI 4126 = Buecheler 194.*

8207 inscriptor, rogo te ut transeas hoc monumentum . . . .[1] quoius candidati nomen in hoc | monumento inscriptum fuerit, repulsam ferat neque honorem ullum unquam gerat.

Romae, in turri moenium urbis olim adhibitus lapis (VI 29942 aliquoties descripta saec. XVI exeunte). — 1) *Litteras* sto . . . . um *vel* sto . . . as . . um *hic legerunt nonnulli.*

8207^a^ ita valeas scriptor, hoc monimentum | praeteri.

Prope Aquileiam (V 1490 ter desxripta saec. XVIII). Buecheler carm. epigr. n. 196. — *Adde N. 3601. 4514^b^. 7602.*

8207^b^ stercus intra | cippos qui fecerit, | aut violarit, nei | luminibus fruatur.

Veronae (Pais C. I. L. supp. Ital. I n. 633 qui vidit).

8208 L. Sentius C. f.[1] pr. | de sen. sent. loca | terminanda coer.[2] | B. f.[2] Nei quis intra | terminos[3] propius | urbem ustrinam | fecisse velit nive | stercus cadaver | iniecise[4] velit. *(in altero ex terminis appictum)* stercus longe | aufer, | ne malum habeas.

Romae prope aggerem Servianum rep., termini duo, eodem fere loco quo N. 6082 (VI 31614. 31615 hunc solum vidit Huelsen). — 1) *Idem ut videtur memoratur in nummis cusis aetate Sullana (Momms. Roem. Münzw. p. 579 n. 207) (Momms.).* — 2) *Terminabant cippi hi eam partem campi Esquilini quo aetate liberae rei publicae licebat conicere et alia omnia et ipsa cadavera (Momms.). Cf. supra N. 6082.* — 3) *Bonum factum (sic praescribi solitum edictis, cf. Plaut. Poen. 16. 46. Tertull. de pudic. 1, cet.).* — 4) iniecisse *alter lapis (is quem vidit Huelsen).*

8209 L. Cocceius Adiutor fecit | sibi, idem denuntiat ne quis velit | commurere[1] neq. obruere cadaver, sin autem, | dabit rei p. Ostiensium HS $\overline{L}$ m. n., | delator quartas accipiet[2].

Ostiae (XIV 850 vidi). — 1) Sic (commur-) *etiam VI 20905 (Buecheler carm. n. 95). 26215,* comur- *N. 8210. — 2) Cf. infra N. 8217. 8239 cet.*

8210 Trebellia Ɔ. l. Tertia | sibi et | Siliae L. et Ɔ. l. Feliclae delicio | libertabusque suis, ita ne quis ubi | ego conquiesco comurat[1] aut cineres | suas ponat; quae adversus[2] fecerit, virginibus[3] | damnas esto d.[4] HS ↀ[5]. [*H.*] m. h. n. s.

Romae ut videtur rep., est Oxonii (VI 27593 vidit Huebner). — 1) Cf. N. 8209. — 2) Excidit qui *(Mo.). — 3) Sc. Vestalibus. Cf. N. 8231 not. — 4) Esto dare (vix: estod, ut acceperunt nonnulli, in his Jordan ind. lect. Regiom. 1882/3 p. 22). — 5) Sestertium decem milia.*

8211 d. m. | M. Cipius Hermes M. Cipio | Trepto *(sic)* filo *(sic)* pientissimo; | locum hui *(sic)* si qui manus | intulerit, virginebus *(sic)* Vestalibus[1] | solvet poena *(sic)* HS n. v.[2] | $\overline{XX}$.

Romae in vinea Codinia rep. (VI 5175 vidit de Rossi). — 1) Cf. N. 8231 not. — 2) Nummum.

8212 praecipio | libertis liber|tabusq. meis, | ne quis vestr. | in hunc monu|ment. corpus | aut ossa exterae *(sic)* | inferat. Si quis | contemserit, tunc | conlibertis dare | devebet poenae | nominae X milae *(sic)*.

Salonis (III S. 9450 vidit Hirschfeld). — 1) Cf. VI 18758: si quis autem in hoc sepulcrum | marmorato reliquias corporis intulerit, | poenibitu *(sic plerique auctores boni)* inter suos collibertos HS ∞ n., | et posterisque nostroru eam poenam.

Collegiis destinantur poenae sepulcri abalienati vel violati supra N. 1798. 7236. 7296, cet.

8213 d. m. | Q. Remmius | Ianuarius f. | sibi et Memmiae | Zele uxori kar., | cum qua vixi | a. XXXII. Te rogo, | fili karissime, | ne quis velit | amplius post | me in hoc tumu|lo aliut inferre. | Et vos, lib. lib.que, | iubeo praest.[1]

Romae (VI 25393 vidit de Rossi). — 1) Praestare (?).

8214 veto | reliquias! — | P. Veronius | Callistus | homo optim. | hic iacet.

Veronae (V 5830 vidit Mommsen).

8215 d. m. A. Larcius | Adiutor fecit | monumentum | sibi et suis libe|rtis libertabus|que posterisque | eorum. Hoc m.[1] | veto veniri, veto | donari.

Romae (VI 21096 vidit de Rossi). — 1) Monumentum.

8216 d. m. | Serviliae Pollae f., | quae vixit ann. XII d. XVII, | fecit | L. Servilius Agathyrsus | pater, et sibi et Popiliae | Beronice con-

iugi et suis, | lib. libertabusq. posteris q. | eorum. Huic munimento | intercedet lex ne donatio | fiat. Quod si quis admiserit, | inferet aerario p. R.[1] HS $\overline{XXX}$ n.

Romae (VI 26445 vidit Henzen). — 1) *Populi Romani. Multae aerario populi Romani inferendae passim in titulis urbanis, vide N. 8217 seq. (aerarium Saturni dicitur N. 8224, item N. 8225 not.;* si quis hunc monimentum vendere vel donare voluerit, inferet aerario publico SS L m. n. *VI 13312).*

Titulos huc pertinentes congessit F. Wamser de iure sepulcrali Romanorum (diss. Giess. 1887) p. 4 seq. Adde infra N. 8351. 8353.

8217 somno aeterno sacr. | C. Avidio Laconi, Avidiae Plautiae Nigrini fil., [*imp. Caes.*] | L. Aureli Veri Aug. amitae[1], lib.[2], Antistia Magna ux[*or et*] | C. Avidius Euphrosynus f. f.[3] Venditor tuq. e[*mptor*[4], *cavete!*] | Dabitis enim a. p. R.[5] HS $\overline{XX}$ n.; delator accipie[*t quartam*][6]. | Imp. L. Aurelio Vero Aug. III M. Ummidio Quadrato cos.[7], II[*I*] . . .[8] | Avidius Lacon emit locum ariae p. n.[9] XVIII de Ti. Cl. P . . . . | agro Autolyci Aug. lib. via Latina euntib. ab urb. par[*te laeva? sub?*] agro Peduceiano. In f. p. VI, in ag. p. II.

Romae, pars Parisios ablata, pars quae Romae mansit dicitur reperta Antii (X 6706 cf. p. 1018 priorem partem vidit Mommsen, posteriorem Henzen, coniunxit Huelsen). — 1) *Soror igitur fuit L. Aelii Caesaris, uterina nempe, genita C. Avidio Nigrino, de quo cf. supra N. 2417 not. 2; Prosopogr. imp. Rom. I p. 188 n. 1169; eius igitur privignus fuit L. Aelius Caesar, non gener, ut ait vit. Hadr. 23, 10 (sic fere Mommsen). Cf. stemma propositum Prosopogr. imp. Rom. I p. 328.* — 2) *Liberto.* — 3) *Filius fecerunt.* — 4) *Cf. N. 8226. 8229.* — 5) *Aerario populi Romani sestertium vicena milia nummum.* — 6) *Cf. N. 8209.* — 7) *A. p. 167.* — 8) *Excidit dies.* — 9) *Pedum numero.*

8218 d. m. | Statilia Euhodia viva fec. sibi et | Statilio Era[*s*]to coniugi optimo, | item Statiliae Eraste fil. eorum, | et Statilio Protocteto viro et lib. | eius, item lib. libertab. posterisque | eorum. Hoc monitum *(sic)*[1] sive sepulchrum, | quod est via Tiburtina clivo Bassilli | parte laeva, quod est conclusum in | fr. a maceria Caesae *(sic)*[2] Paulinae, si quis vole[*t m*]anus inicere sive vendere | sive abalienar[*e*], dabet poenae nomi|ne aerario populi Romani IS $\overline{XX}$ n.

Romae ad viam Tiburtinam rep. (VI 36364 descr. Gatti Notizie degli scavi 1890 p. 355). — 1) *Scr.* monimentum, 2) Caesiae.

8219 d. m. | Racilia Eutychia | fecit Cn. Racilio | Telesphoro patro|no et coniugi, cum | qua vixit annis XXI mensi|bus VII, et Cn. Racilio Fruc|tuoso filio, qui vixit annis $\overline{X}$ | mensibus VIII diebus $\overline{XXII}$ horis | $\overline{V}$, et sibi et Raciliae Fructuosae fi|liae naturali idemque sociae, | et libertis libertabusque posterisque | eorum; et si quis huic monimento post me | aliquam controversiam facere volu|erit aut de nomine auferre, inferet aera|rio p. R.[1] H.[2] $\overline{V}$ m. n.[3] In fronte p. $\overline{XIIS}$, in agro p. XII. H. m. d. m. a.

Romae, iam Florentiae (VI 7788 vidit Henzen). — 1) *Populi Romani.* — 2) *Scr.* HS. — 3) *Sestertium quinque milia numum.*

8220 dis manibus | M. Popilio M. f. Zosimiano | filio piissimo, vix. ann. X | mens. II dieb. XII h. VIII, | M. Popilius Euphemus | et Popilia Moschis | fecerunt et sibi et libertis | libertabusq. suis posterisq. eorum. | Quisquis hoc monumentum violaverit | aut titulum deasciaverit[1] aliove | quo nomine inscripserit, dabit | in aerarium p. R. HS XX m. n.

Romae (VI 24799 servavit Accursius). — 1) *Cf. N. 8223.*

8221/2 Sex. Nerianus | Romulus | fecit sibi et | Cordiae Helpidi | coniugi karissimae et | libertis libertabúsque | posterisque eorum utriusque sexus | ex origine nostra. Si quis | eum titul. adulteravrit *(sic)*, alienigenum corp. aut ossa aut cineres | in hoc monum. inferre volens, adhum.[1] non haber. et dare debeat a. p. R.[2] HS L m. n. | Huic mon. dol. mal. abesto.

Romae (VI 22915 vidit Nissen). — 1) *Scr.* aditum. — 2) *Cf. N. 8217 not. 5.*

8223 d. m. | Q. Iulius Hermes pater et Iulia Diodo|ris mater Q. Iulio Cyrioni filio b. m., | qui vixit annis XVII m. VII d. XVII, | sibi suisque posterisque eorum omni|um sine dolo malo. Quisquis hunc | titulum sive monumentu siive *(sic)* se|pulchrum est, deasciaverit at[1] vio|laverit vendiderit, HS CC milia n. | aerario populi Romani damnas est|to *(sic)* dare, heredi aute necque ven|ditori[2] hoc monumentu sive sepul|chrum non sequetur.

In Portu Romano (XIV 1153 vidit Bormann). — 1) *Scr.* aut. — 2) *Antea scriptum erat* ven|dito; *deinde lituris obscuratum est quid voluerit is qui primus titulum dictavit.*

8224 M. Aur. Asclepiodotus Augg. lib. | et Aelia H[*y*]gia mater se vivi | fecerunt sibi et suis libertis | libertabusque posterisque eorum. | Quisque hunc munimentum sive | vendederit sive donationis causa | dederit, inferent aerario Saturni | sestertios[1] quinquaginta milia nummum.

Romae (VI 13028 aliquoties ut videtur sed nescio quam accurate descripta saec. XV/XVI). — 1) *Fortasse in lapide fuit* HS.

8225 M. Aureli Marciani | et Baleriae Feli|cissimae coiugi et | libt. libertabusquae *(sic)* suis poste|risquae eorum, et Valeriae Marci|anae filiae, et Aurelio Marciano | marito eius, et filiorum eorum. H. | m.[1] si quis bendere boluerit bel | donare, inferet in aede Saturni | SS L m. n.

Romae, postea Velitris (VI 13150 ter descripta saec. XVII/XVIII). — 1) *Hoc monumentum.*

In titulo non bene descripto VI 35283 est: quo[*d*] si quis — — — davit erarium Saturni SS CCL; *in titulo mutilo VI 33243:* [*aer*]ario Saturni *et postea* [*d*]elatori d[*ebetur*].

8226 [*C. Marcius Her*]mes ex tribu | . . . . . [*seni*]orum[1], hoc moni|[*mentum et arca*]m comparavit virgine|[*ae suae Ma*]rciae Helpidi libertae | idem coniugi carissimae et sibi et | C. Marcio Victori, et libertis liberta|busque suis posterisque eorum, ne de | nomine meo exiat. Quod si quis id mo|nimentum partenve eius vendere quis vo|let vel donationis causa cui mancipare | voluerit aliove quo nomine eius monimenti | partem alienare temptaverit, dare damnas esto | aerario populi Romani SS $\overline{XV}$ m. n., et collegio | pontificum ss. $\overline{XV}$ m̄. n̄.[2], et emptor et venditor[3]. | Comparatu autem est de SS $\overline{VIIII}$ m. n. | H. m. d. m. a. H. m. ext. h. n. s.[4]

Romae (VI 10219 descripserunt Smetius aliique). — 1) *Sic*, vel [*iuni*]orum; *cf. supra N. 6061 cet.* — 2) *Similiter fisco et collegio pontificum multa destinatur VI 8518.* — 3) *Cf. N. 8229.* — 4) *Huic monumento dolus malus abesto. Hoc monumentum exterum heredem non sequetur.*

8227 d. m. | P. Aelio Aug.[1] lib. | Erasino dulcissimo | et pientissimo, | Aemilia Helene coiunx | et PP. Aelii Aug. lib. | Musicus et Helenus fili | fecerunt et sibi et suis libertis liber|tabusque posterisque eorum, | ita ne liceat hunc munimentum vendere | vel donare; quod si factum fuerit, | utrisque[2] ark. pontificum | HS $\overline{XXX}$ m̄. n̄. poenae nomine | inferet. H. m. d. m. a.

Romae, iam Oxonii (VI 10682 vidit Huebner). — 1) *Augusti, sc. Hadriani. Antiquior igitur titulus quam is quem Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 70 not. 3 antiquissimum documentum putavit multarum arcae pontificum destinatarum.* — 2) *Scr.* uterque *(sc. et venditor et emptor, cf. N. 8226. 8229). De utrisque arcis pontificum cogitavit Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 70 not. 8.*

8228 d. m. | T. Aelius Aug. lib. Saturninus | et Aelia Glyconis infelicissimi | parentes hunc munimentum comparavi|mus nobis et T. Aelio Saturnino filio | nostro dulcissimo, qui vixit annis VI | mensibus VIII dib. XVI horis VI, et libertis | libertabusque posterisque aeorum. | Post obitum nostrum quisque hunc | munimentum dolo malo donationis | causa tradedisse voluerit, | compellabitur a[1] pomtitices *(sic)* | poenae nomine SS $\overline{XXX}$ n.

Romae (VI 10791 vidit Henzen). — 1) *Scr.* ad *vel* apud. *Cf. N. 7947.*

8229 d. m. | Aur. Maximianus Aur. Olympiadi | fil. dulcissimae, quae vix. an. XXII m. X | d. XXVI, et Publiciae Carpodorae eius, et | lib. libertabusq. suis posterisq. eorum f. | Si quis hoc sepulchrum vel monimentum | cum aedificio universo post obitum | meum vendere vel donare voluerit | vel corpus alienum invehere vellit, | dabit poenae nomine ark. pontif. HS $\overline{C}$ n̄., | et ei cui donatum vel venditum fuerit, | eadem poena tenebitur.

Romae (VI 13152 descripserunt Smetius aliique).

8230 Cl. Amazonious *(sic)* v. e.[1], maritus | Marciae Aurel. Alexandriae

c. m. f.[2] | hunc titulum secundum mandatum | eiusdem Alexandriae, quae cum adviveret | testamento suo praececepit *(sic)* hunc praetoriolum | cum hortulo et heroo libertis libertabus|que posterisque eorum cedi, et iussit ne quando de | familia alienetur. Si quando ali[*q*]uis | voluerit donare vel vendere, arca|e pontificum poenae nomine inferet | duodecies centena milia nummum.

Mantuae, sed fortasse ex urbe Roma eo adlata (V 4057 cf. p. 1213 vidit Mommsen). — 1) *Vir egregius*, 2) *clarissimae memoriae feminae.*

8231 somno aeterno sacru | Aelia Arsinoe et Aelius Hilarus et Ae|lius Timotheus iunior et P. Antonius | Arsinous et P. Antonius Marinus se | vibi fecerunt sibi et suis libertis liber|tabusque eorum, ne de nomine exiat. Locus | concessus T. Aelio Timotheo patri soleum[1] I, | i[*t*]em P. Antonio Zmara[*g*]do nutritori soleum I, | et Aelio Po[*l*]ycronio soleum I, item quitquit | huic monimento sive sepulcro atplicitum | instructum aedificatum est, et si qua maceria | secundum se ibi applicita est, ea omnia | huic monimento sive aedificio cedant. Quod | si quis hunc monimentum vel aedificium donationis | causam *(sic)* vel alio que *(sic)* nomine temptaverit facere, dare damnas esto aerario po|puli Romani SS L m. n., item v. V.[2] SS L m. n.

Romae, iam Neapoli (VI 10848 vidit Mommsen; cf. Huebner ex script. ep. n. 1060). — 1) *Cf. VI 14643:* in cont. ex donatione unum soleum possidet. — 2) *Virginibus Vestalibus.*

Electio inter aerarium populi Romani et virgines permitti videtur VI 13618 iisdemque verbis 13822: hoc monimentum sive locum si quis vendere vel donare voluerit, inferet virginib. Vestalibus, HS $\overline{XX}$ n. aut aerario populi Romani; *electio inter pontifices et virgines VI 17965a:* .. dabit pontificibus sive virginib. V. HS $\overline{XX}$ m. n. *(cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 70 not. 8); cf. ad eam quae sequitur. Pontifices et virgines memorantur VI 26942; pontifices et antescholarii virginum supra N. 8156; solae virgines N. 8210. 8211.*

8232 d. m. | Aureliae Syntyhe *(sic)* | fil. dulcissime, q. v. a. XXXII, | fecit Aurelia [*G*]ratia Aug. lib. | sibi et suis lib. pos. eorum. | Heres heredesve potestatem | vendendi non habebit, nec in | hoc monument. exter inferri li|ce[*b*]it. Quisq. autem vel vendere vel do|nationis causa in alieno nomine trans|ferre voluer., infer. fisco $\overline{CCCL}$ m. n.

Romae rep., nunc in insula maiore Balearium (VI 13387 vidit Huebner praeter paucas litteras quae iam perierunt).

8233 d. m. | M. Aurel. Alexander primipil. et v. e.[1] | vivus sibi et uxori suae Aureliae | Antiochianae hunc cepotaphium | separavit de domu et fecit omnibus | suis posterisque suis libertis | libertabusque posterisque eorum | et praecepit heredibus, ne quis | extraneum vellit p[*o*]nere vel | venumdare vel fid[*u*]ciare[2] vel | donum dare vel ullo [*m*]odo ali|enare; nam post haec p[*r*]aecepta | si qui ainventus *(sic)* fuerit hoc | fecisse, inferat sacro fisco[3] | sestertia centum milia nummum.

Romae (VI 3554 vidit Henzen). — 1) *Vir egregius.* — 2) *Cf. X 2244:* si quis boluerit bel bendere bel donare bel ſeduciare. — 3) *Cf. VI 10876 = Orell. 4509:* si quis eorum vendere aut donare voluisset, [*t*]unc fisco domi[*norum nostrorum*] .....

8234 [*h*]ic sum posita Aurel[*iana, vixi*] ann. XXVIII me. II d. XXVII. Nata in urbe sac[*ra,* | *pe*]regrinata Italiam et [*provincias*], debitum reddidi Nicomedia et hic transl[*ata* | *ab*] dulcissimo mihi coiu[*ge Euarist*]o Aug. lib. Ut vos, viatores, legendo, sciantis *(sic)*, q[*ua* | *pi*]etate ac castitate cum eo [*vivens tal*]i merito hoc meruerim, in hoc sarcophag[*o* | *cum*] ammissus fuerit Euarist[*us dulcissi*]mus coiunx meus, nemini licere neque aperir[*e neq.* | *tr*]ansferre neque de con . . . . . [*m*]unimenti aliquit de marmoribus minus fa[*cere;* | *c*]ontra quae siquit [*quis fecerit*], dabit fisco Ӿ $\overline{X}$, rei p. Firmanorum [Ӿ $\overline{V}$ | *et rei p. R*]icinensium Ӿ $\overline{V}$.

Auximi in Piceno (IX 5860 fragmenta duo, fortasse semel tantum sed accurate descripta saec. XVI, coniunxit Ph. Eug. Mecchi).

8235 Aelia Decorata in me|moriam Isionis b. m. mariti una | cum Sextilia Laurina nuru sua cubi|culum superiorem ad confrequen|tandam memoriam quiescentium sibi | suisque et posteris eorum extruxerunt. | Tabernula autem cum suis superioribus | nullo modo ab hoc loco sacro et religio|so ob tutelam obitorum separari poterit. Quod | si adversus ea aliqui inrumpere temptaverint, | inferent singuli rei p. Puteolanorum HS $\overline{LL}$ *(sic)* m. n., | sic ut et foris in titulo scrptum *(sic)* continetur | in nomine Eucherior. nepotor. *(sic)*, reditum autem | terrulae et aedificii in refectionibus cubi|culorum sacrorum et aedificii s. s. super|stites erogare curabunt.

Puteolis, iam Neapoli (X 2015 vidit Mommsen).

8236 C. Iulio C. f. Puteolano adlecto in | ordine decurion., qui vixit ann. | XVII mensib. VI dieb. XXVII. | C. Iulius Maximus pater sedem aeternam | karissimi fili dis manibus consecravit. | Hoc sepulcrum si quis vendiderit vel | abalienaverit, dare debebit reipublic. | Puteolanorum poenae nomine IS $\overline{XX}$ mil. n.

Puteolis, iam Neapoli (X 1804 vidit Mommsen).

8237 in quem[1] induxi sarcofagum; | in quem dum receptus *(sic)* fuerit corpus meum, numquam ullo liceat acced|ere neque aperire et vexare ossa mea, | neque filius neque nepotes neque de ad|finitate ullus; si quis autem ausus fuerit | infringere vel aperire, inferet poene nomi|ne reipub. C.[2] folles mille. Sane Nevia | Prisca si permanserit usque in diem fi|nitionis sues, recipietur ibi iuxta maritum suu[*m*].

Compsae (IX 984 vidit Brunn). — 1) *Intellege: in quod (monumentum), vel simile quid. Apparet quaedam praecessisse, fortasse in alio lapide* (in quem *olim lectum inde a saec. XV,* i . . em *agnovit Brunn).* — 2) *Compsinorum.* — 3) *Adde*

titulos Concordienses V 8697: in[*feret*] rei publicae pecun[*iae*] folles mille, *et V 1880:* dabit in re publica denariorum folex sexcentos. *Infra N. 8253.*

8238 M. Lollius Arphocras | v. f. s.[1] et Paelinae uxori v.[2] | et lib. libertab. post. q. eorum. | M. s. s. e. h. n. s.[3], | neque ulli liquebit locationis | causa in annis centum[4] quan|doq. transvendere; quod | si qui adversus it fecerint, | eorum bona pertinere | debebunt ad rem publicam | Brundisinorum.

Brundisii (IX 136 bis vel ter descripta saec. XVI—XVIII, particulam vidit Mommsen). — 1) *Vivus fecit sibi.* — 2) *Vivae.* — 3) *Monumentum sive sepulcrum est, heredem non sequetur.* — 4) *Prohibetur ne veneat monumentum specie locationis in annos centum (de qua cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 459).*

8239 M. Vocusius | M. l. Crescens | viv. fec. sib. et | Vocus. Veneriae | coniug. optim. | et Petronio | Vocusiano fil., | mil. coh. III praet. | ann. XVIII m. III dier. XIIX. | Si q. hanc ar. vender. | aut emere aut exacis|claver.[1], tunc poen. nom. | dabit reip. Aquil. HS $\overline{XX}$ n., | delator quart. accip.[2]

Aquileiae fortasse rep., deinde Venetiis (V 952 vidit Mommsen). — 1) *Debuit esse* exacisclare volet; *cf. V 979:* si quis hanc arcam sive hoc moniment. vendere aut emere aut exacisclare volet *cet.* — 2) *Quartam accipiet. Cf. N. 8209.*

8240 .... [*domum*] aeternam | ...... vinus v. f.[1] sibi et | ..... to IIIIIviro, amico | [*et*] ..... mo, Calaviae Q. l. Cervolae | ...... o Turraniae Calavianae filis eius | [*et suis et li*]b. lib. q. post. q. eorum, q. n. s. s. s.[2] | [*Huic monumento cor*]pus ossave aliena inferre nulli liceto. Si quis commiserit, | ..... [*ei*]us rei persecutio cuilibet de populo datur.[3] *(In angulis superioribus)* [*hoc*] mon. — [*in fr. p. . .*], in agr. | p. XXX — || [*h.*] n. s.

Aquileiae (V 8305 vidit Majonica). — 1) *Vivus fecit.* — 2) *Quorum nomina supra scripta sunt.* — 3) *Cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 71 not. 1.*

8241 d. m. Annia Crestina et C. Sextilius Marius v. sibi p.[1] Petimus ne quis nos inquietet ex arca nostra neque abante[2] aliam ponat nec commutet, v. id quo e.[3] d. f.[4] HS $\overline{C}$.

Ravennae (XI 147 aliquoties descripta saec. XV). — 1) *Vivus sibi posuit.* — 2) *Cf. Wölfflin Archiv f. lat. Lexikographie I p. 437, Thes. l. L. s. v.* — 3) *Non intellegitur.* — 4) *Dabit fisco.*

8242 M. Caesius Eutyches dec. c. c. m. R.[1] dec. XVII[2] et Tullia Ferusa coniux karissima vivi sibi posuer. Si quis ante hanc arcam quid aliud posuerit vel condider., dabit fisco Augg. nn. HS $\overline{XXX}$ n̄.

Ravennae (XI 125 semel descripta saec. XV). — 1) *Decurio collegii centonariorum municipii Ravennatis.* — 2) *Decuria decima septima. Cf. N. 7235.*

8243 . . . [*III Min*]erv.[1], coiug. | incomparabil., | cum q. v. a. XXVI |

v. p. et sibi. | Si. q. h. planc. p. exc. | eor. q. s. s. s. a. d. in f. | C. HS L n.[2]

Ravennae (XI 119 vidit Bormann). — 1) *Cf. N. 2850. 2855 cet.* — 2) *Intellege: si quis has plancas post excessum eorum qui supra scripti sunt aperuerit, dabit in fiscum Caesaris sestertium quinquaginta milia nummum. Similiter in aliis titulis Ravennatibus supra N. 2860. 2865; XI 107.*

8244 d. m. | Lucius Valerius Fatales frumentarius leg. VIII Aug., vixit annis XX|XV, Aurelius Epinicus alumnus ipsius procuravit. Et si quis ae|um sarcofagum amoverit sive literas, inferet fisco SS mil. num. L.

Ephesi (III 6084 descr. Wood).

8245 ... λος Σεβ. ἀπελεύθερος ἀπὸ ταβλαρί[ων]. *(Sequitur carmen Graecum Kaibel epigr. Graec. n. 297ᵃ p. 524; deinde)* [*h*]anc ara[*m*] si quis [*t*]emptav[*e*]ri[*t t*]rans|[*f*]err[*e*] aut [*l*]i[*tt*]eram [*ex*]cidere aut alias | al[*iq*]ua figura fecerit, dabet fisco poena[*e*] | nomina[*e*] HS X m. n., [*et*] sic ara defend[*e*]|tur ab iis qui sunt in tabulario Ephes[*i*].[1] | Φιλουμένη ἀνδρὶ ἰδίῳ καὶ τέκν[ῳ] | ἐκ τῶν ἰδίων.

Ephesi (III 6082 cf. p. 1255 descr. Wood). — 1) *Cf. supra N. 1505.*

8246 Avidia Maximina G.[1] domum aeternam viva sibi posuit. Si quis alium corpus superposuerit, det fisco ✱ CCC milia.

Polae (V 121 fortasse semel tantum descripta saec. XV). — 1) *Sic videtur tradi; fortasse excidit aliquid.*

8247 Ennia Asteria Enni Asteri filia | ex origine Enni Cerealis avi sui arcam | suo nomine renovavit, quam post ex|cessum suum si quis inruperit, inferet fisci | rationibus HS CC n.; fili sane veniam habebunt.

Concordiae (V 8988ᵉ Bertolinius misit).

8248 sarcofagum ita def|endunt, ut super avo|rum [*su*]orum corpora | nullu[*s e*]xtraneum ponat; | quod si quis posuerit, det | fisco auri pondo dua.

Prope Burnum Dalmatiae rep. (III 15016 vidit Kubitschek).

8249 Fl. Magniano protectori con|pari carissimo Sever. de proprio | hunc sarcofagum conparabit | eundem solidis XV tantum, et se in | eodem una cum filia sua condi | permisit. Si quis vero temtaverit | in eodem sartofago[1] *(sic)* ponere | aliut corpus, inferet fisci viri|bus auri pondo duo.

Prope Salonas (III S. 8742 vidit Hirschfeld). — 1) *Sic* (sart-) *etiam supra N. 1647; VI 36590. X 3168.*

8250 + ☧ + Fl. Ev[*e*]ntius veteranus | bene meritus feci | sepulcrum in re | mea, ubi requiescam. | Si quis violentus volu|erit esse et contra leges | temptaverit, det fisci | viribus auri librā unā. | Lege et recede. A ☧ Ω.

Anconae (IX 5900 = Notizie degli scavi 1879 p. 108).

8251 Aur. Peculiaris magister | conquiliarius[1] et Aur. Urbica | vivi sibi posuerunt. Si quis | autem post obitum nostrum ali|ut corpus [*po*]-nere voluerit, infe|rat ecclesi[*a*]e argenti pondo quin|quaginta.

Sučurac proxime Salonas, sarcophagus (III 2115 cf. III S. 8592 vidit Hirschfeld). — 1) *Conchyliarius (qui lanam conchylio inficiebat), officialis ut videtur constitutus fortasse sub baphii Salonitani procuratore quem nominat Notitia Occ. c. 10 (Momms.).*

8252 hic requiescit in pace Duion.[1] ancilla Ba|lentes, esponsa Dextri, deposita est III | idus Septb. consulatu d. n. Theodosio | Aug. XIII[2] et Valentiniano Ag. bes ccss.[3] Adiu|ro per deum et per leges Cresteanor., | ut quicumque extraneus voluerit al|terum corpus ponere voluerit, det | eclisie catolice Sal. aur. -III[4].

Salonis (III S. 13124 Hirschfeld vidit ectypum; imaginem Galli Roem. Quartalschr. VI 1892 p. 262). — 1) *Fortasse nomen corruptum.* — 2) *Scr.* XII *(vel postea* ter). — 3) *A. 426? 430?* — 4) *Uncias tres.*

8253 . . . fabrece |. . . . . . . ia | . . . . [*inferet ec*]clesi[*ae*] | decis centena [*mi*]|lia | et r. p. inferit fol. nm.[1] quinquagint[*a*].

Salonis (III S. 12872 descr. Jelić). — 1) *Folles numero.*

8254 Fl. Iulius zaconus[1] et | Aurel. Ia[*nua*]ria con|iux eius hoc sarcofa|gum sibi vivi posuerunt. | Si quis post nostram pau|sationem hoc sarcofa|gum aperire voluerit, in|ferat aeclesiae Salon. ar|genti libras quinquaginta. *(In latere)* dep.[2] | Iuli | zaco|nis | die | IIII | nonas | Novem|bres | Datia|no et | Cerea|le | coss.[3]

Salonis (III 2654. 8652 bis vel ter descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Diaconus* (ziaconus *exempla duo).* — 2) *Depositio.* — 3) *A. p. Chr. 358.*

8255 si qis super hunc corpus alium | corpus ponere volueret *(sic)*, in|feret eclesiae argenti p. X. | Fl. Theodotus curator reip. | Peregrinum filium in lege | sancta Christiana collo|cabi eum. Depostio | Domnionis die III kal. De|enbris *(sic)* con. Antonio[1].

Salonis (III S. 9508 vidit Hirschfeld). — 1) *A. 382.*

Similia in multis aliis titulis Salonitanis, quorum unum dedimus iam supra N. 1960.

8256 sarcofagum Ursicli et Tertiae. | Depositio Ursicli die III idus Dec. ind. XIIII. | Si quis vero voluerit sine conscientia supra | sibi praesumere, det poene nomine sanctae aec[*l*]esiae | ante litis ingressum auri unc. III.

Tragurii in Dalmatia (III 2704 III S. 9706 viderunt Mommsen et Hirschfeld).

8257 Fl. Alatancus domest. cum coniuge sua | Bitor[*i*]a arcam de propio suo sibi co[*m*]|paraverunt. Petimus omnem clerum | et cuncta fraternitatem, ut nullus | de genere nostro vel aliquis in hac | sepultura ponatur[1]. Scriptum est: | quod tibi fieri non vis, alio ne feceris.

Concordiae in sepulcreto (V 8738 descr. Bertolinius). — 1) *Eadem formula V 2305.*

8258 + hic requiescit in pace b. m. Honorata clarissima et | p. f.[1], coniunx Tzittani com. et trib., quae vixit in hoc saec. | ann. XL, depos. est sub d. kal. Febr. ind. prima, imp. et cons. | d. n. Iustini p. p. Aug. anno tertio[2]. | Rogo te per dm. omnpm. et IHM X[ρ]I Nazarenum, ne me tangas nec sepulcrum meum | violis, nam ante t[ri]bunal aeterni iudicis mecum causam dicis.[3]

Albingauni (V 7795 vidit Mommsen). — 1) *Expectaveris* sp. f. *(spectabilis femina).* — 2) *A. 568.* — 3) *Talia ex christianis inscriptionibus congessit Gatti Roem. Quartalschr. 6, 1892 p. 267 seq.*

8259 C. Apidius Primus sibi et | Aristiae Arche | patrónae uxórique suae, et | suis. testamento suo, posterisq. | eorum, et ossua eórum quando | quique[1] eorum décesserit, ibi | condi ius potestásque esto.

Romae (VI 12129 vidit Henzen). — 1) *Scr.* quisque.

De hac inscriptione et iis quae sequuntur cf. Mommsen zum roem. Grabrecht (Zeitschr. d. Savignystift. f. Rechtsgesch. 16, 1895) p. 212 seq.

8260 Annia Festa | fecit sibi et | coniugi carissimo et | quos in testamento | heredes nominavero.

Romae rep. (VI 7474 Henzen vidit imaginem photographicam).

8261 L. Pontius | Phegeus | sibi et | Castriciae | Eutychidi | uxóri optimae, | líbertís libertábusq. | meís, quós tabulis honó|ravi, posterísque eorum.

Puteolis rep., est Neapoli (X 2878 vidit Mommsen)

8262 Curtia P. l. Regilla fecit sibi et | P. Curtio P. l. Euno patrono suo. | Quorum nomina postea in titulo inscribi | voluero in hoc monumento, testamento significabo.

Romae (VI 16664 vidit Henzen).

8263 C. Vellaeus Albanus | sibi et | Cluatiae Cn. l. Themid[i], | Tagulliae Ɔ. l. Procne, | Sex. Pulfennio Rufo. | In hoc monimento ali inuri licet | nulli nisi quorum nomina s. s.[1]

Canusii rep., est Neapoli (IX 405 vidit Mommsen). — 1) *Scripta sunt.*

8264 d. m. | C. Pompeius Maximus | et Pompei[*a Eu*]tychia fecerunt | se vivi libertis libertabusque | posterisque eorum et cuius cumque | nomen intus inscriptum erit. | H. m. h. n. s.

Romae ad viam Appiam, in sepulcro Volusiorum ut videtur, rep. (VI 7284 vidit Henzen; in parte aversa titulus servorum domus Volusiae).

8265 d. m. | C. Brutti Telesphorionis, C. Brutti Praesen|tis c. m. v.[1], $\overline{II}$ cos.[2] lib. Numidae[3] ipsius, loco si|bi donato a L. Bruttio Quintio Crispino, fili|o eius, cos.[4], patrono, vivus sibi fecit et Ca|rico lib. suo et ceteris libertis libertabus|que suis posterisque eorum omnium | futurorum. Hoc monumentum ex mea | frugalitate feci et eis qui supra scri|pti sunt,

ceteri amici ignoscetis. Hoc monu|mentum hospitem non recipet *(sic)*. Vene valetis.

Romae, iam in insula maiore Balearium (VI 7582 vidit Huebner). — 1) Clarissimae memoriae viri. — 2) Iterum consulis (a. p. Chr. 180, cf. supra N. 1117). — 3) Significatur officium, cursoris ut videtur (cf. supra N. 1716) ut Germani vocabulo officium corporis custodis (supra N. 1717 seq.). — 4) Consul a. 187.

8266 d. m. | L. Iulius L. fil. Pal. | Crescens | fecit sibi | et libert. libertabusq. suis, | ita ut si exteri nominis heredes | habuero eos quoad vivent in hoc | monimentum ius habere volo, ita | ne de nomine meo exiat aut ne alius | titulus alterius nominis inscriptus | infigatur, et post eorum excessu omnem | ius huius monimenti ad libert. liber|tasq. meos et postteros *(sic)* eor. pertinere volo. | In fron. p. XXXVII, bersur.[1] sinister. p. XLV; | in agro paries long. p. LV.

Romae (VI 19915 vidit de Rossi). — 1) Versura.

8267 d. m. | P. Aelius Aug. lib. Restitutus | procurator et sibi et libertis | libertabusque suis f.[1], item iís | quos se vius manumisit et | in numerum libertorum or|dinavit et collibertos suos fecit, | posterisque eorum. | H. m. h. n. s.

Roma ut videtur Florentiam allata (VI 9010 vidit Henzen). — 1) Fecit.

8268 hoc sepulcr[*um*] frequentent a me | qui sint liberi c[*irc*]umversos[1] quos relin|quam vel manumitti volam[2], at postrema | pateat ipsis quique ex is prov[*e*]nerint. | Volusia Q. f. Pia Annia A . . . . . na | sic mandavi, sic [*fia*]t. | Dis manibus sacrum.

Baiis rep., est Neapoli (X 3147 vidit Mommsen praeter particulas quasdam servatas a Minervinio). — 1) Supplevit Mommsen. Significantur manumissi per vindictam, cf. Quintilian. decl. 342: maius . . . momentum ut circumverteres mancipium, aut si una voce liberum esse iusseris. — 2) Significantur manumissi testamento (Momms.).

Similiter VI 18104: libertis libertabusque quos manumisi et quos manumisero. *Adde XIV 382:* l[*ibertis*] . . quos testamento aut co[*dicillis manumisero*].

8269 L. Aemilio L. f. Vot. Proculo | Ↄ.[1] veterano, pr.[2] Cumis, de HS | IIII m. n. legatis testamento | eius, Aemilia Ephesia uxor | amplius adiectis de sua pequn. | HS VI m. n., sibi libertis libertabus|que posterisque suis et | Proculi, qui testamento | statu libertatis relicti essent. | Huic monimento vendundi | potestas nulli sit.

Cumis (Notizie degli scavi 1898 p. 192). — 1) Centurioni. — 2) Praetori.

8270 dis manibus | C. Mucio Ianuar. | C. Mucius Ianuarius lib. | patrono optimo | [*et*][1] Iuliae Secundae coniug. | m. et sibi libertis liberta|busq. quiq. ab is manumis|si manumissaeve, posteris|que eorum.

Romae ad viam Nomentanam rep. (VI 8401 semel circa a. 1600 nescio quam accurate descripta). — 1) Fl. *traditur.*

8271 d. m. | Antoniae Clementinae ux., P. Rufius Flaus | m. f.[1] et s., viv.; inq. memoriam perpetuam | hortos coherentes sive suburbanum tradidit | lib. libertabusq. ex familia ux.[2], Marullo, Antroclo, Helenae, Tertullinae; excepitq. nequis eos | venderet, set per genus ipsorum posessio *(sic)* decurreret | vel per atnatos vel manumissos.

Tarracone (II 4332 vidit Huebner). — 1) *Merenti (maritus?) fecit.* — 2) *Uxoris.*

8272 C. Iulius Hermes | libertis libertabusque suis | dedit posterisque eorum, | ita ut ne quis ex hoc agro aedificis|ve quibus donationis causa eman|cipatum erit, de nomine alienasse | velit nisi in persona filiorum | aut libertorum suorum, ne simili | poena sepulchri teneatur.

Romae, iam Neapoli (VI 20061 vidit Mommsen).

8273 P. Marcius P. f. Maximus | et Messenia L. f. Valeria | fecerunt sibi et suis libertis | libertabusq. posterisq. eorum, | ut usque ad unum ex domo eorum | qui extiterit possideat[1], ne at exterum | perveniat.

Romae (VI 22083 vidit Henzen). — 1) *Intellege: ut, quousque unus ex domo eorum extiterit, is possideat.*

8274 d. m. | T. Aelius Aug. lib. Faustus | et Aelia Arete uxor fecerunt | vivi sibi et liberis suis, item | libertis libertabq. suis et | posteris eorum, ita ut ne de | nomine suo aut familia exeat | ut possit memoriae suae qua|m diutissime sacrificari.

Romae (VI 10701 aliquoties descripta saec. XVII. XVIII).

8275 d. m. | L. Iulius Apollonius et | L. Iulius Karicus | fecerunt | sibi et suis et libertis | libertabusque posterisque | eorum | et ne quis alienigerum[1] | corpus inferre velit, item | ne de nomine Iuliorum exeat. | Huic monumento dolus | malus abesto.

Romae (VI 19844 descr. saec. XVIII R. Venuti). — 1) *Sic videtur legisse Ven.*

8276 C. Iulius Iason et | Cocceia Tryphaena | fecerunt sibi et | libertis libertabusque | suorum dumtaxat qui | ex familia eorum fuissent. | In fr. p. VI S, in agr. p. VIIII.

Romae, iam Oxonii (VI 20087 vidit Huebner).

8277 d. m. | P. Sullio Narcissiano | filio benemerenti fecit | Terentia Secundilla | et sibi et suis posterisque | eorum, ita ne de nomine | libertorum libertarumve | meorum posterisq. eorum exeat.

Romae (VI 26940 vidit Marinius).

8278 M. Varenus[1] Diogenes | fecit sibi et suis et | Veturiae Maximae | coniugi ca[r]issimae et | M. Vareno[1] Fortunato Maio[2] | et M. Vareno[1] Fortunato, vix. | ann. VII mensib. X dieb. XV, | et libertis libertabus posterisq. | eorum et quorum nomina | hic sunt, ne de nomen Vareni | exsiat.

Romae (VI 28318 vidit Bormann). — 1) *Primum quadratarius scripserat* Varenius, Varenio. — 2) *An: maiori?*

8279 M. Atius Tyrannus | fecit sibi et | posterisq. suis omnibus, et | Atiis omnibus qui | ius habent in monumento | maiore et posterisque eorum.

Romae (VI 12685 vidit de Rossi).

8280 C. Clepius T. f. P[*u*]p. | Seneccio v. f. sibi et | T. Clepio Tommo patr., | Clepiae Sp. f. Mendae, | C[*lepiae*] .. [*S*]ecundae, | R . . . . . r-qui f., | Te . . . binae, | et si quis meorum nomine | Clepius erit, ei locum humandi | do item locum osibus *(sic)* ponundis.

Neapoli (Cittanuova) Histriae (V 381 vidit Mommsen).

8281 d. m. | Aemiliae M. l. | Calliste heredes | eius b. m. p.[1] fecerunt. | Hoc m. heredem | ex nomine | Aemiliorum | sequetur, alio | nomine heredem | non sequetur. | In front. p. V, | in agro p. V. | C. Aemilius Euaristus, | C. Aemilius Extricatus | patronae fecerunt.

Romae ad portam Praenestinam rep. (VI 6193 Brizio sepolcri scoperti sull' Esquilino n. 45). — 1) *Patronae.*

Adde infra N. 8351 (libertis . . . posterisque eorum si qui Plauti vocitabuntur).

8282 . . . . i sic | . . . . rum, quib. cumq. au|tem merentib. dedi do|navi post diem obitus mei, | valere volo ab heredibus | meis et ne veneat, ne fidu|ciare[1] liceat nec de nomine | exire liceat secundum sen|tentias pontificum cc. vv.[2] ss.[3]

Romae (VI 29909 vidit Henzen). — 1) *Cf. supra N. 8233 not. 2.. —* 2) *Clarissimorum virorum. —* 3) *Supra scriptas.*

8283 dis manibus | Longinia Procla | fecit sibi et suis | libertis libertabusque | posterisque eorum, ita | preter *(sic)* eas que me vivam re|liquerunt neque aditu neque | introitu habeant in hoc monim.

In insula Tiberina prope Portum Romanum rep. (XIV 1271 vidit de Rossi).

8284 d. m. | C. Lepidio Iucundo | q. v. a. III m. II, fecit | C. Lepidius Felix filio | piissimo | et sibi et suis libertis | libertabusque posteris|que eorum, praeter Phle|gusam libertam, ne ei | in hoc monimento aditus | detur.

Puteolis rep., est Neapoli (X 2649 vidit Mommsen).

8285 M. Aemilius Artema | fecit | M. Licinio Successo fratri | bene merenti et | Caeciliae Modestae coniugi | suae, et sibi et suis libertis | libertabusq. posterisq. eorum, | excepto Hermete lib., quem veto | propter delicta sua aditum ambitum ne | ullum accessum habeat in hoc monumento.

Romae (VI 11027 cf. p. 3507 aliquoties ut videtur descripta saec. XV. XVI).

8286 P. Aelius Callistus | concessu sibi a Marco | Aurelio Epagatho, et | Aeliae Primeniae *(sic)* et | Liciniae Antesphoridi | et libertis eo-

rum | de.[1]; ceteri et liberti mei | propii *(sic)* meriti non fustis *(sic)* | neque filia mea.

Romae (VI 7470 vidit Henzen). — 1) Dedit.

Adde N. 1984. 8115. 8157; VI 8857. 9408. 10229 (v. 92. 110); IX 1495[a] (?).

8287 Vibia L. l. Chresta mon. | fecit sibi et suis et C. Rustio | C. l. Thalasso filio et Vibiae | Ɔ. l. Calybeni libertae lenae, | ab asse quaesitum lucro suo, sine fraude aliorum. H. m. h. n. s.

Beneventi (IX 2029 viderunt Mommsen aliique).

8288 Valeriae D. l. | Eutychinis. | Emptum | de L. Paccio L. f. Arn. Varo.

Romae, iam Florentiae (VI 28184 vidit Henzen).

8289 d. m. | Petroniae | Q. f. Rufinae | matri pientissimae | fecit | Appia Severina filia | loco empto quo Tiburtini[1] | positi quattuor demonstrant. | In fr. p. VI, in agr. p. VIII.

Romae (VI 24047 vidit Huebner). — 1) Cippi ex lapide Tiburtino.

8290 quicquid iuris habuit in hoc | monumento et ustrino et | virdiario et ollas Cn. Papius | Chilo, ea omnia emit Lucretia > l. | Iucunda *//////////////*[1] | Laelia P. l. Euphrosine.

Romae, nunc Urbini (VI 23808 vidit Bormann). — 1) Nonnulla erasa.

8291 iús sarcophagi | C. Voconi Zosimi et | Voconiae Hieronidis | cum itinere et ceteris | rebus ad id pertinentibus | donatum ab C. Voconio Diadu|meno | patrono optimo ac piissi|mo et indulgentissimo praestan|tissimoque erga suos omnes.

Roma ut videtur in Siciliam translata, est Panormi (VI 29445 vidit Mommsen).

8291[a] dis manib. | Clodiae T. f. Saturninae, | hoc monimentum sive | sepulchrum se viva fec., | in fronte p. VIII, in agr. p. VIII. | Huius monimenti sive | sepulchri ius ad here|des eius pertinet pro por|tionibus qua quis testa|mento eius scriptus est, | libertos libertasque | posterosque eorum.

Romae (VI 15840 saepius descripta saec. XVI).

8292 M. Rutilius Sp. f. Col. Niger | emptor adiectis partibus | iúris Q. Appulei Eutychi[1]. | C. Appuleius Ɔ. l. Dolicus in parte | iúris P. Appulei Felicis[1]. | M. Castricius Mysticus.

Romae (VI 7459[c] *vidit Henzen; cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 1046). Praecedit in eodem lapide catalogus eorum qui monumentum fecerant, cf. not. 1. — 1) Q. Appuleius Eutychus et P. Appuleius Felix nominantur in eodem lapide inter eos qui monumentum fecerant; in horum duorum locum apparet successisse Nigrum et Dolichum.*

8293 d. m. | T. Val. Aelianus et Sex. Ar|runtius Cicero exs par|tibus aequis sibi et suis | libertis libertabusque | posterisq. suorum | ex donatione Iuniae | Theophile.

Roma Florentiam advecta (VI 27940 vidit Henzen).

8294 d. m. | Iuniae Eutychiae M. Iunius | Decimianus filius et | M. Clodius Candidus maritus pro parte dimi|dia fecerunt et sibi libertis libertabusq. | suis posterisque eorum; item | Antonia Rhodine pro parte dimidia fecit | sibi libertis libertabusque suis posterisque | eorum; pro qua parte sua ex sarcofagis duobus | que sunt iuris eius donavit Claudio | Leonide marito suo unum quod est parte dex|teriori, ita ut in eo corpus eius poni possit.

Romae (VI 20876 vidit Henzen excepta parva parte).

8295 d. m. | T. Flavius Heuretus | fecit sibi et | Flaviae Aeliane | filiae karissimae | et conlibertis suis | posterisque eorum | p. p. = =[1], | et T. Fl. Philetus c. s.[2] p. p. = =, | et T. Fl. Epithymetus c. s. p. p. = =.

Romae (VI 18100 vidit Henzen). — 1) *Pro parte tertia (unciis quattuor).* — 2) *Cum suis.*

8295a v.[1] A. Papius A. l. Hilarus sibi | et Papiae A. l. Secundae l. suae | et suis ex tótó pró parte tertia; | v.[1] Sex. Caesius Sex. l. Anoptes sibi | . . .

Romae (VI 23810 aliquoties descripta saec. XVII. XVIII). — 1) *Vivus.*

8296 Q. Fictorius M. l. Heracleo | sepulcrum sive monimentum est | [*ex?*] tota[1] pro indivisa[2] parte sexta sibi | [*et Ficto*]riae Ɔ. l. Ammiae et liberteis | [*libe*]rtaeque *(sic)* posterisque eorum.

Romae (VI 17915 vidi). — 1) *Expectaris* ex toto, 2) *item* pro indiviso. *Cf. N. 8320. In titulo VI 5, 3038* quem tradit solus Ligorius, sed fortasse genuino dicitur fuisse:* pro indiviso parte III et XII et XXXVI monume.

8297 iuris huius monum. | C. Rammi Conopis | et Mussiae Libadis | dimidium et duodecum[1], | Alloniae C. f. Potitae | pars quarta[2], | Proculeiae C. l. Má | pars VI[3]; sibi et suis.

Romae, iam Florentiae (VI 15056 vidit Henzen; in parte aversa titulus Ti. Claudii Felicis). — 1) $^7/_{12}$, 2) $^3/_{12}$, 3) $^2/_{12}$. *Cf. VI 27024:* ex parte VI, . . . ex parte VI, . . . ex parte XXIIII, . . . [*ex*] parte VIII. *VI 26501:* fecit ex parte quinta *(in quinque titulis uno in lapide scriptis).*

8298 libertis libertabus | posterisque eorum | ex familia nominis mei | Q. Patrius Q. f. Victor | conparavit, cui ius | monimenti huius concessum est | a filis et heredibus factoris. | In fronte p. XXVS, in agro p. XXX.

Ostiae, iam Romae (XIV 1452 vidit Detlefsen).

8299 Aelia Doris | comparavit sibi et T. | Aelio Onesimo liberto | suo ex donationem Sex. Coeli | Fortunati iunioris mono|mentum Vibia-

num quod | ex gradu hereditario[1] pos|sederat, hoc nomen supra s. | et libertis libertabusque, | posteris eorum. | In fronte p. XV, | in agro p. XV.

Ostiae, iam Romae (XIV 525 vidit Bormann). — 1) Similiter VI 17078.

8300 d. m. | P. Aemilio Cononi | Augustal. corp.[1], | homini vericundo *(sic)*, cuius munim. | sepulturae donationis causa con|cessit Betubia Euresis praeter | cubiculum unum. Hoc munim. | Cono sibi et libert. libertabusq. suis poster. aeor.

Puteolis ut videtur rep., est Neapoli (X 1870 vidit Mommsen). — 1) Augustali corporato (cf. N. 6328. 6328a).

8301 Caviae Fortunata[*e*] | et Caviae Feliculae, | concessum aeis | donationis causa a. P. | Cavio Restituto ex asse, | et libertis libertab.-qua[*e*] | posterisque aeorum. | In f. p. XXIIIIS, in a. p. XX.

Ostiae (XIV 790 vidi).

8302 M. Valerius Dius | fecit Valeriae Chreste | lib. suae carissimae et | M. Valerio Tertio lib. suo | et Valeriae Primae lib. suae. | Hoc monimentu L. Titurius Sabinus se vivo donavit L. Salvio Symphoro mancu|pavitque sestertio nummo uno[1].

Romae (VI 27988 vidit Kiessling). — 1) Cf. supra N. 7912 not. 2.

8303 loco donato man|cipato a Publicia | Sabastonice et | ab Arrio Trop[*h*]i|mo herede | eius. | In f. p. XVIs, | in ag. p. VIIII.

Romae ut videtur rep. (VI 25165 Henzen vidit exemplum novicium).

8304 d. m. | C. Cluturius Filetion | Secundie Victorie | coniugi dulcissimae | inconparabili bene | merenti fecit, loco | concesso ab Aurelio | Aug. liberto Agapeto | et ab Ulpia Festa opti|mae feminae *(sic)* et ab | Aurelio Aug. liberto | Hermetiano filio | heorum, quorum beni|gnitate et pietate heo|rum accepta patronos | mihi atque sibi[1].

Romae (VI 15860 viderunt Ritschl et Michaelis). — 1) Ultima non intelleguntur.

8305 dis manibus | P. Aeli Pontiani qui | vixit annis XVIII | mese uno diebus XIIX, | parentes filio dulcissi|mo locum precario petier|runt *(sic)* a T. Eredio Gaio.

Romae, deinde Florentiae (VI 10768 vidit Henzen).

8306 Ser. Cornelio | Iuliano frat. | piissimo et | Calvis[*i*]ae eius | P. Calvisius | Philotas et sibi | ex indulgentia | Flaviae Domitill.[1] | In fr. p. XXXV, | in agr. p. XXXX.

Romae, rep. ad viam Ardeatinam in fundo cui nomen Tor Marancia (VI 16246 vidit Henzen). — 1) Neptis Vespasiani, uxor Flavii Clementis, a. 95 relegata utpote Christiana cf. Dio 67, 14, al. Ab ea nomen traxisse 'coemeterium Domitillae' ad viam Ardeatinam (de Rossi Rom. sott. I p. 131, bull. crist. 1878 p. 46) coniecit de Rossi Roma sott. I p. 267.

8307 dis manib. | Modiae Zosime | Modia Thisbe et | Iulia Candida | matri | bene merenti | fecerunt et | Adiutrici | sorori, beneficio | Sulpici | Apollinaris[1].

Romae, iam Florentiae (VI 22591 descr. Kiessling). — 1) *Fortasse grammaticus, quem audiverunt Gellius (7, 6, 12 cet.) et Pertinax imperator (vit. Pert. 1, 4).*

8308 locus sacer | iussu Q. Bato|ni Telesphori, | fecit | Q. Batonius One|simus patrono pio, | vixit annos LXXX | integer integros.

Romae (VI 13534 vidit Henzen praeter initium).

8309 *(protome mulieris)* d. m. | locus consacratus[1]. | Iulia Luciane | vixit an. IIII me. VII | di. VIII.

Ostiae vel, secundum alios, Romae rep. (VI 5176. XIV 1190 vidit de Rossi). — 1) *Cf. supra N. 1814:* hic locus consacratus habet altum p. XIIII S saptus.

8309ª sacr. religiosum | T. Partullio | Agathopo | patri pientissimo fecit | Partullius | Pacatus filius | sibi posterisq. suorum. | H. m. h. n. s.

Romae (VI 23838 vidit Kiessling).

8310 his sedibus | adiunctus | est locus | sepulturae, | in fronte | p. XII, | in agr. p. XII.

Beneventi (IX 2044 vidit Mommsen).

8311 dis manibus | P. Alfeni Anterotis — locus exc.[1] | sepulcri et itineris, in front. p. XI, in agr. | p. XXXIIII, et poena excepta HS $\overline{XX}$[2] — et P. Alfeno | Rustico et Alfenae P. l. Lite, libertis libertabus | posteriisque *(sic)* eius.

Neapoli (X 2039 vidit Mommsen). — 1) *Exceptus.* — 2) *Sestertium viginti milium. Poena sepulcri violati, vel fortasse aditus prohibiti.*

8312 A. Hostili | A. f. L. q.[1] | p.[2] XIIX.

Romae ad viam Latinam rep., cippus ex lapide Albano litteris pulchris et vetustis (VI 6905 vidit Mommsen). — 1) *Locus quadratus.* — 2) *Pedes.*

Ped. quadr. XXX *est in titulo vetusto hominis nobilis supra N. 863,* p. q. XII *N. 7519.*

8313 . . [*C*]aecina C. f., [*l*]at. p. XIIX et | [*i*]ntrorsum p. | XIIX quadratu.

Romae ad viam Praenestinam rep., cippus tofaceus (VI 34707 descr. Gatti Notizie degli scavi 1899 p. 587).

8314 C. Caecilius | Q. f. Fab. | Lattaricus. | In fr. p. XII, | in agr. p. XII.

Romae ad viam Ostiensem rep., cippi quattuor ex lapide Tiburtino (VI 34701 descr. Gatti Notizie degli scavi 1897 p. 514).

8315 locus | Q. Satri. | In f. p. XII s., | in a. p. XX.

Ateste, deinde Veronae (V 2683 vidit Mommsen).

8316 loc. sep. | M. Volum|ni M. f. | Tenacis | q. q. v.[1] p.[2] XV | c. r.[3] p. V *(canis vel cervus).*

Chioggiae (V 2311 fortasse semel tantum descripta saec. XVIII). — 1) *Quoquo versus.* — 2) *Pedes.* — 3) *Non intellegitur. Cf. supra N. 6312:* huic monimento cedunt ex agro quoquo versu pedes quinquageni.

8317 hic lo[*cus si*]|ve ager[1] L. Rupili L. f. | Ser. Magni | est. In fr.[2] p.[3] XX, | in agr. p.[3] XXX.

Proxime Romam ad viam Flaminiam rep., cippi duo, XX ped. unus ab altero (VI 36270 = Notizie degli scavi 1891 p. 56). — 1) *Haec perierunt in altero ex cippis.* — 2) fro., 3) ped. *alter cippus, versibus paullo aliter distributis.*

8318 l. m.[1] | Flaviorum | qq. v. p.[2] L.

Aquileiae, nunc Veronae (V 1211 vidit Mommsen). — 1) *Locus monumenti.* — 2) *Cf. N. 8316.*

8319 loc. | M. Aufidi | Grati, | L. Sertori | Cinnami. | In fr. p. XXX, | retr.[1] p. ⊥.

8319[a] loc. | L. Sertori | Cinnami, | M. Aufidi | Grati. | In fr. p. XXX, | retr.[1] p. ⊥.

Prope Concordiam rep., lapides duo loco antiquo, XXX p. unus ab altero (V 8678. 8679 vidit Mommsen). — 1) In fronte ... retro *vel* r. *saepe in lapidibus sepulcralibus Transpadanae (cf. C. I. L. V p. 1204; supra N. 6693. 7556[c]).* In front. p. XV, in recess. p. XII *V 3500 (Veronae);* loc. in front. p. XVI, intro p. XVI *V 1345 (Aquileiae).*

8320 l. m.[1] | Sex. Eppi C. f. M.[2] | In f. p. XVI, | in a. p. XXXVI | pro indivi.[3]

Prope Aquileiam (V 8379 vidit Conze). — 1) *Cf. N. 8318.* — 2) *Cognomen prima tantum littera significatum.* — 3) *Indiviso. Sic etiam in aliis inscriptionibus Aquileiensibus V 8985. Pais 105. 1182. Cf. supra N. 8296. Dig. 50, 16, 25, 1.*

8321 l. m.[1] | Fer. aquat.[2] | et post mon.[3] | A. Livi ustrin. | qq. v.[4] p. XVI. | In fr. p. XXXX, | in agr. p. LXX.

Aquileiae (V 8308 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 8318.* — 2) *Feroniensium aquatorum. Ad idem collegium pertinet V 8307:* d. m. s. | Feroniensium | aquatorum *(in latere nomina). Appellati hi sine dubio a Feronia dea Aquileiae culta (supra N. 3483. V 8218). De statuis ad hoc monumentum pertinentibus Majonica Festschrift für O. Benndorf p. 296.* — 3) *Monumentum.* — 4) *Cf. N. 8316.*

Cf. supra N. 7857: et post aedicula Octavi Felicis lat. *cet.*

8322 ... s | ... eni L. f. | ... loco | paterno. | [*I*]n front. p. XXIII s., | retro p. XX; | a p. XX introsus | pedes decem sexs | quoque versus.

Patavii (V 3082 vidit Mommsen).

8323 M. Calatori | Secundi. | Intra p. LXXIIII | et interior CXXV, | in ag. p. LX.

Romae vel prope Romam ut videtur rep. (VI 34732 ad apographum repertum in schedis Marinii).

8323[a] d. m. | Claudiae For|tunatae f. dul|cissimae b. m. | In agro p. IIII, | in latitudine | p. II. | Fecit Claudia | Charite mat., | vixit ann. XI | m. X.

Romae (VI 15438 vidit Henzen).

8324 Q. Quinctilius Optatus | IIIIIIvir vivos fecit sibi et | Quinctiliae Arbusculae | matri et Numisiae Pusillae. | Latum pedes XX, | longum ab unda ad maceriam.

Iader (Zarae) in Dalmatia (III 2929 vidit Mommsen).

8325 C. Alennius L. f. | Clu. | C. Alennius C. f. Clu. Barba. | Alennia C. l. Murtis. | Sempronia P. l. Lais. | In fronte p. XVIII, in agr. p. XXV. | Huic loco locus proxumus, | qui est secundus a via, area servit[1], | in fronte p. XVIII, | in agr. p. XVI.

Romae ad viam Labicanam rep. (VI 11383 vidit Mommsen). — 1) *Non solum viam per praedium (aditum) sed universam aream praedi servire significatur (Momms.).*

8326 d. m. s. | M. Aurelius Augg. lib. Primus et | Furia Chrysis se vivi fecerunt | sibi et suis, libertis libertabusque posterisque | eorum. | In fronte ped. XIII, in agro p. XIII, | et ante fronte area[1] long. p.[2] XIII, lat. ped. XIII.

Romae ad viam Nomentanam rep. (VI 13193 vidit Henzen). — 1) *Similiter supra N. 8015.* — 2) lonpg. *lapis, scilicet* p. *loco non recto inserta.*

8327 d. m. | M. Aurelius Domitianus se vivus | emit et comparavit locum virginem, | a solo fecit sibi et libertis libe|rtabusque posterisque eorum, | item Baebiae Parthenope con|uigi *(sic)* sanctissimae. In frote *(sic)* | pedes p. m. XVI, in latus pedes XVI, | item in latus in via Ardiatina *(sic)* | respiciente longu pedes | p. m. XXIIII, et latu pedes X[1]. | H. m. ex.[2] h. n. s. | M. Aurelius Stasimus lib. coeptu a patrono | suo consummavit sibi et suis. Quod si quis post | obitum meum vendere aut donare voluer., infer. ark.[3] pont. $\text{SS}\,\overline{\text{L}}$ n̄.

Prope Romam rep. ad viam Ardeatinam, inter ecclesias S. Pauli et Sebastiani (VI 13074 vidit Henzen). — 1) *Cf. supra N. 8190*[ab]*:* in frontes duo . . et in latera duo. — 2) *Exterum.* — 3) *Cf. N. 8227. 8229 cet.*

8328 universa pedatura | cum suo aedificio | quod cedit huic | monumento continet | longum per frontes | interioris et exterioris | peraeque p. LXXX . . ., | in agro p. . . . .

Prope Zagarolo, vicum agri Praenestini, rep. (XIV 2837 semel descripta saec. XVIII).

8329 Cn. Manli Cn. | l. Nastae. In | agrum p[e]d. XII, | lat. p. III, via | privata inter | P. Rutilium[1].

Romae ad portam Latinam rep., cippus ex lapide Tiburtino (VI 5631 vidit Henzen). — 1) *Subintellegendum: et Cn. Manlium (Momms., qui C. l. c. situm monumenti delineavit).*

8330 T. Quincti | Felicis, | in fr. p. XII, | in ag. p. XI, | in supsecium[1] | in f. p. IV s., in a. p. VII.

Romae extra portam Latinam rep., cippus ex lapide Tiburtino (VI 7001 vidit Henzen vel ex amicis eius unus). — 1) *Qualis figurae locus huius sepulcri esse potuerit, delineavit Mommsen C. l. c.*

8331 L. Lucilius Q. f. | Cn. n., qui fuit, | Cla.[1]; C. Lucilius | C. l. Statius. Loc. | patet[2] agrei ses|cunciam[3] qua|dratus; arca in | medio est.

Cremonae, nunc Mediolani (I 1430. V 4108 vidit Mommsen). — 1) *Claudia (tribu).* — 2) *Cf. N. 8004:* hic locus patet in front. p. XX et a media fos. in[*t*]rovers. p. XXV. — 3) *Sc. iugeri, id est pedes quadratos 3600, ut locus sepulcri fuerit pedum quaquaversum DC (sic fere Bianchi Cremonensis, probante Mommseno).*

8332 l. s.[1] | L. Turrani L. f. | Valentis. | In f. p. XXX, ret. p. LX, | circumitus mace riae sesquipedes.

Viceliae, cippus (V 3203 vidit Mommsen). — 1) *Locus sepulturae. Sic etiam supra N. 7556*[c] *(perscriptum vel paene perscriptum supra N. 1870. 2471. 7114. 7324 cf. 7241. 7294. 7312*[a]*) et passim in titulis Transpadanae (cf. C. I. L. V p. 1203).*

8333 pertinens | at sepulchrum | Capriliae | Hedones, | in quadrato | p. deni[1].

Romae ad viam Ostiensem rep., cippi duo gemelli (VI 34780 = Notizie degli scavi 1897 p. 515). — 1) *Cf. VI 18502:* in fronte et in agro pedes quadrati sedeim *(sic).*

8334 area pertines *(sic)* | at munimentum *(sic)* | Otaciliorum | p. p.[1] XX quadr|atos.

Romae (VI 23606 vidit Henzen). — 1) *Pedes.*

8335 et hic locus | macereola clusus | ad familiam | Messianam et | Clodianam | pertinet.

Romae (VI 22437 vidit Bormann).

8336 hic locus ita uti maceria | clusus est ad religionem | sepulturae Lolliarum | Atticillae filiae et Stactes | uxoris et M. Lolli Amaranthi.

Tibure (XIV 3797 vidi).

8337 monumentum Valeri M|ercuri et Iulittes, Iulian|i et Quintilies Verecundes, li|bertis libertabusque poste|risque eorum at religione|m pertinentes meam; hoc a|mplius in circuitum circa | monumentum lati longi | per pedes binos quod pertin|et at ipsum monument.

Romae ad viam Nomentanam rep. (VI 10412 vidit Henzen; cf. Notizie degli scavi 1901 p. 489). Christianam putat de Rossi bull. arch. crist. 1865 p. 92, probante Mommseno z. röm. Grabrecht (Zeitschr. d. Savignystift. für Rechtsgesch. 16, 1895 p. 219 not. 3).

8338 huius monimenti ius qua maceria | clusum est cum taberna et cenacul. | hered. non sequetur, | neque intra maceria humari | quemquam licet.

Prope Minturnas ad Lirim fl., iam Neapoli (X 6069 vidit Mommsen).

8339 ...... [*mortuum*] | inferendi in ea area humand. | sepeliundi ius potestasq. esto, | et huic areae, quam ego definii | et a fronte macerias duxi et titul. | posui, ultra eam aream et | maceriam in fronte in agro | versus late ped. X retro usque ad | canabetum huic areae cedet, in | qua pedatura neque humari neq. | tumulum fieri volo, ut habeat | ea area et a latere accessum | suum.

Prope Paduam rep. (V 3072 pleraque vidit Mommsen).

8340 C. Aemilio | Inge[*n*]uo | aed. et [*IIvir*]o | iur. d[*ic. e*]t | Aemil[*iae*] | Hippolyt[*ae*] matri *(hinc illinc fasces). (In latere ut videtur)* Vestibulum et | ambitus | monumenti a | bathro clatror. | intra loricam qu|ae spectat in merid. | ad viam munitam | long. p. XXXII lat. p. LV | et a bathro clatror. | a parte dext. et sinist. | et a post.[1] omnium | angulor. IIII lat. p. | quinos denos. *(Eadem in altero latere sed versibus aliter distributis.)*

Salonis (III 2072 vidit Mommsen). — 1) *Postico.*

8341 C. Hostius C. l. Pamphilus | medicus hoc monumentum | emit sibi et Nelpiae M. l. Hymnini | et liberteis et libertabus omnibus | postereisque eorum. | Haec est domus aeterna, hic est | fundus, heis sunt horti, hoc | est monumentum nostrum. | In fronte p. XIII, in agrum p. XXIIII.

Romae (I 1059. VI 9583 vidit Bormann).

8342 v. f.[1] | T. Vettius | T. l. Hermes | seplasiarius. | Mater genuit, | materq. recepiit *(sic).* | Hi horti ita uti o. m.[2] | que sunt, cineribus | servite meis. Nam cu|ratores substituam | uti vescantur ex ho|rum hortorum redi|tu natale meo et per | rosam[3] in perpetuo. | Hos hortos neque divi|di volo neq. abalienari.

Grazzani inter Asti et Casale (V 7454 cf. p. 1090 Pais suppl. Ital. 949 vidit ectypum). — 1) *Cf. N. 8072 not. 1.* — 2) *Optimi maximique.* — 3) *Tempore rosae rosaliumque (Momms.). Cf. infra N. 8366 seq.*

8343 Cottia A. Cotti f. Galla | testamento fieri iussit | A. Cottio patri pro cos. | Hispaniae, et Pacullae mátrí, et | A. Cottio fratri, quaestori, aed. | plebi, et Memmiae Gallae aviae. | Huic monumento tutelae nomine | cedunt agri puri iugera decem et | taberna quae proxime eum locum est.

Romae (VI 1396 cf. 31644 viderunt Smetius aliique).

8344 Fl. T. f. Phoebe viva fecit | sibi liberis libertabus|que posterisque eorum; in | cuius monimenti tutelam | dedit aedificium maceri|a clusum cum agro iugeri|bus duobus dextante semun|cia[1], sicut terminis quoque | dispositis significat[2].

Praeneste (XIV 3340 vidi). — 1) *Iugera* $2^{7}/_{8}$ $(2 + {}^{10}/_{12} + {}^{1}/_{24})$. — 2) *Significatur.* — *Ad idem sepulcrum spectant tituli XIV 3341—3343.*

8345 d. m. | C. Novius Minyas fecit sibi et lib. lib. q. suis, | posteris, posterisque eorum. Huic mo|numento cedit hortus cum aedificio | maceria clusus, in fronte p. CCLXXX, in agro p. CCCLX, | quae pertinent ad lib. lib. q. Novi Minyae, qui sun[*t*] eru[*n*]tve quiq. ex his nati erunt: Eidem | horto et aedificio cedit iter per ianum maior. | hortor. sive [*f*]undi Meropiani. H. m. d. m. abesto. *(In parte aversa titulus christianus).*

Romae (VI 23090 vidit Gatti).

8346 C. Novius Ɔ. lib. Trophimus | sévir Augustális ídem quinquenn. | et cúrátor[1] fécit sibi et Noviaé Synerúsaé patr. | sanctissimaé et C. Novio Amarantho vernae suó, | libertis libertábusque suis posterisque eórum: et | Noviae Synerusae lib. et uxori. | Huic monimentó cedit siccánum totum hortorum cum piscína suá. | In fronte p. CCLXXXX, ín agró compréńsá maceria colligit iúgera II⊏⊐[2].

Ostiae (XIV 396 vidi). — 1) *Cf. N. 6158 seq.* — 2) *Iug.* 2⁵/₁₂ *(in agrum videtur locus patuisse pedes 240).*

8347 Lictoriae Chaerusae vixit annis XV | mensibus VII diebus V, fecer. L. Veturius Pudens | vir et Larcia Aucta mater. Huic monimento | cedit rosarium cum viniola sola[1] suo, fine viniae, | et e region. piscinae et canalis usque ad ariam, | et area cum edificis et horreo et cisternae in | solar. et e regione eius usque at ad[2] arundinetum cum itin. | que sunt determinata; et collige iug.[3]

In agro Capenate, ibi ubi N. 5770 (XI 3895 solus descr. saec. XVIII Buonarroti). — 1) *Scr.:* et solario *(Buecheler). Cf. N. 8090.* — 2) *Dele alterum* ad. — 3) *Iugerum.*

8348 A. Caesennius Galli[1] | l. Herma, | A. Caesennius Italicus, | Caesennia L. l. Erotis uxor, | fecerunt sibi et suis, | lib. libert. posterisq. eorum | sepulchrum macereis circumclusum. | In fr. p. CCC, in agr. p. XCVI, q. f. iug.[2]

Prope Portum Romanum rep. (XIV 730 bis ut videtur descripta saec. XVII). — 1) *Fortasse idem Gallus qui supra N. 263. 268.* — 2) *Quod facit iugerum (sc. pedes quadratos 28800).*

8349 L. Septimius Severinus Aug. li[*b.*] | fecit munimentum a solo cum | agello concluso sibi et suis | libertis libertabusque posteris|que eorum; habet autem agellus | conclusus latitiae[1] p. LXXV, | longitiae[2] p. CXXXVII. H. l. e. n. h.[3]

Romae (VI 26259 vidit Marinius). — 1) *Cf. Gromatic. p. 313, 28 Lachm., cet.,* 2) *ib. p. 316, 12, cet. Adde titulum Tarracinensem X 6413 cf. 8284 p. 1018.* — 3) *Hunc locum exter? — eres? — non habebit? (Hirschf.).*

8350 dis manibus | Valeria Athenais | fecit Modiae T. f. Paulinae [*f.*] | piissimae, et sibi, suis posterisque | eorum, v. ann. XIII m. XI. Hunc lo|cum[1] uti me viva determinavi cum | ascensu gradum[2] VII et cippis inscriptis | VII, collig. in circuitu p. CCCXXX; et ab in|troitu portae su-

perioris, descensus | dexterioris parte, usque at cippum III cum | taberna via lata a pariete p. V cedere debe|bit, et pilas structiles II, usque ad ianuam | superiore; hypanpelus[3] huic cedat in ri|gore maceriae et furcarum et ara in qua[4]

Tibure, nunc Romae (XIV 3857 vidi). — 1) *Requiritur casus primus.* — 2) *Graduum.* — 3) *Cf. VI 14890.* — 4) *Desunt quaedam, lapide integro.*

8351 A. Plautius Euhodus sibi et liberis suis | A. Plautio Daphno et Plautiae Primigeniae et | Plautiae Laurillae et Plautiae Festae et Plautiae Successae et | A. Plautio Asbesto, libertis libertabusque suis posterisque eorum is qui | Plauti vocitabuntur. Vicus Spu[*ri*]anus cum suis meritoris et diaeta | quae est iuncta huic monumento cum sui[*s*] parietibus et fundamentis huic monument. cedet. | Si qui ex is qui supra scripti sunt hunc monumentum aut vicum Spurianum | aut diaeta quae est iuncta huic monumento vendere volent, | tunc ad rem publicam coloniae Puteolanae pertinebit.

Aversae in Campania (X 3750 vidit F. de Duhn).

8352 Caeciliae D. D.[1] Caecilior. | Trophimi et Logi lib. Helpidi | D. Caecilius Vindex aviae pientiss. | fecit, et libert. libertabusq. poste|risq. eius, et praecepit, ut ad it | sepulchrum hortus qui est cinctus | maceria et dieta aiuncta ianuae | custodiae causa sepulchro cedat, | et itum aditum ambitum sacrifi|cique faciundi causa proximis | eius recte liceat.

Romae (VI 13823 cf. p. 3514 aliquoties descripta saec. XVI). — 1) *Duorum Decimorum.*

8353 T. Flavius Aug. lib. | Alcon et Antonia | Lyde monumentu | fecerunt sibi et suis | libertis libertabusq. | communibus pos|terisque eorum | cum aedificio | Escitatiano cus|todiae causa mo|numenti. Itum | actum aditum | *(in latere sin.)* ambitum | ita ut vivi | possedimus, | posterique | nostri po|ssideant, | vivi vivis | dedimus, | inscribi | iussimus. | *(In latere dextro)* quod si qis *(sic)* | eorum par|tem iuris | sui vendide|rit aut ex | consesu universorum, | ea pecunia in | aerarium po|puli Romani in|ferri iubemus. | Hoc monumen. | cum sua custod|a *(sic)* heredem non sequetur.

Romae (VI 10238 vidit Bormann).

8354 [*in*] fro. [*p*]e. X, | in agr. pe. XX. | Iter ad id | monum. latum | ped. VI debetur.

Prope Romam rep. ad viam Praenestinam (VI 30010 = Notizie degli scavi 1890 p. 120).

8355 in front. p. CC, | in agr. [*p*]ed. CLX. | Iter [*ad ar*]am | monu[*u*]menti | in perpetuum.

Pivignagi agri Brixiani, iam Brixiae (V 4787 vidit Mommsen).

8356 huius moniment. | emptioni accessit | iter, ac[*t*]us ad pu|teum, haustus | aquae ex subur|bano Rutiliano.

Veronae (V 3849 semel descripta saec. XV; Orell. 4378, ubi confunditur cum V 3795).

8357 ... [*Ascl*]epiade domestico et Crescentilla adito libero, in ag. p. VI.

Salonis (III S. 8722 vidit Hirschfeld).

8358 finis loci | qui est | Q. S. C.[1] | In f. sec.[2] flu. p. XXXV, | item sec. monim. in ag. p. XXXXII, item | a cap.[3] sinis. lon. p. XLVII s., | item ab aquil.[4] in ag. p. XVI. | At quem locum iter | ambitum actum aditum | sacrificique causa | quibus esse opor|tet d. ap. hor.[5]

Salonis (III S. 9515 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Nomen possessoris.* — 2) *Secus.* — 3) *Capite.* — 4) *Aquilone.* — 5) *Hoc obscurum.*

8359 d. m. Sertoria Paulina | fec. M. Domitio Succes|so coniugi b. m. Ad hoc | sepulchrum itum | ambitum omni tem|pori[1] permissum | est ab Q. Sulpicio | Epityncbano.

Romae (VI 26355 bis descripta saec. XVI exeunte). — 1) tempore *alterum apographum.*

8360 d. m. s. | M. Servilio Men. Primo | fecit | M. Servilius Candidus pa|trono b. m. f., sibi post|erisq. suis; item aditum | ambitum sacrificandi | pascundive causa lice|at mihi meisq.

Romae (VI 26422 semel descripta saec. XVI).

8361 d. m. P. Servilius Philetus Serviliae Tyche lib. suae et Iulius Euphemus fecerunt bene merenti, vixit annis XXV; itu, ambitu, sacrificium faciundi.

Romae (VI 26419 semel vel bis descripta saec. XV).

8362 d. m. | Acutia Tyche | Iuliae Arche f., | vix. a. XXIIX, — | et in eo mon. | itu act. amb. in|lat. mort.[1] mort.[2] | inferre coron.[3] | sacrif. sacrif. fac.[4] | ei a. q. e. r. p. p. r. l.[5] — | fil. pientissimae. | In f. p. VII, in a. p. VI.

Romae ad viam Labicanam rep. (VI 10562 vidit Henzen). — 1) *Inlationem mortui (habere).* — 2) *Mortuum.* — 3) *Coronare.* — 4) *Sacrificare, sacrificia facere (Momms.).* — 5) *Ei ad quem ea res pertinet pertinebit recte liceto.*

8363 huic | monimento iter | aditus ambitus debetur | ex sententia Erotis Aug. l. | iudicis[1] a via Campana[2] | publica dextrosus inter | maceriem Calamianam | et insulam Eucarpianam | per latitudinem pedes duos | semis usque ad hoc | monumentum et hinc | per circuitum totius | monumenti usque in via | quae ducit in agro, item | idem monumenti[3] iter | aditus debetur hinc | secundum monument|um Afiniae Tyches et | inde secundum maceriem | Eucarpianam, in qua ollari[*a*] | sunt et inde recto usq. ad | viam publicam Campanam.

Romae (VI 10250 vidit Henzen). — 1) *Arbitri.* — 2) *Cf. supra N. 5999.* — 3) *Requiritur* eidem monumento.

8364 d. m. | P. Ael. Aug. lib. Iobacchus fecit et | pedaturam dedit ante titul. p. XXX, | ante fronte p. XXX et in agro quoq.[1] | p. centenos Yacintho *(sic)* verna suo | et sibi liber. lib.[2] libertabus suis pos|terisque eorum. Excipit.[3] itus actus | aditus ambitus item aquae aeram.[4] | funem pistrini furni virgar. ligni | sacrificiis faciundis, et cetera quae | in lege publica[5] continentur. Hoc mo|numentum heredem non sequitur. | H. m. d. m. a. B. m. m. c.[6] | Orfito et Prisco cos.[7]

Romae (VI 10235 vidit Henzen). — 1) *Quoquo (versus).* — 2) *Liberis libertis.* — 3) *Excipitur.* — 4) *Aeramenta* (?). *Aeramenta (cf. II 1071. 1478:* lacus cum aeramentis) *et funis necessaria sunt ad aquam ex puteo hauriendam (Wilm.).* — 5) *Cf. supra N. 7249. VI 19949.* — 6) *Bene merenti memoriae causa? (Orell.).* — 7) *A. 149.*

8365 L. Apisius C. f. Scaptia Capitolinus | ex testamento fieri iussit monumen. | arbitratum *(sic)* heredum meorum sibi et suis, | [*et*] . . . . . . iu . . . nutrici [*me*]ae bene meritae,

C. Apisio C. l. | Epaphraé patri; | C. Apisio C. f. | Capitóni frát.; | C. Apísio C. l. | Felici tataé. | Huius monu. | dolus mal. | ábesto et | iuris consult.[1]

Osciae Ↄ. l. Primigeniae | matri; *(viri duo sedentes ad tabulam, in qua posita est arca foramine, ut videtur, claustri insignis)*

Apisiae C. f. | Restitutae | sorori; | et libertis | libertábusq. | meís posterisq. | eorum. | In ag. p. XII, | in fr. p. XXIV.

In hoc monumento itus aditus ambitus libertis libertabusq. meis omnib. | pateat. Heres clavem[2] dato ad sacrificia facienda quotiensquomque opus erit.

Romae (VI 12133 vidit Henzen). — 1) *Similiter VI 8861. 8862. 10525.* — 2) *Cf. N. 7912. 8378.*

8366 . . . . . . [*i*]n cuius | [*loci et*] monimenti reliqui|[*aru*]mque suarum culturam | [*dedi*]t libertis libertabus|[*que s*]uis usum fructum insulae | . . . alatianae partis quartae et | quartae et vicensimae quae iuris | sui esset, ita ut ex reditu eius insu|lae quodannis die natalis sui et | rosationis et violae[1] et parentalib.[2] | memoriam sui sacrificis quater in an|num factis celebrent, et praeterea omnib. k.[3], | nonis, idibus suis quibusq. mensib. lucerna | lucens sibi ponatur incenso inposito.

**Romae, iam Londinii (VI 10248 vidit Huebner).* — 1) *Cf. supra N. 7213 v. 15 (not. 27. 25).* — 2) *Cf. N. 7258. 7267; item N. 1919.* — 3) *Kalendis.*

8367 d. m. | liberorum ac con|iugibus Publici Calis|ti et ipsius consecratum | cum bese vineae arep.[1], | ex cuius reditu omnib. | annis prolibari volo | ne minus XV v. se.[2] | H. t. h. n. s.[3]

Deae Augustae (XII 1657 vidit Hirschfeld). — 1) *Arepennis (vox Celtica,*

significans semiiugerum; cf. III S. 10275 cum nota Mommseni; Columella 5, 1, 6; Gromat. p. 372, 17; Isidor. orig. 15, 15, 4). — 2) *Quindecim vini sextariis? (Hirschf.).* — 3) *Hic tumulus*(?) *heredem non sequitur.*

8368 L. Granius Pudens veter. | ex coh. VII pr. d.[1] Ӿ $\overline{\text{VIII}}$[2] d. p.[3], | ut gens eos Ӿ in usu|ris dent et die n̄.[4] festo | sollemne oleum in | lucerna quem dedi | d. p.[3] ex usuris praes|tetur, d. i. M.[5]

Montalcino (prope Senam) rep., est Florentiae, tabula ahenea (XI 2596 vidit Bormann). — 1) *Dedit.* — 2) *Denarium octo milia.* — 3) *De proprio? (Borghesi).* — 4) *Nostro?* — 5) *Dis inferis Manibus?*

8369 L. Ogius | Patroclus | secutus | pietatem | col. cent.[1] | hortos cum | aedificio huic | sepult. a[2] iunctos | vivos donavit, ut | ex reditu eor. lar|gius rosae et esce[3] | patrono suo et | quandoque sibi | ponerentur *(ascia, perpendiculum, arbor cum avibus).*

Torcelli, fortasse Altini rep., iam Venetiis (V 2176 vidit Mommsen). — 1) *Collegii centonariorum.* — 2) a *littera errore posita, sed mox deleta.* — 3) *Cf. N. 6711. 8371. Marquardt Staatsverw. III (ed. 2) p. 311 seq.*

8370 Valeriae Ursae quae vixit | mecum annos XXX men. III d. VII, | quae coll.[1] fabror. agellu Aeseianum suum | mancipavit se viva ex demid. port.[2] sua s. s.[3], ita ut ex red|itum eiusde agelli q. a.[4] silie[5] coniugi suo id est pri. k. Mar.[6] | diae natalis eius, item pr. k. Mar. diae natalis sui, sing.[7] | ex X L[8] per magistros celebrent., item diebus parentalio|rum[9] et rosalior.[10] in sing. ex X X[X]V [*pr*]o[*f*]us.[11] in p[*er*]petu. [*fie*]rent. | Item qua et[12] coll. farmac.[13] publicor. agellu ... ive .. ianu | suum mancipavit se viva, ut ex redit. eiusde agell. q. a.[4] | silie coniugi suo id est VIII k. Nov. diae natal. eius, item pr. k. Mar. | diae natalis sui ut ex Ӿ L per magistr. celebrentur, item diebus | parentalior. et rosal. in sing. ex Ӿ XXV in perpetum fier[*e*]nt. *(A latere)* M. Ulpius | Fortuni|us coniu|gi casti|simae.

Brixiae (V 4489 vidit Mommsen). — 1) *Collegio.* — 2) *Portione.* — 3) *Supra scripta? (sed non habet id quo referatur).* — 4) *Quotannis.* — 5) '*Siliae videntur esse epulae mortuariae notae sub nomine silicernii, quod vocabulum recte iam antiqui derivant a silendo*' *Momms.* — 6) *Error in die natali mariti, qui fuit a. d. VIII kal. Nov., cf. infra.* — 7) *Singulis.* — 8) *Denariis quinquagenis.* — 9) *Cf. N. 8366 not. 2.* — 10) *Cf. N. 9366, item N. 8371 seq.* — 11) .. uobus *excepit Mommsen.* — 12) *Quae et?* — 13 *Pharmacopolarum.*

8371 d. m. | C. Vettonius Fabia Maximus veteranus | ex militia reversus vivos ipse sibi fecit, inque memoriam | sui et colende sepulture rosis et escis paganis Misquilen.[1] | HS n. ƉCCC dedit, ex cuius summe reditu rosam ne minus ex | HS n. XVI posuisse vellint et reliquum quot est ex usuris es|cas rosales et vindemiales omnibus annis poni sibi voluit | et loco uti iussit *(in lateribus scuta singula, hastae binae).*

Villa di S. Illaria prope Asolo Venetiae, arca (V 2090 p. 1068 saepius descripta saec. XVI—XIX). — 1) *Pagus Misquilensis praeterea ignotus.*

8372 d. m. | P. Virucate | P. f. Maximi et Valeriae | P. f. Ursae,

P. Virucate | Maxim[*i*]n. et Tertius par|entib. b. m., quorum | ob memor. dederunt coll. ñ. | V. A. consist.[1] HS IIII ñ., ut ex | reditu eius[2] quodannis | rosas eis deducantur[3] et | cibos ponendum[3] secus vete|rem consuetudinem. | H. m. h. n. s.

Peschierae (Arilicae, cf. supra N. 6711) rep., nunc Veronae (V 4017 vidit Mommsen). — 1) *Collegio nautarum Veronensium Arilicae consistentium.* — 2) *Insere* summae. — 3) *Scr.* deducant, ponant.

8373 item dedit coll. | naut. Arilic.[1] HS XII n., | ut ex eius sum. redit. | rosal.[2] et parent. Iusto f., | Iustae uxori, et sibi om. | an.[3] in perpetuom procur.[4] | Et adiecit Pontia Iusta isd. | colleg.[5] in memor. Fortunatae | lib. ob eand. causam HS n. ĐC | et ut monimentum remund.[6]

Olim prope Peschieram (cf. ad eam quae praecedit), nunc Veronae (V 4016 vidit Mommsen). — 1) *Collegio nautarum Arilicensium.* — 2) *Rosalia. Cf. N. 8370 not. 10.* — 3) *Omnibus annis.* — 4) *Procurentur.* — 5) *Isdem collegiatis.* — 6) *Remundent.*

8374 P. Etereio P. f. Q.[1] Quadrato | Etereia Aristolais mater statuam posuit, | ob cuius dedicat. col[*l.*] cent. | epulum ex more ded.[2], item X L[3], | [*it*]a ut ex usur. quodann. in perpet. | die natal. Quadrati V id. Apr. | ubi reliquiae eius conditae sunt | sacrificium facerent ansare[4] et libo | et in templo ex more epularentur | et rosas suo tempore deducerent | et statuam tergerent et coronarent; | quod se facturos receperunt.

Nizzae (V 7906 bis descripta saec. XVI. XVII; restituit Mommsen). — 1) *Quirina (tribu).* — 2) I ded., 3) X Ī L *alterum exemplum, in altero haec omissa.* — 4) *Sic ex. I,* an fare *ex. II. De ansere cogitavit Mommsen.*

Hanc et duas quae sequuntur non stetisse in sepulcris apparet; nihilo minus eas hoc loco recepimus.

8375 Iulianii v. [*c.*] | Postumio Iuliano c. m. v.[1] ob meritum amorem et religi|onem quam erga cibes universus habere satis dig|natus est; quiquae[2] testamento suo memor. | honorificentiae n[*ostr*]ae memoriae reti|nes testamentoque [*suo ka*]sa cui vocabulum | est Fulgeritam ter[*r. Prae*]nestino nobis uni|versis cibibus, quos magna adfectione di|ligebat, reliquit; cuique ob eadem contempla|tione dignissimo patrono, cuius omnes requi|mus *(sic)* defensionem et viñdicium, statuam promp|to animo erigendam censuimus, adq. ob nimio | amore civico secundum[3] in anno vel amplius universi | civves Prae.[4] aepulum celebraturi[5]. Expl. tesm. partis[6]. | 'Pos. Iulianus v. c. sanus salbus, sana quoq. mente in|tegroq. consilio, memor condicionis omane, testamentu | feci'. Inter cetera 'cibibus Prae. omnibus dari bolo ex | massa Prae. kasam cui vocabulum est Fulgerita | regione Camp. terr. Prae., ita ut ad memorim *(sic)* | meam per singulos annos sine dubio colant | spiritum meum, ita tam. ut conlocent statua nomin. | mei in foro et hoc ipsu expl. testam. ascribant ibi et non | habt. potest. dextraendi[7]; ut si quado alienari boluerint, | fiscus

possideat'. *(In latere)* defunctus XVI kal. Dec. | dn. Arcadio Aug. et Bautoni | v. c. conss.[8] | Dd. die IV nonas Mar. | coss. ss.[9]

Praeneste rep., ubi forum oppidi fuisse putatur, est Romae (XIV 2934 vidi). — 1) *Clarissimae memoriae viro.* — 2) *Quique.* — 3) *Bis.* — 4) *Praenestini.* — 5) Sc. *sumus.* — 6) *Exemplum testamenti partis.* — 7) *Distrahendi.* — 8) *A. p. Chr. 385.* — 9) *Suprascriptis (sed intelleguntur consules subsequentes).*

8376 [*Ar*]lenii[1]. | P. Aelius Apollinaris Arlenius, natus die | IIII kal. Nob., honeste vita moribus adque | litteris educatus, cum die VIII kal. Iulias | agens annum octavum decimum caelo | desideratus corporeo carcere libera|retur, petit adque impetravit a Publio | [*A*]elio Apollinare v. p.[2] patre suo, actore cau|sarum, preside provinciae Corsicae, prae|fecto vigilibus, uti fundum q. [*a.*][3] ad duas casas[4] | con[*f*]inium territorio Praenestinorum | daret ac traderet collegiis Praenesti|[*nae*] civitatis ea condicione, ut isdem vel | [*qu*]ique in eorum iura corpusque successerit | [*a*]balienandi quocumque pacto potestas | non esset, sed ex ipsius fundi fructibus con|[*v*]ivia bis annua diebus supra scriptis exhi|berentur; et quo auctior esset eiusdem | voluntas, petit a supradicto patre suo, | ut quinque milibus follium horti sibe | possessio conpararetur, quae eorum | iuri adque corpori cum supradicta | condicione traderetur, adque ita ob c. *(sic)* | causa s̄. s̄.[5] in fundum s̄s̄.[6] et hortos conparatos | supra dicto modo pecuniae | omnes collegiati inducti sunt; prop|ter quod veneficium collegiati omnes | statuam eidem togatam | in foro conlocarunt.

Praeneste rep., ibi ubi forum fuisse putatur (Gatti Notizie degli scavi 1903 p. 576). — 1) *Hoc scriptum in plintho basis.* — 2) *Viro perfectissimo.* — 3) *Qui appellatur (antea in lapide fuisse dicitur* qua . . duas *cet.).* — 4) *Fundos huius nominis duos enumerari in catalogo fundorum a Constantino ecclesiae Romanae donatorum, in libro pontificali vit. Silv., monuit Gatti, eorum alterum fortasse non diversum ab hoc, contermino finibus Praenestinis (sed cf. Huelsen Roem. Mitth. 1904 p. 150).* — 5) *Causa(m) supra scriptam.* — 6) *Supra scriptum.*

8377 exemplum codicillorum. | Have mihi, domine pater; | vale mihi, domine pater! | Cum ad te haec dictarem, infelicis|simum te aestimavi, ut eras cum me | hoc mitteres. Peto ut monumentum | mihi facias dignum iuventuti meae. | A te peto Eutychianum alumnum | meum manumittas vindictaque | liberes, item Aprilem servum meum, | qui solus ex ministerio meo superavit. | Scripsit *(sic)* XV kal. April. Sirmi, | L. Calpurnio Pisone P. Salvio Iuliano cos.[1]

Cephaloedii (Cefalù) in ora Siciliae (X 7452 vidit Mommsen). — 1) *A. p. Chr. 175.*

8378 si quis ex iis qui supra scripti sunt cum | moriar non vivet[1], sive post mortem me|am morietur, tum qui reliqui erunt in eo|rum locum qui mortui erunt alios per suf|fragia substituant[2] quos dignissimos | putaverint dum non minus in perpetu|um triginta sint, liceatque iis qui praesentes esse iis diebus non poterunt, in | locum suum convivam ex

amicis suis | mittere; eiusque maesolei claves duae pe|nes aliquem libertorum meorum et cura|torem cuiusque anni sint. Substitúti: | T. Roucius Maternus, | C. Licinius Sotericus, | *(et alii septem).*

Nemausi (XII 5861 vidit Hirschfeld). — 1) *Ex testamento haec superesse apparet; cum autem lapis integer sit, nomina testatoris et heredum in alio lapide scripta fuisse necesse est (aut partem tantum testamenti publice propositam fuisse).* — 2) *Similiter in titulo Acmoniensi quem edidit Ramsay Revue des études anciennes (Bord.) 1901 p. 273, correxit Chapot ib. 1902 p. 79 cf. p. 267:* [τῆς δὲ δ[ιανομῆς με[τ]έχ[ειν] καὶ [τοὺς προστεταγ]μένους ὑπὸ τοῦ Πραξίου πρὸς τῷ μνημείῳ αὐτοῦ ἀπε[λευθέρ]ους ἕξ, ἀνταριθμεῖσθαι δὲ ἐς τὸν τῶν τελευτώντων [τόπον] κτλ. *Adde ex titulo Dacico III S. 14493, qui item superest ex testamento, v. 6 seq.*

Testamentum Galli Lingonis.

8379 .... [*cellam quam* | *a*]edificavi memoriae, perfici volo[1] ad exemplar quod dedi ita ut exe|[*d*]ra sit eo [*loco*][2], in quo statua sedens ponatur marmorea ex lapide | quam optumo transmarino v[*el*][3] aenea ex aere tabulari quam optumo | alt[*a*][4] ne minus p.[5] V. Le[*c*]tica[6] fiat sub exedra et II subsellia ad | duo latera ex lapide transmarino. Stratui ibi sit quod sternatur | per eos dies, quibus cella memoriae aperietur, et II lodices et cervi|calia duo par. cenator.[6a] et aboll[*ae*] II [*et*] tunica[7]. Araq. ponatur ante | id aedific. ex lapide Lunensi quam optimo sculpta quam optume, | in qua ossa mea reponantur. Cludaturq.[8] id aedific. lapide Lu|-nensi ita ut facile aperiri et denuo cludi possit. Colaturq. id ae|dificium et ea pomaria et lacus arbitratu Philadelphi et Veri liber|torum meorum[9] impensaq. praestetur [*ad*] reficien[*d*]um restituend., si quid | ex iis vitiatum corru[*p*]tumq. fuerit; colaturq. a trib. topiaris et | discentib. eorum, et si qui[*s*][10] ex iis decesserit decesserintve subtra[*c*]|-tusve erit, in vicem eius eorumve alius al[*i*]ve[11] substituant.; accipi|ant[*q*]ue singuli ex trib. tritici modios LX in ann. sing. et vesti|ar. nomine ✳ XX[12]. Aquila autem nepos meus et h.[13] eius haec prae|stare debeto debento. I[*n*]scribanturq.[14] in aedificio extrinsecus | nomina mag.[15] quib. coeptum erit id aedificium et quot annis vixero. Si | quis alius aliave unquam in iis pomariis, quemadmodum eos | [*hortos det*]er[*minavi et l*]acum [*margine*] in[*cl*]ussi[16], combustus | sepultusve confossusve conditusve consitusve[17] propiusve iis po|m[*a*]ris [*p(edes) mille? erit sive aliquis*][18] aliquid adversus ea facturus fuerit quae s. s. s., id h. | h.q.[19] mei[20] d. [*d.*][21] esto sunto ea omnia ita fieri neq. aliter fieri. Loco | autem huic lex haec in perpetum dicitur, neq. quisquam post me do|minium potestatemve eorum locorum habeto nisi in hoc [*ut*][22] melius co|lantur et conserantur perficianturq. Aditum [*itum actum ad id aedificium* | *habeant quicumque*][23] ad id colen[*d*]um[24] pedib. et vehiculis et staticulis | [*adibunt* ....[25] *Si quis*] | combustus

suffossusve moniment[*um*]ve[26] factum illatave ossa propius [*p*(*edes*)] m(ille) pon[*e*] | ve[*l*] ant[*e*] qui[*d*]v[*e*][27] factum fuerit [*in*] iis[28] pomariis et locis et s[*a*]eptis eorum, que[*m*]|-admodum supra scripsi, Sex. Iul. Sex. Iuli Aquilini fil. Aquila[29] et h. h.q.[30] eius, | s. s. s.[31] [*si per eum eosve steterit, quod*][32] ita factum non fuerit adversusve aliquit factum fuerit, aut non caver[*int*] | ab herede heredibusque suis, ut ita omnia serventur, quemadmodum s. [*s., d. d.*] | d. e. s. [*r.*] public.[33] civitatis Ling.[34] HS n. $\overline{C}$[35]. Haec poena omnibus domini[*s*] | huius possessionis in perpetu[*m*][36a] inferatur[36]. Omnes autem liberti mei et liber[*tae*], | quos et vivos et quos hoc testamento manumisi, stipem conferant | quot annis singul[*i nummos* ... *Et*][37] Aquila nepos meus et [*h.*[38] *eius*] pr[*a*]este[*t*] quot anni[*s n*(*ummos*) . . .] | ex quibus edulia [*quisq. sibi*][39] paret et potui, quod profan[*e*]tur[40] infra ante ce[*l*]|lam memoriae quae est Litavicrari[41], et ibi consumant . . . .[42] | morenturque ibi donec eam summam consumant. Vicibus ex se cura|-tores ad hoc officium nominent, qui id officium annu[*um*][43] habeant habe|antque potestatem exigendi hos nummos; mandoque hanc curam | Prisco, Phoebo, Philadelpho, [*V*]ero; pos[*t obitum me*]um (?)[44] [*ii*] curatoresqu[*e*] ita nom[*i*]|nati [*sacrificent?*] quotannis in ara quae s. s.[45] est kalendis Aprilibus Maiis Iu|niis Iuliis August.[46] Octobri[*b.*]. Mando autem curam funeris mei [*et*] exequia|-rum et rerum omnium et aedificiorum monumentorumque meorum Sex. | Iulio Aquilae[47] nepoti meo et Macrino Regini f. et Sabino Dumnedor[*ig.*][48] | f. et Prisco l. m.[49] et procuratori, et eos rogo agant curam harum reru[*m*] | omnium, eorumq. probatio sit earum rerum, quas iussi post mortem | meam fieri. Volo autem omne instrumentum meum quod ad ve|-nandum et aucupandum paravi, mecum cremari[50] cum lanceis glad[*i*]i[*s*][51] | cultris retibus plagis laqueis [*k*]alamis[52] tabernaculis formidinibus | balnearibus lecticis . . . . .[53] sella gestatoria et omni medicamento [*et*] | instrumento illius studi, et navem liburnam e[*x*] sc[*i*]r[*p*]o[54], ita [*ut*] in|de nihil subtrahatur, et vestis polymit. et plumari[*ae*] quod[55] . . ., | quidquid reliquero, et stellas omnes ex cornibus alcinis . . . .

Apud Lingones Gallos (Langres), provinciae Germaniae superioris, sine dubio rep. (cf. not. 34), sed traditur sine ulla loci indicatione (XIII 5708 semel descripta, quod apographum servavit folium membranaceum saec. X bibliothecae Basileensis, repperit Wackernagel, edidit primus Kiessling programm. univ. Basil. 1863; tractaverunt de Rossi bull. arch. crist. 1863 p. 294 seq.; Huebner ann. inst. 1864 p. 200 seq., repetivit Wilmanns ex. inscr. 315). Versuum divisio ignoratur (indicavi et numeravi versus codicis). — 1) *Apparet superesse haec ex testamento quod in lapide iuxta sepulcrum incisum fuisse putandum est. De tempore cf. not. 29.* — 2) loco *inseruit Mommsen.* — 3) ubi *traditur.* — 4) altam *traditur.* — 5) *Pedes.* — 6) legtica *traditur.* — 6a) *Paria cenatoria.* — 7) & abollet II tunica *traditur.* — 8) cl. udaturq., *correctum ex* clandaturq., *ms.* — 9) *Iidem etiam infra memorantur (v. 42).* — 10) si quid, 11) aliove *ms.* — 12) *Denarios triginta* (XXX *traditur).* — 13) *Heredes.* — 14) iii scribanturq. *traditur.* — 15) *Magistratuum.* —

16) .....eri.....acumii..... indussi *traditur; sic ut supra supplevit Momms.* — 17) *Vocabulum videtur corruptum.* — 18) *Haec vel similia excidisse apparet.* — 19) *Heres heredesque.* — 20) *Insere* heredis. — 21) *Damnas damnates.* — 22) *Supplevit Kiessling.* — 23) *Lacuna in codice; suppl. Kiessl.* — 24) colentiū *ms.* — 25) *Interciderunt nonnulla (incipit codicis pagina altera).* — 26) monimentive *ms.* — 27) propius imponi | queant quibus *ms., correxit Mommsen.* — 28) ibi iis *ms.* — 29) *Civitatem Romanam hos homines adeptos esse per Sex. Iulium Frontinum, cui bello Civilis (a. 70) civitas Lingonum se tradiderat (Frontin. strateg. 4, 3, 14), coniecit Huebner. Quod si ita est, testamentum circa Traiani aetatem factum esse videtur.* — 30) *Heres heredesque.* — 31) *Supra scriptus scripti.* — 32) *Supplevit Momms.* — 33) quemadmodnm s. | desit public. *traditur. Lege: quemadmodum supra scripsi, dare damnas damnates esto sunto rei publicae.* — 34) *Ex hoc loco apparet, inscriptionem stetisse intra fines Lingonum, et testatorem fuisse Lingonem (natione Gallum eum fuisse etiam aliis rebus indicatur, cf. not. 48. 50).* — 35) C *traditur,* C̄ *fuisse monuit Kiessling.* — 35[a]) perpetua *traditur.* — 36) *Imponatur.* — 37) *Supplevit Kiessling.* — 38) *Heres.* — 39) *Supplevit Momms. (in codice erasa nonnulla).* — 40) pfane itur *ms.* — 41) *Nomen loci ut videtur Gallicum. Simile nomen deae supra N. 4555.* — 42) *Spatium vacuum in codice.* — 43) annua, *ex eo factum* annui, *cod.* — 44) ero pos....ū *codex (quem nuper examinavit Duemmler), post* pos *litteras evanidas* teris eorū, *sed secundis demum curis, legere sibi visus erat Kiessling.* — 44[a]) curatores qui *codex.* — 45) *Supra scripta.* — 46) Septembr. *num exciderit, incertum.* — 47) *Cf. not. 29.* — 48) *Nomen Gallicum. Apparet hos nondum fuisse cives Romanos.* — 49) *Liberto meo.* — 50) *Conferendus Caesar b. G. 6, 19, 4: omnia, quae vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt (Galli); similiter Mela 3, 2, 19. Defunctum apparet venandi studiosum fuisse.* — 51) gladei .. *traditur.* — 52) thalamis *traditur (vocabulum in margine codicis adiectum), correxit Hercherus collato Mart. 14, 218.* — 53) *Spatium vacuum in codice.* — 54) & scurfo *ms., correxit Kiessl., collato Plin. h. n. 7, 206.* — 55) plumari quod *traditur; restitutio non certa.*

Ex testamento Dasumii.

8379[a] .... [*amicis meis*] infra scriptis qu[*isquis mihi heres erit* | *dare damnas esto singul*]is auri p.[1] libras: Iuli[*o*] ..... | ...... no, Volusio Iuliano, ... | .... [*Plinio*][2] Secundo, Cornelio [*Tacito*][2] .... | .... [*A*]uspicato. *(Post alia)* Dasumiae Syche[3] nutric[*i do lego*] .... | ....

Romae ad viam Appiam rep., tabula ingens versuum centum triginta quattuor, sed ex quorum unoquoque paucae tantum litterae supersunt; proposui paucorum tantum versuum (v. 14—18. 35) reliquias (VI 10229 vidit Henzen, supplevit Mommsen; antea tractaverunt Borghesi opp. 6, 421 seq. et Rudorff Zeitschrift f. Rechtsgesch. 12, 1845 p. 301 seq.). Tabula continebat testamentum factum anno 108, cuius consules leguntur v. 124; testamentum esse Dasumii, qui consul fuerat circa a. 103, probabiliter coniecit Borghesius opp. 6, 425. — 1) *Pondo.* — 2) *Supplementa non certa sed probabilia. Tacito et Plinio in amicorum testamentis eadem legari solita esse narrat hic ep. 7, 20, 6.* — 3) *Ex nomine nutricis testatorem fuisse Dasumium probabiliter collegit Borghesius l. c. p. 429.*

Ex testamento superest etiam III S. 14493; capita ex testamentis supra N. 6468. 6469. 6647. 6818. 6957. 7196, VIII 9052. XI 4593.

8380 Velius Fidus[1] Iubentio Celso[2] col|legae[3] suo salutem. Desideri[4] fra|ter[5], Arrii Alphii Arriae Fadillae, domi|ni n. imp. Antonini Aug. matris[6], liberti | libellum tibi misi, cogniti mihi ex | longo tempore primae iubentutis. | Etiam miratus, cum ab aedibus es|sem[7], quot eo lo.[8] se contulisset, a quo | didici causa se requitionis *(sic)* set et re|ligionis magnope. a domino n. imp. | impetrasse[9]. Ita ne qua mora videa|tur ei per nos fieri, libellum subscrip|tum per eudem *(sic)* publicum sine mora | mihi remittas. Opto te salvon *(sic)* et fel[*i*]cem es. |

Exeplu. libelli dati[10]. |

Cum ante hos dies coiugem et filium ami|serim et pressus necessitate corpora eorum | fictili sarcofago commendaverim, doni|que is locus, quem emeram, aedificaretur vi|a Flaminia inter miliar. II et III euntibus a|b urbe parte laeva custodia monumenti | Fla. Thumeles, maesolaeo[11] M. S[*i*]li Orcili: | rogo, domin., permittas mihi in eodem lo|co in marmoreo sarcofago, quem mihi mo|do comparavi, ea corpora colligere, ut cuan|done ego esse desier., pariter cum eis ponar. |

[*D*]ecretum[12]: fieri placet. Iubentius Celsus | promagister subscripsi III nonas Noemb. | Antio Polione et Opimiano kos.[13], ordina[*r*]is Severo et Sabiniano cos.[14]

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 2120 cf. 32398ª vidit Henzen; cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 1047). — 1) *Homo notus etiam ex t. Heliopolitano Syriae III S. 14387ᵉ.* — 2) *Consul ordinarius a. 164.* — 3) *Sc. in collegio pontificum.* — 4) *Videtur agnomen (signum) Iuventii, quo eum collega blande appellat (coniungendum esse: desiderii libellum, i. e. libellum supplicem. coniecit Momms.).* — 5) *De fratris appellatione cf. Friedländer Sitteng. 1 (ed. 6) p. 445.* — 6) *Cf. vit. Pii 1.* — 7) *Abessem.* — 8) *Loco.* — 9) *Insere: velle. Intellege: Miratus, cum ab aedibus meis abessem, Alphium me persecutum ad eundem locum se contulisse, ab eo didici ipsum ob causam requietionis, sed et religionis magnopere a domino impetrare quid velle (Mommsen).* — 10) *Ab Arrio Alphio.* — 11) *Tam* maesolaeo *quam* a mesolaeo *legi potest.* — 12) fecretum *lapis.* — 13) *Consules suffecti praeterea ignoti.* — 14) *Consules ordinarii a. p. Chr. 155. Raro ita annus indicatur, per consules ordinarios et suffectos (Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 92 not. 3 et p. VIII not. 1).*

8381 [*d.*] m. [*s.* | *C*]ollegi|[*u*]m pon[*ti*|*f*]icum d[*e*]|crevit[1]: si e|a ita sunt | que libelo | [*c*]ontene|ntur, pla|cere per|. . . re[2] puela | [*de*] q.[3] agatu|[*r s*]acelo *(in pila altera)* [*eximere et i*]ter|[*um ex*] pra|[*escr*]ipto | [*d*]eponer|e et script|uram titu|li at prist|inam for|mam rest|ituere, pia|culo prius | dato operi|s faciend|i ove atra.[4]

Prope Tarracinam, loco antiquo, in pilis duabus, ad ingressum ut videtur sepulcri (X 8259 vidi). — 1) *Cf. Plin. ep. ad Trai. 61.* — 2) *Duae tantum litterae perierunt; nonnulla a quadratario omissa esse putat Momms.* — 3) *Puellam de qua.* — 4) *Cf. Paulus sent. 1, 21, 4: qui corpus perpetuae sepulturae traditum vel ad tempus alicui loco commendatum nudaverit et solis radiis ostenderit, piaculum committit. Supra N. 1792.*

8382 d. m. s. *(ascia)* | Fl. Probincia fecit sibi | — T. Coelius Sentinianus For. | Cor.[1], 7 coh. II vig., petit a ponti|fices, ut sibi permitterent | reficere[2] n.[3] monumentum | iuris sui — lib. libertabusque, | sibi et suis posterisque | eorum.

Romae (VI 2963 saepius descripta saec. XV. XVI). — 1) *Foro Cornelii.* — 2) *Cf. Ulpian. Dig. 11, 8, 5: pontifices explorare debebunt, quatenus salva religione desiderio reficiendi operis medendum sit. Cod. Theod. 9, 17, 2. VI 35068:* permissu pontific. refec. *Supra N. 8110.* — 3) *Novum? (Orell.).*

8383 d. m. | Marcia Augurina sepul|crum parentum suorum | vetustate conrup|tum permissu pontificum | c. v. restituit, libertis lib|ertabusque posterisque eo[*r*]|um. Hic monimentus extra|neu herede non sequitur.

Romae rep. in coemeterio Callisti (VI 22120 vidit de Rossi).

8384 Heraclides Menedoti f. | Calliste matri suae et | Menedoto fratri l. l. l. p. o. m. s.[1] | Ti. Plautius Lupus, | Ti. Plautius Euaristus, | M. Plautius Synecdemus | hoc monumentum suum | violatum vindicarunt et | restituerunt[2] nonmina *(sic)* | obitorunt *(sic).*

Romae, iam Perusiae (VI 19293. X 5736 vidit Bormann). — 1) *Libertis libertorumque libertis posterisque omnibus?* — 2) *Cf. XIV 1246:* qui convicerunt et titul. restituerunt.

8385 . . . .|mus Pal. Pri|scus | fil. dulcissi|mae hunc | [*ti*]tulum ne qua | ei loci contro|versia quan|done fieret, | defodit.

Romae (VI 25048. 29910 vidit Henzen).

8386 . . . . Carpus, ... | Aelius . . . ., Aelius Dignus, | Paccius Charito et socii | hoc cepotaphium muro cinctum | cum suo iure omni ex auctoritate | et iudicio pontificum possederunt.

Romae (VI 10675 servavit Fabrettius).

8387 d. m. | T. Aelius Victorinus vivo se ex arka | pontificum[1] comparavit, sibi et | Marciae Apolaustidi coniugi | suae incomparabili, cum qua | vixi sine ulla iracundia, et | lib. lib. posterisquae aeorum *(sic)*, | aditis tribus.

Romae (VI 10812 vidit Henzen). — 1) *Mira hoc loco mentio arcae pontificum (diversa arca publica supra N. 7875). Cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 72 not. 1.*

8388 d. m. | Arriae Apolloni|ae parenti et patr.[1], et | Arriae Telesphoridi | coniugi virginiae, q. v. | annis XXXXV, fecit Cn. | Arrius Abascantus | sibi et Arriae Phone filiae suae et lib. | lib. q. post.q. eor. In hoc monumento sive | sepulc. corp. per aedil. inferri licebit[2].

Romae (VI 12389 bis descripta saec. XVI). — 1) *Patronae.* — 2) *Cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 510 not. 1.*

8389 dis man[*ibus sacr.*] | Iuniae L. f. Cele[*rinae matri et aviae?*] Ti. Ti. Claudii Euschemus et Prim[*itivus*], | Claudiae Quiane[1] Euschemus sorori, | Primitivus matri, | Euschemus consobrinae Samiariae Arethusae; | isdem corporibus tralatis perm. trib. pl.[2], et | Ti. Claudio Epaphrodito tatae bene me. fecer. | et sibi et suis libertis libertabus posterisque | eorum.

Romae (VI 20863 descripserunt Smetius aliique). — 1) Κυάνη? (Momms.). — 2) Permissu tribunorum plebis (hos similiter ut pontifices, cf. N. . . ., permittere potuisse corpora transferri, alibi non traditur. Cf. Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 329.

8390 Egnatiae A. f. Aul[*inae*] . . . | flaminicae in colonia C . . . . .[1] | provinciae Narbone[*nsis*]; | L. Caecilio L. f. Pom. Long[*o, cuius*] | corpus pontificum perm[*issu ex vetere?*] | monimento in hoc tral[*atum est*]. | Egnatia Aulina mammae s[*uae*] | et Q. Vibio Crispi l.[1] A . .

In Sabinis, loco dicto Frasso prope Trebulam Mutuescam (IX 4881 bis descripta saec. XIX). — 1) l . . . alterum exemplum. — 2) Patronus fuit Q. Vibius Crispus nobilis orator, de quo cf. Tac. ann. 14, 28 cet.; Prosopogr. imp. Rom. II p. 420 n. 379.

8391 [*in his*] aedificis et locis | [*adi*]acentibus aedificis, sive is locus ager est, | [*P.*] Aeli Rufini militis | [*omni*]bus[1] se possessorem esse ex causa emptionis P. | Aeli Abascanti, patris sui, Alfenio Senecioni subpraef. | class. pr. Mis.[2] probavit et meruit sententiam, quam ius|su eiusdem Senecionis subpraef. huic titulo proscripsit. |

Senecio c. c. c.[3] dixit: | Necessariam fuisse inspectionem aedificiorum et | loci, de quibus apu[*t*] me actum est, re ipsa manifestatur. | Cum igitur aedificia solo puro posita deprehende|rim neque ullo sepulchro superposita vel coniuncta, ap|paret venditionem eorum iure factam, ideoque ad Aelium | Rufinum militem ex causa emptionis pertinere videntur. | Loci vero sive agri, quem adiacentem aedificis Aelius Abas|cantus, pater Rufini, ab heredibus Patulci Diocletis aeque | mercatus est, cum habeat plurima et dispersis locis sepul|chra, ius per venditionem transferri ad emptorem | non potuit. Set cum pater Rufini et postea Rufinus, quam|quam non iure facta emptione, semper in possessionem | fuerint, nullo iure eum locum vindicare sibi Patulci pos|sunt. Plane cum in re praesenti inspexerim [*cippum ubi nomen*] | erasum[4] Patulci dicunt, remanere [*tamen vestigia scripturae*] | exprimentia haec verb[*a . . .*

Puteolis, postea Neapoli (X 3334 saepius descripta saec. XVI; plerique adnectunt supplementa Neapoli ad lapidem antiquum adiecta). — 1) Melius dixisset: Horum aedificiorum . . . omnium P. Aelius Rufinus miles. — 2) Subpraefecto classis praetoriae Misenensis. Idem ut videtur VIII 9046. Filius eius videtur esse supra N. 2618. 5899. — 3) Cum consilio collocutus. — 4) Titulus sepulcralis, in quo Patulciorum nomina erasa erant, extabat Neapoli tempore Accursii X 2826.

8392 d. m. L. Ofillius | Artemidorus | vius *(sic)* sibi fecit | secus[1] Curtia P. f. Tyche | coniug. simplicissim. sua, | cum quem *(sic)* vix. an. IIII sine | querell., et contra Ofillia | Vitali filis *(sic)* dulciss. sua | ex Caulia Ianuaria matr., | et Lucii Septimanus et Euty|ches filii fecerunt patri | optimo cum Sulpicia L. f. | Valentina uxore eius. | Quisq. autem secus[2] ara igne fecer., | sciat se ad pontifices disputaturu.

Romae (VI 35987 = Notizie degli scavi 1885 p. 226). — 1) *Secundum, iuxta.* — 2) *Aliter ac.*

Laudationes funebres.

8393 . . . . . . [*u*]xoris[1].

(Pag. I).

. . . . *mo*]rum probit[*ate* . . . . .|rum. . . . . permansisti prob . . . . |

(3) Orbata es re[*pente ante nuptiar*]um diem utroque pa[*rente in penatium soli*]|-(4)tudine una o[*ccisis. Per te maxi*]me cum ego in Macedo[*niam*[2] *abissem*], | (5) vir sororis tua[*e C. Cluvius*[3] *in A*]fricam provinciam, [*non remansit inulta*] | (6) mors parentum. |

(7) Tanta cum industria m[*unere es p*]ietátis perfuncta ef[*flagitando inquirendo*] | (8) vindicando, ut, si praes[*to fu*]issemus, non ampliu[*s praestitissemus. At*] | (9) haec habes communia cum [*s*]anctissimá feminá s[*orore tua.*] |

(10) Quae dum agitabas, ex patria domó propter custodia[*m pudicitiae, sumpto*] | (11) de nocentibus supplicio, e vest[*i*]gio te in domum ma[*tris meae*[4] *contulisti, ubi*] | (12) adventum meum expectast[*i*]. |

(13) Temptatae deinde estis, ut testamen[*tum patris*], quo nos eramus heredés, rupt[*um diceretur*] | (14) coemptione facta cum uxore[5]: ita necessario te cum universis pat[*ris bonis in*] | (15) tutelam eorum, qui rem agitabant, reccidisse: sororem omni[*um rerum*] | (16) fore expertem, quod emancupata esset Cluvio. Qua mente ista acc[*eperis, qua iis prae*]|-(17)sentia animi restiteris, etsi afui, conpertum habeo. |

(18) Veritate caussam communem [*t*]utata es: testamentum ruptum non esse, ut [*uterque potius*] | (19) hereditatem teneremus, quam omnia bona sola possiderés, certá qui[*dem sententia*] | (20) te ita patris acta defensuram, ut si non optinuisses, partitúram cum s[*orore te existi*]|-(21) mares: nec sub condicionem tutelae legitumae venturam, quoius per [*legem in te ius non*] | (22) esset, neque enim familia[*e*] gens ulla probari poterat, quae te id facere [*cogeret*]: | (23) nam etsi patris testamentum ruptum esset, tamen iis, qui intenderen[*t. non esse id*] | (24) ius, quia gentis eiusdem non essent.

(25) Cesserunt constantiae tuae neque amplius rem sollicitarunt: quo facto [*reverentiae in patrem*], | (26) pietatis in sororem, fide[*i*] in nos patrocinium succeptum sola peregisti. |

(27) Rara sunt tam diuturna matrimonia finita morte, non divertio in[*terrupta: nam contigit*] | (28) nobis, ut ad annum XXXXI[6] sine offensa perduceretur. Utinam vetust[*um ita extremam sub*]|-(29) isset mutationem vice m[*e*]a, qua iustius erat cedere fato maiorem. |

(30) Domestica bona pudici[*t*]iae, opsequi, comitatis, facilitatis, lanificiis[7] tuis [*adsiduitatis, religionis*] | (31) sine superstitione, o[*r*]natus non conspiciendi, cultus modici cur [*memorem? cur dicam de tuorum cari*]|-(32) tate, familiae pietate, [*c*]um aeque matrem meam ac tuos parentes co-l[*ueris eandemque quietem*] | (33) illi quam tuis curaveris, cetera innumerabilia habueris commun[*ia cum omnibus*] | (34) matronis dignam f[*a*]mam co[*l*]entibus? propria sunt tua, quae vindico ac [*quorum pauci in*] | (35) similia inciderunt, ut talia paterentur et praestarent, quae rara ut essent, [*hominum*] | (36) fortuna cavit. |

(37) Omne tuom patrimonium acceptum ab parentibus communi diligentia cons[*ervavimus*]: | (38) neque enim erat adquirendi tibi cura, quod totum mihi tradidisti. Officia [*ita par*]|-(39) titi sumus, ut ego tu[*t*]elam tuae fortunae gererem, tu meae custodiam sust[*ineres. Multa*] | (40) de hac parte omittam, ne tua propria mecum communicem: satis sit [*hoc*] mi[*hi tuis*] | (41) de sensibus [*indi*]casse.

(42) [*Liberali*]tatem tuam c[*u*]m plurumis necessariis tum praecipue pietati praesti[*tisti domesticae*]. | (43) [*Feminas egregias licet facile qu*]is alias nominaverit, unam dumtaxat simillimam [*tui*] | (44) . . . . [*h*]abuisti sororem tuam: nam propinquas vestras d[*ignas eiusmodi*] | (45) . . . . [*of*]ficiis domibus vestris apud nos educavistis. eaedem u[*t condicio*|-(46)*nem dignam famili*]ae vestrae consequi possent, dotes parastis: quas quid[*em a vobis* | (47) *constitutas comm*]uni consilio ego et C. Cluvius excepimus et probantes [*liberalitatem*, | (48) *ne vestro patrimo*]-nio vos multaretis, nostram rem familiarem sub[*didimus* | (49) *nostraque praedia*] in dotes dedimus. Quod non venditandi nostri c[*aussa rettuli*, | (50) *sed ut illa consi*]lia vestra concepta pia liberalitate honori no[*s duxisse consta*|-(51)*ret exequi de nos*]tris. | (52) *Complura alia benefici*]a tua praetermittenda [*duxi* . . . .

(perierunt complura).

(Pag. II).[8]

. . . . . . [*subsi*]dia fugae meae praestitisti órnamentis | (2) [*divenditis*], cum omne aurum margaritaque corpori | (3) [*detracta trad*]idisti mihi et subinde familia nummis fructibus, | (4) [*deceptis a*]dversariorum custodibus apsentiam meam locupletasti[9]. | (5) [*Experiri vim mil*]itis[10], quod ut conarere virtús tua te hortabatur, | (6) [*destitisti: tutiorem viam tibi m*]únibat[10]

clementia eorum contra quos ea parabas. | (7) [*In tanta calamitate nulla indigna v*]ox tua est firmitate animi emissa. |

(8) . . . . . . [*ce*]rtis hominibus a Milone[11] quoius domus emptione | (9) . . . . exu[*l*] belli civilis occásionibus inrupturum | (10) . . . . *defe*]ndisti domum nostram. |

(Perierunt non pauca).

. . . . [*Iure Caesar dixit tibi acceptum esse referendum*] | (11) me patriáe redditum á se, [*na*]m nisi parasses quod servar[*et, etiam Caesar*] | (12) ínániter opés suas pollice[*ret*]ur. ita non minus pietati tu[*ae quam clementiae illius*] | (13) me debeó. |

(14) Quid ego nunc interiora [*no*]stra et recondita consilia s[*ecreto pectoris*] | (15) éruam? ut repentinís nu[*nt*]iis ad praesentia et inminen[*tia vitanda excita*]|-(16)tus tuís consiliís cons[*er*]vatus sim? ut neque audaci[*a abripi me*] | (17) temere passá[12] sís et mod[*es*]tiora cogitanti fída rece[*ptacula pararis*] | (18) sociosque consilioru[*m t*]uorum ad me servandum d[*ederis sororem*] | (19) tuam et virum eius C. Clu[*viu*]m, coniunctó[12] omnium per[*iculo? non finiam*], | (20) sí attingere coner. sat [*es*]t mihi tibíque salutáriter m[*e latuisse*].

(21) Acerbissumum tamen in ví[*ta*] mihi accidisse tuá vice fatebo[*r, reddito iam non inutili*] | (22) cíve patriae benificio et i[*ud*]icio apsentis Caesaris Augustí[13], [*quom per te*] | (23) de restitutione mea M. L[*epi*]dus conlega praesens interp[*ellaretur et ad eius*] | (24) pedés prostrata humí. n[*on*] modo non adlevata, sed trá[*cta et servilem in*] | (25) modum rapsáta, lívóri[*bus c*]orporis repléta, firmissimo [*animo eum admone*]|-(26)rés édicti Caesaris cum g[*r*]atulatione restitutionis me[*ae, auditisque verbis eti*]|-(27)am contumeliosís et cr[*ud*]elibus exceptís volneribus pa[*lam ea praeferres*], | (28) ut auctor meórum períc[*ul*]orum nótésceret. quoi noc[*uit mox quod fecit*]. |

(29) Quid hác virtute efficáciu[*s*]? praebere Caesarí clementia[*e locum et cum cu*]|-(30)stodiá spiritús meí not[*a*]re inportúnam crudelitatem [*egregia tua*] | (31) patientiá? |

(32) Sed quid plura? parcamu[*s*] órationi, quae debet et potest e[*xire, ne viliter maxi*]|-(33)ma opera tractando pa[*r*]um digne peragamus, quom pr[*o documento*] | (34) meritórum tuorum oc[*ulis*] omnium praéferam titulum [*vitae servatae*]. |

(35) Pácátó orbe terrárum, res[*titut*]á re publicá[14] quieta deinde n[*obis et felicia*] | (36)tempora contigerunt. fue[*ru*]nt optati liberi, quos aliqua[*mdiu sors invi*]|-(37)derat. si fortúna procéde[*re e*]sset passa sollemnis ínservie[*ns, quid utrique no*]|-(38)strum défuit? prócédéns a[*et*]ás[15] spem [*f*]iniebat. quid agitav[*eris propter hoc quae*]|-(39)que ingredí conata sís, f[*or*]sitan in quibusdam féminis [*conspicua et admirabi*]|-(40)lia, in te quidem minime a[*dmi*]randa conlata virtútibu[*s tuis reliquis, iam eloquar*]. |

(41) Diffídéns fécunditatí tuae [*et d*]oléns orbitáte meá, ne tenen[*do in matrimonio*] | (42) te spem habendí liberos [*dep*]ónerem atque eius caussa ess[*em infelix, de divertio*] | (43) élocuta es, vocuamque[16] [*do*]mum alterius fecunditati t[*e tradituram, non alia*] | (44) mente nisi ut nota con[*co*]rdiá nostrá tú ipsa mihi di[*gnam con*]|-(45)dicionem quaereres p[*ara*]résque, ac futurós líberós t[*e communes pro*]|-(46)qūe tuís habituram adf[*irm*]arés, neque patrimoni nos[*tri, quod adhuc*] | (47) fuerat commune, separá[*ti*]onem facturam, sed in eodem [*arbitrio· meo id*] | (48) et sí vellem tuo ministerio [*fu*]túrum: nihil seiúnctum, ni[*hil separatum te*] | (49) habituram, sororis soc[*rusve*] officia pietatemque mihi d[*einceps praestituram*]. |

(50) Fatear necessest adeó me exa[*rsi*]sse, ut excesserim mente, adeo [*exhorruisse ac*]|-(51)tús tuós, ut vix redderer [*mi*]hi. agitari divertia inter nos [*ante quam*] | (52) [*f*]átó dicta léx esset, poss[*e te a*]liquid concipere mente, qua[*re viva desineres*] | (53) esse mihi uxor, cum paene [*e*]xule me vítá[17] fidissuma perman[*sisses*]. |

(54) Quae tanta mihi fuerit cú[*pid*]itás aut necessitás habendí li[*beros, ut propterea*] | (55) fidem exuerem, mutare[*m c*]erta dubiis? sed quid plura? [*permansisti*] | (56) aput me; neque enim ced[*er*]e tibi sine dedecore meo et co[*mmuni infelici*]|-(57)tate poteram. |

(58) Tibi veró quid memorabi[*lius*] quam inserviendo mihi o[*peram dedisse te*], | (59) ut quom ex te líberos ha[*b*]ere non possem, per te tamen [*haberem et diffi*]|-(60)dentiá partús tuí alteriu[*s c*]oniugio pararés fecunditat[*em?*]. |

(61) Utinam patiente utriusqu[*e a*]etate procedere coniugium [*potuisset, donec e*]|-(62)látó me maiore, quod iu[*sti*]us erat, suprema mihi praesta[*res, antea vero super*]|-(63)stite te excederem orbitat[*e f*]iliá mihi supstitútá. |

(64) Praecucurristi fátó, delegast[*i*] mihi luctum desiderio tuí nec líbe[*ros habentem solum vi*]|-(65)rum reliquisti. flectam ego quoque sensús meós ad iudicia tu[*a, a te destinatam adoptans*]. |

(66) Omnia tua cogitata praescri[*p*]ta cedant laudibus tuís, ut sint mi[*hi documento, quantopere ego*] | (67) desiderem, quod inmort[*ali*]tati ad memoriam cónsecrat[*am tradidi*]. |

(68) Fructús vítae tuae non dérunt [*m*]ihi. occurrente fámá tuá firma[*tus animo et*] | (69) doctus áctís tuís resistam fo[*rt*]unae, quae mihi non omnia érip[*uit, cum laudi*]|-(70)bus crescere tuí memoriam [*pas*]sa est. sed quod tranquilli statús e[*rat, tecum*] | (71) ámisi, quam speculatricem e[*t p*]ropugnátricem meorum pericul[*orum cogitans calami*]|-(72)tate frangor nec permane[*re*] in promisso possum. |

(73) Naturális dolor extorquet const[*an*]tiae vírés: maerore mersor et quibu[*s modo me firmavi*][18], | (74) in necutro[19] mihi cónstó: repeten[*s p*]ristinos casús meós futurosque eve[*ntus ab omni spe de*]|-(75)cido: mihi

tantís talibusque pr[*aesi*]diis orbatus, intuens famam tuam n[*on tam fortiter pa*]|-(76) tiendo haec quam ad desider[*ium*] lúctumque reservatus videor. |

(77) Ultumum huius órationis erit omn[*ia*] meruisse te neque omnia contigisse mi[*hi ut praestarem*] | (78) tibi. legem habuí mandata tu[*a*]: quod extra mihi liberum fuerit, pr[*aestabo*]. |

(79) Te di mánés tuí ut quietam pat[*ia*]ntur atque ita tueantur optó.

Romae, tabulae ingentis duabus (vel etiam pluribus) paginis scriptae fragmenta variis locis urbis vel prope urbem reperta, unum, quod angulum dextrum superiorem totius tabulae occupabat (cf. not. 1), a. 1898 prodiit ad viae Portuensis quartum chiliometrum (VI 1527 cf. 31670 partem postremam, i. e. pag. II vv. 11—79, in villa Albania vidit de Rossi; partem a. 1898 repertam edidit Vaglieri Notizie degli scavi 1898 p. 413). Tractaverunt Mommsen Abh. der Berl. Akademie 1863 p. 455 seq. (= juristische Schriften I p. 393 seq.), cuius sunt supplementa pleraque; Huschke Zeitschr. f. Rechtsgesch. 5, 1866 p. 168 seq.; F. Vollmer laudation. funebr. historia, Jahrb. f. class. Philol. Suppl. XVIII 1892, p. 491 seq. Specimina scripturae dederunt de Rossi studi e documenti di storia e diritto 1, 1880 tab.; Huebner ex. script. epigr. 1033. Tabula continebat laudationem funebrem mulieris a marito habitam vel scriptam (inter a. 746—752, cf. not. 6) et in sepulcro sine dubio lapidi incisam. Maritum eum fuisse unum ex proscriptis anni u. c. 711 apparet ex pag. II, fuisse Q. Lucretium Vespillonem, postea (a. u. c. 735) consulem, a. 711 a Turia coniuge domi occultatum et ita servatum (Val. Max. 6, 7, 2; Appian. b. civ. 4, 44) probare studuit Mommsen; sed virum illum non Romae delituisse, immo fuga servatum esse ex novo fragmento colligitur, ut viderunt Vaglieri l. c. et Hirschfeld Bormannheft der Wiener Studien p. 1 seq.; hic (l. c. p. 4) cogitavit de Acilio, quem et ipsum inter proscriptos ab uxoribus servatos enumerat Appianus b. c. 4, 39 (cf. not. 9). — 1) *Hoc vocabulum, quod solum superest ex v. 1 fragmenti a. 1898 reperti, scriptum est litteris maioribus, apparetque superesse ex superscriptione tituli, quae supra omnes paginas continuata fuisse putanda est (sequitur in eodem fragmento initium paginae secundae, cf. not. 8).* — 2) *A. u. c. 705, cum senatoribus partis Pompeianae.* — 3) *Cluvii nomen suppletum ex pag. I v. 16. 47, pag. II v. 19. De hoc homine dixit Mommsen l. c. p. 466, qui coniecit eundem esse C. Clovium cuius nomen legitur in nummis Caesaris (Momms. R. Münzw. p. 654 not. 552), Cluvium quem memorat Cic. ep. 13, 7.* — 4) *Sic (cf. v. 32) supplevit Dürr Wiener Studien 3, 1881 p. 265,* ma[*terterae*] *proposuerat Momms.* — 5) *De hac controversia dixit Mommsen l. c. p. 468 seq.; cf. etiam Vollmer p. 505.* — 6) *Apparet, feminam de qua agitur, cum nupserit ante annum 711 (cf. infra), sed post annum 706 (supra v. 3 seq.), obiisse inter a. 746 et 752.* — 7) *Cf. N. 8402. 8403.* — 8) *Paginae secundae initium (vv. 1—10) legitur in fragmento reperto a. 1898.* — 9) *Similia de Acilii cuiusdam proscripti a. 711 uxore narrat Appianus b. c. 4, 39, ut monuit Hirschfeld.* — 10) *Supplementa a me inventa paulo reformavit Hirschfeld.* — 11) *Mirum orationem reverti ad a. 706, quo Milo ex exilio reversus et paullo post occisus est. Videtur domus Milonis emptione ad maritum defunctae pervenisse, haec autem irruptioni a Milone temptatae restitisse.* — 12) *Apices errore positi.* — 13) *Nondum redierat ex bello Philippensi, et Lepidus res urbanas administrabat.* — 14) *Cf. Mommsen Staatsr. II (ed. 3) p. 746 not. 2.* — 15) *Supplevi (sic etiam Siebourg amicus Vollmeri;* a[*li*]as *priores).* — 16) *Cf. supra N. 6085 not. 84.* — 17) *Se ipsum dicit paene exulem vita aliquando (a. 711) fuisse, scilicet paene mortuum (sic Hirschfeld l. c. p. 3).* — 18) *Supplevit Vollmer.* — 19) *Cf. Birt mus. Rhen. 34, 1879 p. 4.*

8394 .... Murdiae[1] L. f. matris. |

(Periit pagina minime una)

sed propriis viribus adlevent cetera quó firmiora | probábilioraque sint[2]. |

Omnes fílios aeque fecit heredés partítione filiae data[3]. Amor | maternus caritate liberum, aequalitate partium constat. |

Viro[4] ·certam pecuniam legavit, ut iús dotis honore iudicí augeretur. |

Mihi revocatá memoriá patris eáque in cónsilium et fidé suá ad|hibitá[5] aestumatione factá certás res testamento praelegavit, | neque eá mente, quo mé fratribus meis[6] quom [e]orum[7] aliquá | contumeliá praeferret: sed, memor liberalitatis patris mei, | reddenda mihi statuit, quae iudicio viri sui[8] ex patrimonió | meó cepisset, ut ea úsu *(sic)* suo custodita proprietati meae resti|tuerentur. |

Constitit ergo in hóc sibí ipsa ut á parentibus dignis viris data | matrimonia opsequio probitate retineret, nupta meriteis gra|tior fieret, fide carior haberetur, iudicio ornatior relinquere|tur, post decessum consensú civium laudaretur, quom discriptio | partium habeat gratum fidumque animum in viros, aequalita|tem in liberos, iustitiam in veritáte. |

Quibus de causeis quom[9] omnium bonarum féminárum simplex simi|lisque esse laudatio soleat, quod naturalia bona propriá custo|diá servata varietatés verborum non desiderent, satisque sit | eadem omnes boná famá digna fecisse, et quia adquirere | novas laudes mulieri sit arduom, quom minoribus varieta|tibus vita iactetur, necessario[10] communia esse colenda, ne quod | ámissum ex iústis praecepteis cetera turpet. |

Eó maiorem laudem omnium carissima mihi máter meruit, quod | modestiá probitate pudicitia opsequio lanificio[11] diligentia fide | pár similisque cetereis probeis feminís fuit, neque úlli cessit vir|tútis laboris sapientiae periculorum[12], praecipuam aút certe | [*nulli secundam memoriam sibi parans?*][13] *(incertum quam multa perierint).*

Romae, incertum quo loco urbis rep., tabula magna marmorea (VI 10230 vidit Henzen). Cf. Rudorff Abhandl. Berl. Akad. 1868 p. 217 seq.; Vollmer Jahrb. f. class. Philologie Suppl. XVIII 1892 p. 484 seq. Inscriptionem esse aetatis bonae (temporum circiter Augusti) ostendit scribendi ratio (aestumatione, meriteis *cet.*). *Notabiles sunt apices passim inter singula vocabula interpunctionum loco posita, forma non diversi ab apicibus quibus distinguuntur vocales longae.* — 1) *Femina praeterea ignota; nec minus ignotus filius qui hanc laudationem scripsit vel habuit.* — 2) *Haec quo pertineant non perspicitur (sed cf. Rudolff l. c. p. 246).* — 3) *Cf. Ulpian. fr. 24, 25. Dig. 36, 1, 22, 5.* — 4) *Vir hic, defunctae superstes, vitricus fuit eius qui verba facit.* — 5) *Dicitur mulier memoriam viri defuncti et propriam fidem quasi in consilium advocasse.* — 6) *Filiis Murdiae ex nuptiis secundis.* — 7) forum *lapis.* — 8) *Testamento viri prioris.* — 9) q. quom *lapis.* — 10) *Excidit* sequitur *vel simile quid.* — 11) *Cf. N. 8402. 8403 v. 8.* — 12) *Intellege pericula quibus virtutem laborem sapientiam comprobavit (sic fere Momms.).* — 13) *Supplevit Mommsen.*

De simili oratione habita in honorem Matidiae cf. supra N. 327 not. 2.

8395 D. Octavi. D. l. Modiari., | D. Octavi. D. f. Col.; | Pontia uxsor | fruge, bona, pudica, | ave.

Romae (I 1072. VI 23297; Ritschl tab. XCII e).

8396

C. Veius T. f. Mai.	Basilia Sp. f. Posilla
homo frúgi — et tú	optuma fémina — salve.

Romae, nunc Florentiae (I 1098. VI 28422 vidit Henzen).

8397 *(in operculo urnae)* heic sunt ossa | Variae C. l. Glucerae | feminae sanctissum. | *(in ipsa urna)* frugi | piae.

Romae (I 1096. VI 28335 inscriptionem operculi vidit Henzen).

8398 hic est illa sita pia frug. casta | pudic.
Sempronia Moschis, |
cui pro meriteis ab coniuge | gratia relatast.

Romae (VI 26192 saepius descripta saec. XV. XVI). Buecheler carm. epigr. n. 368.

8399 . . . . | C. f. frugi. |
Magna hom[*i*]|nis hic ossa teg[*it*] | saxsus[1].

Casapullae in agro Campano (X 4431 vidit Mommsen). — 1) *Pars hexametri, Buecheler carm. epigr. n. 415.*

Similes laudationes supra N. 1952. 7480. 7650. 7791.

8400 C. Numitorius | Asclepiades, | Mummia L. l. | Zosima. | Heis sunt duo | concordes | famaque bona | exsituq. hones. | Felixs[1].

Romae (I 1071. VI 23137 vidit Henzen). — 1) *Hoc vocabulum quo pertineat non apparet. Ceterum cf. Buecheler carm. epigr. 15.*

8401 Q. Pompeius Bithynici[1] l. Sosus; | Sa[*t*]riena P. l. Salvia uxsor, frug., | opsequentes et concordes, Esquileis ab aqua | conclusa[2] fecer. sib[*ei*] et sueis et digneis. |
Dum suppeditat vita inter nos annos LX viximus concordes, |
morte obita ut monumentum haberemus fecimus vivi | studium[3],
et Acme l. ut úna conderemus conditivom | cubiculum[4] fecerunt. | Hoc monum. hered. | non sequetur.

Romae, prope portam Praenestinam, tabula quae infixa erat sepulcro ex lapide Albano (VI 33087 = Bull. comunale 1880 p. 55). — 1) *Patronus fuit Q. Pompeius Bithynicus qui a. u. c. 675 Bithyniam in provinciae formam redegit (Festus s. v. rutrum p. 262 M.; Cicer. Brut. 68, 240. 90, 310, ad fam. 6, 17, 2; cf. praeterea Liv. ep. 93 cet.).* — 2) *Aquam conclusam Iordanus Bull. comunale l. c. p. 56 putat esse lacum quendam in Esquiliis situm, a quo nomen traxerit compitum.* — 3) *Cf. Buecheler carm. epigr. 1563.* — 4) *Cf. supra N. 8116 not. 1.*

8402 hic sita est Amymone Marci optima et pulcherrima, |
lanifica pia pudica frugi casta domiseda.

Romae (VI 11602 cf. 34045 saepius descripta saec. XVII. XVIII). Buecheler carm. epigr. 237.

8403

hospes, quod deico, paullum est, asta ac pellege[1].
Heic est sepulcrum hau pulcrum pulcrai feminae.
Nomen parentes nominarunt Claudiam.
Suom mareitum corde deilexit souo.
Gnatos duos creavit, horunc alterum
in terra linquit, alium sub terra locat.
Sermone lepido, tum autem incessu commodo.
Domum servavit, lanam fecit. Dixi. Abei.

Romae (I 1007. VI 15346 cf. p. 3517 descripserunt Iucundus aliique complures viri docti saec. XV. XVI). Buecheler carm. epigr. 52. Germanice vertit Mommsen Roem. Gesch. I p. 58 (ed. 5). — 1) pellige *Iuc.*

8404 Albia Ɔ. l. Hargula, vixit ann. | LVI, casta, fide magna, sei | quicquam sapiunt inferi[1], | ut ossa eius quae hic sita | sunt bene quiescant.

Romae (VI 11357 vidit Henzen). — 1) *Eadem verba etiam alibi, cf. Buecheler carm. epigr. 179. 180.*

8405 ossa heic sunt | Urbillae Primi mihi me pluris, | decessit an. XXIII, carissuma | suis.

Romae, nunc Beauvais in museo (I 1103. VI 29583 vidit Hirschfeld).

8406 L. Acculeius | L. l. Salvius; | cum vixit, bene vixit[1].

Romae ut videtur rep., est Sinigagliae (VI 10482 vidit Bormann). — 1) *Cf. supra N. 7615; item N. 2257 cet.*

8407 Cn. Atellius | Cn. l. Theoprast., | vixit cum fide.

Carthagine nova (II 3449 vidit Huebner).

8408 Q. Petillius | Attalus | ob meritis eius | dignum prosequor. || Vett . . . . . | R . . .

Romae (VI 36076 vidit Gatti).

8409 Philocalu[*s*] | Telesphoridi | alumne obaudien[*t*.].

Roma ut videtur Bononiam allata (VI 22116 vidit Bormann).

8410 Sozomeneti alumnae | audienti[1] | patronus fidelis.

Roma ut videtur Florentiam allata (VI 26660 vidit Bormann). — 1) *I. e. obedienti.*

8411 Hilari Clodi | M. s.[1], o. h. s. s.[2] | vixsit annos | XXII, amans | domini, opse|qens *(sic)* amicis.

Capuae, iam Neapoli (X 4167 vidit Mommsen). — 1) *Cf. supra N. 8123 not. 1.* — 2) *Cf. N. 8001 not. 1.*

8412 Q. Pacidaeus Q. C. l. | Auctus, | patronis placuit[1].

S. Benedetto, ubi fuit Marruvium Marsorum (IX 3741 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 7480. 7617 cet. XI 947:* qua ad *(cf. N. 8413)* vixit, patrono placuit.

8413 Papus | qua ad[1] vixit | conservis fuit karus.

Romae (VI 23817 vidit Donius). — 1) Quoad. (Cf. ad N. 8412.)

8414 Celadus | Ti. Claudi Caesaris f.[1] ser., | vix. ann. XXV, | carus suis.

Romae (VI 14642 vidit Henzen). — 1) Intellegitur Britannicus.

8415 Iucunda Mari, kara | suis viva et mortua. | Have! ossa hic s. s.

Romae in monumento a. 1871 portam Praenestinam rep. (VI 6098 vidit Henzen).

8416 Oppia | ƆƆ.[1] l. Felicia *(sic)*, | vix. an. XI; | quam cara suis | fuerit, indicat | hic titulus.

Romae in monumento familiae Marcellae (cf. ad N. 7879/7881) rep. (VI 4633 vidit Henzen). — 1) Duarum mulierum.

8417 Plotia L.[1] et Fufiae l. — Prune[2] haec voc[*i*]|tatast ancilla — heic sitast. Haec | qualis fuerit contra patronum patro|nam parentem coniugem, monumen|tum indicat. Salve. Salvos seis.

Carthagine nova (I 1479. II 3495 vidit Huebner). — 1) L. (Plotii). — 2) Phryne.

8418 hic est ille situs | qui qualis amicus | amico
quaque fide | fuerit, mors [*f*]uit indicio[1]. |
F. f.[2] | Faustus Erotis | dispensatoris vicarius.

Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6275 vidit Henzen). Buecheler carm. epigr. n. 999. — 1) Idem paene distichon VI 25570 (Buech. 1000). — 2) Funus fecit (id perscriptum in titulo eiusdem sepulcri VI 6486. Brizio).

8419 T. Statilius Tauri[1] l. | Diodotus | mag.[2], q.[3] in familia, | vivos sibi et Augeni | coniugi suae fecit. || Vedusia Tauri | sororis[4] l. | Auge, vixit annos ⊥; | bonitatem suam et | fidem bonam secum apstulit. | Have! et tu memineris.

Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6214 vidit Henzen). — 1) Cf. supra N. 7407ᵃ (not. 1). — 2) Magister (collegii servorum), 3) quaestor (cf. supra N. 7354 cet.). — 4) Soror uterina Tauri aliunde ignota.

8420 L. Tacilius Ɔ. l. Androma. | amantissumus familiae | heic requiescit.

Romae (VI 27088 vidit Henzen).

8421 Fortunatae ser. | fidelissimae, con|servatrici et ama|trici domini, | h. s. e. S. t. t. l. | Salvianus b. m. f.

Emeritae in Hispania (Eph. ep. 8 p. 371, 43 Huebner vidit ectypum).

8422 M. Claudius M. l. | Philargyrus. | Plotia C. l. Thalassa, | viris suis et amicis | amara fuit nunquam.

Romae in vinea Randaninia (VI 7595 vidit C. L. Visconti).

8423 d. m. | Marius | Iustus | homo | plus quam | benignis|simus | hic.

Beneventi (IX 1876 servavit Pacca saec. XVIII).

8424 [*U*]ssiena P. P. l.[1] | Iucunda | pro nomine | iucundissima, hic. ‖ . . . . | pilicrepus[2], | hic.

Romae ad portam Praenestinam rep. (VI 6815 vidit Henzen). — 1) *Duorum Publiorum liberta.* — 2) *Cf. N. 5173. 6431[d].*

8425 d. m. | C. Seius | Ingenuus | ingenuosissimus, | qui vixit ann. XVI | m. VI d. X.

Romae (VI 26112 vidit saec. XVII Ptolemaeus auctor accuratus).

8426 d. m. | Restituti | animulae | bonae | et | benedictae. | Sit tibi terra | levis.

Romae (VI 25408 bis descripta saec. XVIII).

8427 memoriae | Sex. Aemili Feli|ciani, amatori | sanguinis sui et | remuneratori fa|miliae suae, | Aemilia Gargilia | fratri amantissi|mo, v. a. LXV h. s. e.

Constantinae (VIII 7174 vidit Wilmanns).

8428 memoriae L. Sit|tius Augustalis ama|tor reg. suburbani sui | Azimaciani, quem a solo ae|dificavit, sibi suisque fecit. | Bonis bene[1].

Prope Constantinam rep. (VIII 7741 p. 1849 Cagnat vidit ectypum). — 1) *Cf. supra N. 8137.*

8429 d. m. | Q. Statius Cae|cilius Butra, | v. a. LXX, egit in | his praedis an|nis XXV, Antio|chis marita, | Profuturus, Imber fili cum so|roribus suis | patri dignissimo. | H. s. e.

8429[a] d. m. s. | Profuturus | v. a. LVII, egit | in his praedis cum | Butra patre suo | annis XXXV et post | obitum patris an|nos XXII, Imber | cum sororibus | suis fratri dignis|simo. | H. s. e.

Ain-Djemîl in Numidia, inter Milev et Cuicul (VIII 20084. 20085 vidi ectypa).

8430 P. Iulio P. [*f.*] Nomaeo | filio optumo | reverentissimo | obsequentissimoq. | huiusq. loci totius | domino, | vix. ann. XV m. X d. XXIV. | P. Iul. L[*y*]s[*i*]ponus | pat.

8430[a] d. m. s. | P. Iulio Lupi cos.[1] lib. Lysipono | qui vixi an. LXXI, quib. cum Donata | coniuge prim. an. XV, cum Rhodine domin.[2] | an. XXVIII, sine utriusque offens. mihiq. | obsequentissimis, e quib. et genuit fil. | masculos tres . . .

Romae (VI 20158. 20116 illam solus descr. Cyriacus, hanc solus Fabrettius). — 1) *Lupus consularis, vitricus Antonini Pii (vit. Pii 1; cf. Prosopogr. imp. Rom. s. v.).* — 2) *Domina.*

8431 Callistian[*o*] | consorti | actus et ani|mi, Callist[*e*] | et Hedone | fratri b. m.

Romae (VI 14093 bis descripta saec. XV. XVI).

8432 A. Memmio Claro | A. Memmius Urbanus | conliberto, idem consorti | carissimo sibi. | Inter me et te, sanctissime mi | conliberte, nullum unquam | disiurgium fuisse conscius | sum mihi. Hoc quoque titulo | superos et inferos testor deos, | uná me tecum congressum | in venálicio, úna domo liberos | esse factos, neque ullus unquam | nos díunxisset nisi hic tuus | fátalis dies.

Romae ad Appiam viam rep., est Cusercoli (VI 22355ᵃ vidit Marinius).

8433 dis m. s. | L. Cassius L. fil. Quir. Faus|tus vix. annis XLIIII, | homo bonus rebus ho|minibusq. pernecessa|rius,

quem quaerit pa|triae maximus hic | populus,
terra tegit fe|lix, lux attem *(sic)*[1] ingrata | reliq.

L. C.[2] E. frat. p. p.

Ammaedarae (VIII 352. 11572 vidit Cagnat). Buecheler carm. epigr. n. 1239. — 1) *Autem.* — 2) *Cassius.*

8434 d. m. s. | L. Caecilius L. f. Pap. | Rogatus pius, | frugalissimus | pater, laudabilis | sectae homo, | integritate | innocentia | fide, vixit | annis LXXIII | men. XI d. VIIII, | h. s. e., | constanti viro, | Rogatianus | filius.

Valli provinciae Africae (VIII 1288 cf. p. 1437 viderunt Wilmanns et Schmidt).

8435 d. m. | Sempronio Donato homin. | frugalissimo, qui vixit an|nis LXV mens. III dies. V hor. VII, | cuius frugalitati heres ma|ximas gratias aget, amplius mere|nti heres honorabit.

Romae (VI 26158 ter quatterve descripta saec. XVI. XVII).

8436 v.[1] C. Gargilius Haemon, Proculi, | Philagri divi Aug. l. Agríp|piani f.[2], | paedagogus, idem l., | pius et sanctus. | Vixi quam diu potui sine lite, | sine rixa, sine controversia, | sine aere alieno; amicis fidem | bonam praestiti; peculio | pauper, animo divitissimus. | Bene valeat is qui hoc *(sic)* titulum | perlegit meum[3].

Romae in monumento ad viam Nomentanam rep. (VI 8012 vidit de Rossi). — 1) *Vivus* (v. *in margine adscripta, inter v. 2 et 3).* — 2) *Filii. Proculus hic filius fuit Philagri, divi Augusti liberti: videtur antequam pater eius manumitteretur, in aliam familiam transiisse, cum libertus eius Gargilii gentilicium habuerit. Pater eius in familiam Augusti videtur pervenisse ex hereditate Agrippae, teste altero eius nomine, cf. supra N. 1778.* — 3) *Versus est senarius; etiam in praecedentibus versuum vestigia apparent. Cf. Buecheler carm. epigr. 134.*

8437 d. m. | Octaviae Cres|centinae que | antiqua vita vi|xit, fidei ac dili|gentiae [*gr*]aviss., | C. Val. Ianuarius | coniux c. fil. b. m. f.

Beneventi (IX 1913 ter descripta saec. XVI. XVII).

8438 d. m. s. | Alimina quae in vi|ta sua summa discipu|lina servavit, vix. ann. | XXXI m. IIII, cui de[1] permissu | domini fecerunt pater ka|rissimus[2] et conservus pi|entissimae benemerenti.

Locris (Gerace) (X 26; Barnabei Notizie degli scavi 1891 p. 297). — 1) ex, 2) rar- *Barnab.*

8439 Iuliae Luc. filiae Tyrraniae | vixit ann. XX m. VIII, | quae moribus pariter et | disciplina ceteris feminis | exemplo fuit, Autarcius | nurui, Laurentius ucxori.

Arelate, sarcophagus ornatus (XII 832 vidit Hirschfeld). Christianos hos homines putat Hirschfeld.

8440 d. m. s. | *(femina in sella sedens)* | L. Silius Cicero | Silie Venerie pie | coniugi, bone servatrici, | fecit, p. v. a. XXXXIII.

Lambaesi (VIII 4067 p. 1743 vidit Wilmanns).

8441 d. m. | Papiniae Felicitat. | quae vix. an. XXV | mens. V dieb. XXV, | T. Flavius Flavianus | coniugi sanctissimae | castissimae, | incomparabili | feminarum, | fecit.

Romae (VI 23773 vidit Henzen).

8442 d. m. | Valeriae Afrodisiae | quae vixit annis XXVII, | feminae inconpara|bili univiriae, | Aurelius Theseus | virginali suae [*p*]ro[1] castitate.

Puteolis (X 3058 vidit Mommsen). — 1) ro *lapis.*

8443 d. m. s. | Caeciliae Festi|vae coniugi caris|simae monnae[1], | quae mecum vixit annis | XXI sine qaerella *(sic)*, | Pompullius Antiochus | maritus bene merenti | laboribusque eius.

Pentimae agri Corfiniensis (IX 3215 vidit Mommsen). — 1) *Vox blandientis* (?). *Cf. infra N. 8543.*

8444 d. m. s. | Postumia Matronilla inconpa|rabilis coniux, mater bona, avia | piissima, pudica religiosa laborio|sa frugi efficaxs vigilans sollicita | univira unicuba [*t*]otius industriae et fidei | matrona, vixit annis n. LIII mensibus n. V diebus tribus.

Henchir Zaâtli prope Thelepte Africae supra portam mausolei (VIII S. 11294 vidit Cagnat).

8445 d. m. s. | Tadiae Fortuni coniugi, | cum qua vita iucunda, | conversatio religiosa, | frugalitas honesta, | fides cum disciplina exacta est. | L. Caecilius Honoratus | signo Thaumanti. | [*S. t.*] l. l.

Caesareae Mauretaniae (Scherchel) rep. (VIII 9520 p. 1984 vidit I. Schmidt).

8446 d. m. s. | Arinia Victoria | magnis moribus | femina, at cuius | sectam numquam accedi | potest, hic sepulta, set | domi es, de anemo[1] cert[*a*] | es, quia nunquam dissedit | meo. Marcus Motasius | dico sepulcrum quod sit | tibi idem et mihi. | P. v. a. XXXV, | ḥ. s. e.

Agbiae provinciae Africae (VIII 1557 cf. 15554 descr. Victor Guérin). Cf. Buecheler carm. epigr. I p. 68. — 1) *Animo (traditur* dea nemo).

8447 d. m. s. | memoriae Gargilioru[*m*] | Iuliae Roga|tae coniugi, | uno animo | uno consili|o semper | fruuita me|cum annis | XL, v. a. LV, | o. e. b. q. || L. Gargiliu[*s*] | L. f. Q. Venato[*r*] | se vivo hunc | tumulum co|nstituit et | at superos | remasit, ut | reliqua tempor[*a*] | fruatur bona.

Sigus (VIII 5798 vidit Wilmanns).

8448 d. m. | C. Geminius | Ionicus | Iuliae Caleni | coniugi piae | carissimae et | bono consilio, | de qua nil que|ror, cum qua vi|xi bene et integre, | et in re sua posita | est, b. m. et sibi et fili | fecerunt.

Florentiae, Romae sine dubio rep. (VI 19000 aliquoties descripta).

8449 d. m. | Mattiénae | Myrallidis | Q. Comeátro[1] | Q. l. Exorátus | coniugi plús dé sé | meritáe quam ti|tulo scribi potuit.

Sassinae (XI 6566 vidit Bormann). — 1) *Cf. XI 6557 (vidit Bormann):* d. m. | Commeatro|niae Q. l. | Secundinae *cet.*

8450 d. m. s. | Urbanae coniugi dulcissime | et castissimae ac rarissimae, cuius praeclarius | nihil fuisse certus, hoc etiam titulo honorari | meruit, quae ita mecum cum summa iucundi|tate adque simplicitate in diem vitae suae | egit quam adfectioni coniugali tam | industria morum suorum. Haec ideo | adieci, ut legentes intellegant, quantum nos dilexerimus. Paternus b. m. f.

Romae (VI 29580 vidit Henzen).

8451 Graxiae Alexandriae | insignis exempli | ac pudicitiae, | quae etiam filios suos | propriis uberibus educavit. | Pudens Aug. lib. maritus | merenti, vix. ann. XXIIII m. III d. XVI.

Romae (VI 19128 vidit de Rossi).

8452 d. m. s. | Antonia | Victoria | pia sobr. | frugi, v. | annis XLIII, | h. s. e. | C. Iul. Sa|turninus | Sabinia|nus con|iugi raris|simae, omni | pietati n|. . . . . | gravitate | morum, | fecundae | tecusae[1], | karissi|mae, et sibi | ad propa|gandam | in aevum | memori|am fecit. || C. Iulius | Saturni|nus Sa|binianus | pius, qui | ob singu|larem | amorem | nepotum | suorum | mortus | est, vir si[*n*]|gularis | virtutis, | Sitifi sepul|tus, v. an. | LXXVIIII.

Madaurae Numidiae (VIII 4692 vidit Wilmanns). — 1) *Idem vocabulum (τεκοῦσα) videtur etiam esse in t. Siccensi VIII 16125, in Salonitano III 8752.*

8453 . . . . | qui vixi[*t*] an[*nos*] | plus minus XL, Ma|rtina cara coniux, qu[*e*] | venit de Gallia per man|siones L, ut commemo|raret memoriam du[*lcis*|*si*]mi mariti sui. | Bene quescas, dulcissime | mi marite.

S. Floriano inter Feltriam et Vicetiam, est Vicetiae (V 2108 cf. p. 1069 vidit Mommsen praeter paucas litteras nunc deperditas).

8454 bonae memoriae Maccusae | Muceris ann. XXII, et Victoriae | sive Valerio[*l*]ae ann. XIIII, quae | ob desiderium avunculi eorum *(sic)* | Fl. Gemelli v. p.[1], comitis, ab ultima | Gallia per diversa loca provin|ciarum ad provin|ciam Macedo|niam venerunt ibidemq. post am|plexum eius et completa cupiditate | amoris in civitat[*e E*]dessensi fati munus | complerunt; quibus memoratus | vir laudabilis ut cognoscere|tur iussit eis memoriam fieri.

Beroeae Macedoniae dicitur rep., deinde Thessalonicae (III 14406 vidi ectypum). — 1) *Viri perfectissimi.*

8455 d. m. s. | Hoc in loco | suo condi|tum est cor|pus meum[1] Iu|niae Victoriae | a Iunio Hyacin|tho marito ra|ri exempli, quae | vixi annis XXVI | m. III d. XXIII, iugu|mque coniugalem | pudicum piissimo | marito exhibui | in diem vitae meae[1]. | Vos superi bene facite, | diu vivite et venite.

Thubursici Numidarum (VIII 5030 vidit Wilmanns). — 1) *Versus subesse coniecit Studemund, cf. Buecheler carm. epigr. 141.*

8456 d. *(corona)* m. | Aeliae Trypherae | coniugis rarissimae | et ultra modum | sexumquae mulie|brem[1] sanctissimae | castissimaeque, quae | vix. ann. XXIIII mens. VII | d. X, Aelius Proximus posuit.

Romae (VI 34268 = Notizie degli scavi 1886 p. 125). — 1) muliebrae *aliud apographum.*

8457 d. m. Atiliae Maximinae animae innocentissimae C. Aonius Vitalis uxori incomparabili, quae vixit mecum sine ulla controversia ann. XVIIII m. II d. VIIII, quae tulit secum ann. XXXXVI, quae duxit secum honos et gloria, aeternum meum vale sola[c]ium.

Veronae (V 3496 semel descripta saec. XV).

8458 rusticulus hic[1], | Fufio Iustino homini bono | Tullonia Lea coniugi incomparabili, | qui insimul[2] viximus | annis sexaginta.

Beneventi (IX 1826 cf. p. 695 semel ut videtur, sed ab accurato homine, saec. XV descripta). — 1) *Videtur spectare ad defunctum.* — 2) *Hinc Francogallorum 'ensemble', Italorum 'insieme'. Cf. N. 8460 not. 1.*

8459 d. m. s. | L. Papinius Verus et | Campania Felicissima | vivi fecerunt sibi, qui | vixerunt inter se | annis LXVIII d. X.

Prope Capuam rep. (X 4275 bis descripta saec. XVIII et XIX).

8460 d. m. | Asidonius | Agatopus | et Aur. Luxuria | qui in se[1] bene | lavoraverunt[2], | quae vixit ann|is XXII, vivi sibi | fecerunt, l. c.[3] | a Iul. Clemen|tiano. *(In latere: vir et mulier stantes ad lebetem, opificium aliquod una exercentes)* Asidonius | ceriola|rius[4]. *(In altero latere: Mercurius.)*

Salonis rep. (III 2112 cf. 8591 vidit Hirschfeld; anaglypha enarravit Schneider arch. ep. Mitth. 9, 1885 p. 50). — 1) *Inter se, una. Similiter supra N. 8112, infra N. 8517. III 2534. VI 19028. 19935. 29736. (Minus recte locutio haec a Rossio inscr. Chr. I 151 componitur cum Italorum voce insieme. Cf. Funck Archiv f. lat.*

Lexikographie 6, 1889 p. 258.) — 2) *Cf. V 124:* hanc sedem vivi sibi posuer. uno animo laborantes. — 3) *Loco concesso.* — 4) *Ad artem ceriolariorum anaglypha spectare manifestum est, cf. Schneider l. c.*

8461 *(mulier strata)* d. m. Scriboniae Hedone | Q. Tampius Hermeros | coniugi karissimae fec., | con qua vix. an. XVIII sin. | querella, cuius desiderio | iuratus se post ea | uxore non habituru.

Pisis (XI 1491 vidit Bormann).

8462 d. m. | Ulpiae Vitali fecit P. Fufi|cius Felix amicae suae fide|lissimae, quae sibi mories *(sic)* fidem | servavit, et sibi, libertis liber|tabusque suis posterisque eorum.

Roma ut videtur Florentiam translata (VI 29409 vidit Reifferscheid).

8463 Vettidiae Parthenope et M. Antio | Hermeti duobus amantibus sacrum *(vir et femina iunctis manibus).*

Romae (VI 28650 vidit de Rossi).

8464 d. m. | Cl. Ianuar. | amans aman|ti, haec tibi | pro meritis[1] | do | Caratus.

Tours (XIII 3081 vidit Hirschfeld). — 1) *Versus est iambelegus (Hirschf.).*

8465 Vibidia Helena, | et L. Brutedi Malcionis, | duo coiuges in unu.

Romae rep. ad viam Labicanam (VI 28770 vidit Lancianius).

8466 M. Volcius M. l. Euhemer. rogat post | mortem suam ut cum Volcia Chreste | coniuge sua ut[1] in una olla corporis reliquiae essent.[2] | M. Volcius M. f. Cerdo dis Manibus satis fecit.

Roma ut videtur Florentiam translata (VI 29460 vidit Henzen). — 1) *Dele alterum* ut. — 2) *Similiter supra N. 7354.*

8467 dis manibus | A. Quintilio | Ampliato, | vixit annis XVIII | mensibus XI | diebus VIII, | relictis parentibus | suis | infelicissimis; ‖ dis manibus | A. Qunctilio *(sic)* | Diophanto | patri qui rogavit, | ut pariter | ossa eius | quescerent *(sic).*

Romae, nunc Urbini (VI 25272 vidit Bormann).

8468 C. Vibius Firmus C. | Vibio Ampliato patrono | suo benem. titulum | posuit. Quod iussit et ro|gavit cum patrona sua | poni, ita factum est.

Romae (VI 5154 vidit Henzen).

8469 C. Iulius Asclaponis f. | Cor. Attalus et | Iulia C. l. Chreste | ossibus permixtis[1] hic.

Romae ibi ubi N. 8436 (VI 8025 vidit de Rossi). — 1) *Cf. XIII 4640 (in operculo plumbeo vasis vitrei):* Iuliae Melli|dis et Naidis | matris eius | oss[*a*] commixta.

8470 M'. Alliénus Sp. f. | Rómánus décessit | ann. XXII; Gutta | puella, délicium eius | ann. VII, eódem dié mortua, | únó rogó combusta; in uno. *(A sinistra)* M'. Alliénus | M'. l. Antiochus; | Alliéna M'. l. Daphnis, l. eius[1]; in uno. *(A dextra)* M'. Allienus | Sp. f. Clu. Romanus | vix. ann. XI.

Romae, prope columbaria viae Codiniae (cf. ad N. 7877) rep., urna marmorea tres ollas continens (VI 5163 vidit Henzen). — 1) *Signa quaedam* ∋ ∈ *interpunctionis loco videntur esse.*

8471 memoriae | Fabianae coniug. | dulciss. et amantiss., | cum qua vixit ann. XXI | m. VIIII, sine ulla turpi | fama, et | Vitalinae fil. piissimae | et dulcissim., quae vixit | ann. XV mens. X d. XVI, | Providentius intimi | doloris et adfectionis ca[*rissim.?*], | quod absente se ambae | eadem hora sint horis | exemptae, et | Innocentius matr. carissimae | et dulcissimae.

Comi (V 5343 vidit Mommsen, praeter ultimas uniuscuiusque versus litteras, quas servavit Bertarelli).

8472 d. m. | C. Turranius Hermadion | et Varena Iucunda fecer. | Augurino, vix. ann. XII | mens. II | d. XXV, et Augurinae. vix. ann. VI m. IV | d. IV, filis karissimis, qui deceperunt[1] | una unoq. lecto elati, libertis | libertabusq. posterisq. eor.

Romae (VI 27803 vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 8482.*

8473 d. m. s. | pupus[1] Torquatianus | filius bonus qui semper | parentibus obsequens | vixit annis VIII ḿ. VIIII d. XIII; | item alius pupus Laetianus, qui | idem fil. bonus et obsequens | idem parentibus vixit annis | n. V ḿ. VI d. VI. Posuerunt Ga|ianus et Eucharis parentes | filis dulcissimis sed non hoc | merentes a vobis, qui sibi sense|runt[2] III idus Sept., ex quibus unus vixit in | XI kal. Oct. et alius in III kal. easdem.

Romae, tabula marmorea litteris formae cursivae (VI 27556 vidit Henzen; delineavit Marinus Arval. tab. ad p. 265; cf. Huebner ex. scr. epigr. 1169; imaginem dedit etiam Hellems American journal of archaeology 1899 p. 202). — 1) *Cf. supra N. 141. 6302 (not. 6). Marquardt Privatl. d. Röm. (ed. 2) p. 10 not. 5. —* 2) *Sc. morbum ingruentem (Momms.).*

8474 M. Antonius M. f. Rufus; | Antonia M. f. Tertulla | mater calamitosa | uno tempore duobus amissis | filis suis dat.

Romae, nunc Londinii (VI 12011 vidit Huebner).

8474[a] Zetes et Calais[1] | duo fratres | gemelli obierunt | amantes.

Romae rep. una cum N. 7852 (VI 7426 vidit Mommsen). — 1) *Nota Boreadarum nomina fratribus gemellis indita.*

8475 d. m., v. f. | Cassi Hy|acinthi, du|os nutricavi, | unum cum tor|mento animi | amisi ann. XVIII, | alium supersti|tem in diem vitae | florui.

Comi (V 5337 Mommsen vidit ectypum).

8476 d. m. | Philumeni | et Eutychiae, | Menander | et Vestina domini | iuvenum | benemerentium, | qui cum simul | quietem sani petissent, | in complexu | pari exanimes | inventi sunt.
Vercellis (V 6700 ter descripta saec. XVI/XVII, particulam vidit Mommsen).

8477 T. Acclenus T. f. Qui. centu[*r.*]; | Annia T. l. Helena uxor, | frugi, summa qum probitate, | fide magna, concordes indigne | morbo excruciati morte obierunt. | D.[1] Vergilius Amarantus, a. LXXX. |
Cordubae (II 2215 vidit Huebner). — 1) *Sic vel* P.

8478 Omidia Basilissa | vixit ann. XXV, que | post longas et va|rias infirmitates | hominibus exempt|a est, misera, | Valerius Macedo | maritus.
Romae (VI 23457 p. 3529 vidit Smetius).

8479 memoriae | M. Noni Placidi | v. a. XXVII m. VIII d. XII, | ab anno aetatis suae | XII oculis patentibus | vidit nihil. | Nonii Placidus et Severin.[1] | parentes filio b. m.
Romae (VI 23033 viderunt Smetius aliique). — 1) Severia *pars auctorum.*

8480 ossa | Iuliae C. l. Donat. | puero náto et nomine | imposito est mortua[1].
Romae, iam Forosempronii (VI 20427 vidit Bormann). — 1) *Cf. N. 1914.*

8481 quem di amave|runt, haec mori|tur infas, anno|rum III mens. sex | d. XIIII, Isiati filiae | b. n. m. Antinous | et Panthia par.
Romae (VI 19716 solus descr. Knibbe auctor accuratus).

8482 hic situs est M. | Ulpius Firmus A. l., | anima bona su|peris reddita, | raptus a Nymphis, | vix. ann. VIIII m. VI, | deceptor parento|rum, Ulpius Nymphicus | fil. dulcissimo.
Romae (VI 29195 ter descripta).

8482[a] d. m. | Hilarioni pammus|o, quem di appetive|runt, | qui vixit annis XV | mens. XI dieb. XXIII, | Apa . . . . . | . . . . carissimo | . . . . .
Puteolis (Eph. ep. 8, 404 descr. Sogliano).

8483 L. Corne|lius Dro|sus anni|culus.
Gadibus (II S. 5477 vidit Fita).

8484 Phosphorus, | obit in trimatu.
Romae (VI 24167 ter quatterve descripta saec. XVI/XVII).

8485 dis manibus | mater et pater | Daphino filio | bimulo donum | dedit.
Romae, nunc Florentiae (VI 16739 vidit Henzen).

8486 d. m. | Iuliae C. fil. | Felicitati | spirito dulcissimo | defuncto acervo[1], | quae vixit anno uno | mensibus XI dieb. tribus, | fecerunt Iuli Verna | et Felicitas parentes | similiter acervi et | infelicissimi.
Romae (VI 20462 vidit de Rossi). — 1) *Acerbo, immaturo.*

8487 d. m. | Eucopionis qui | vixit m. VI d. III, in|fanti dulcissimo | suavissimoque, qui | cum nondum fa|ri potuisset iucun|dissimo, L. Curio | Terminalis, | item Verna | et Sosipatra | parentes | fec.
Romae, iam Vindobonae (VI 17313 vidit Mommsen).

8488 d. m. | Corneliae An|niane filiae ia|m garrule, bi|mule nondu|m, quae vixit | anno uno m. III | d. X, dulcissim. | parentes | f. d. s.
Marini in agro Albano (XIV 2482 bis descripta).

8489 d. m. | M. Aur. Sabinus cui fuit et signum Vagulus, | inter incrementa coaequalium sui temporis | vita incomparabilis, dulcissimus filius.
Romae (VI 13213 vidit de Rossi).

8490 d. m. | P. Scantio Iuliano | P. Scantius | Augustalis pater et | Servilia C. f. Isias | mater filió piissimo | fécérunt, | qui vixit ann. VIII | mens. V dieb. XII hór. VI, | cuius annos ingenium | excédebat.
Romae (VI 25982 saepius descripta saec. XV. XVI).

8491 Ti. Claudio | Fortunato | erepto fatis | iniquissimis *(caput Medusae).*
Romae, iam Florentiae (VI 15077 vidit Henzen).

8492 Communis C. Veri | Sabini, vix. ann. | XVII, fato raptus | miserinus.
Prope Fulginium rep. (Notizie degli scavi 1890 p. 317).

8493 Spude pusinna | miserina, v. an. II | m. III d. XX.
Romae (VI 26704 vidit Gatti).

8494 Numisiaes et Septiciaes | duarum | sororum l. Chloe, misella, | v. an. XXIII.
Romae (VI 23125 bis descripta saec. XVI).

8495 d. m. s. | Nimp[*h*]ydia *(sic)* | miserina, | vixit anno | uno m. VIII diebus | XX noctu una | orabus IIII.
Carthagine (VIII S. 12794 vidit Cagnat).

8496 d. m. | Calistiano | divo et domi|no meo dulcisi|mo *(sic)* et pientisi|mo *(sic)*, vix. anis IIII m. IIII die. IIII hor. X.
Romae (VI 14094 cf. p. 3514 ter descripta saec. XVII).

8497 *(duae manus protentae)* d. m. s. | Callisto filio | parentes. *(In postica: duae manus protentae)* quisquis ei laesit | aut nocuit Severae | immerenti, domine | Sol tibi commendo, | tu indices eius mortem.

8497a *(duae manus protentae)* d. m. | Timotheae | M. Ulpius | Nicanor | verňae | suae f. | Sol, tibi commendo | qui manus intulit ei.
Romae ad viam Appiam rep. (VI 14098. 14099 vidit Henzen).

8498 Procope: manus *(per mediam inscriptionem manus duae sculptae)* | lebo contra | deum, qui | me innocen|tem sustulit[1], | quae vxit *(sic)* | an. XX. | Pos.[2] Proclus.

Romae (VI 25075 vidit Henzen). — 1) Cf. supra N. 5091. — 2) Posuit.

Mortes singulares.

8499 d. m. s. | L. Aemilius Seve|rinus qui et Phil|lyrio, v. a. LXVI | p. m.[1], et pro amore | Romano[2] quievit | ab hoc Capeliano[3] captus, | memor amicitiae pietatis | Victoricus qui et Verota.

Prope Theveste (VIII 2170 p. 945 vidit Wilmanns). — 1) Plus minus. — 2) Erga Romanos, senatum Romanum (cf. not. 3). — 3) Cf. Herod. 7, 9, 11. vit. Maximin. 19: Capelianus victor (a. 238, interfectis Gordianis, qui pro senatu Romano imperium sumpserunt, cf. supra N. 495) omnes Gordiani partium in Africa interemit .... plebem et principes civitatum concidit. Vit. Gord. 15. 16.

8500 d. m. s. | M. Lollio Sa|bino marito | amantissim|o qui vi[1] Bav|aru passus | est, vixit an. | XXXI, Aurelia | Maiiorica ti|tulu fecit an. p. CCC|[XX]ς1[3], Ma. Lollio F|...aso, vix. an. XX..I.

Arbal in Mauretania (VIII S. 21644 I. Schmidt vidit ectypum). — 1) a vi Purgold, qui ipsum lapidem vidit. — 2) Cf. VIII 21630: vi Bavarum perfect[*u*]s [*es*]t. *Supra N. 2767:* insidiis Bavarum decepto, *ubi cf. not.* 11. — 3) *Anno provinciae CCCXXVII (p. Chr. 366).*

8501 d. m. | Daizi Co|mozoi vi|xit an. L, inter|fectus a Cas|tabocis[1], Iu|stus et Val. pa|tri b. m. posu|erunt.

Adamclissi, ubi fuit civitas Tropacensium Moesiae inferioris, rep. (III S. 14214, 12 vidit Tocilescu). — 1) Cf. supra N. 1327 (not. 2). Adde VIII S. 14667: Costob[*oci*]o quod inter Cos[*t*]o[*boc. n*]utritus sit.

8502 d. [*m.*] | Papiri[*o*] | Marcelli[*no*] | patri incom[*pa*]|rabili, decept[*o*] | a Daciscis in bel|lo proelio[1], Papiri|us Marcellus | b. m. *(ascia).*

Caldieri in agro Veronensi rep. (V 3372 vidit Mommsen). — 1) Cf. supra N. 2309.

8503 a. p. CCVIII[1]. | d. m. s. | Have Se|cunde, | parenti|bus tuis | dulcissi|me, flos | iuventu|tis, an. L | a barbaris | interemp|tus. Mucia | ..a mari[2]. *(Iuxta spatium duobus similibus titulis destinatum vacat.)*

Auziae in Mauretania (VIII 9158 vidit Wilmanns). — 1) P. Chr. 247 (cf. N. 8301 not. 3). — 2) Marita. — Adde III 11045: [*i*]nt[*e*]rfecto a barbaris.

8504 d. m. | Val. Marcus | vixit annis | XVIII a la|tronibus | interfectus, | Val. Eutych|us et Sextil[*i*]a | Frontina | filio | b. m. p.

Ravna in Serbia (III S. 14587 descr. Premerstein et Vulič oesterr. Jahreshefte vol. III). — Adde III 8021: interfecta a latro. et vindicata.

8505 Iulio Timo|theo qui vi|xit p. m.[1] annis | XXVIII, vitae in|nocentissime, | decepto a latr|onibus[2] cum | alumnis n.[3] VII, | Otacilia Narci|sa coiugi dul|cissimo.

Prope Romam ad viam Portuensem rep., ibi ubi fuit lucus fratrum Arvalium (VI 20307 vidit Henzen). — 1) *Plus minus.* — 2) *Similiter supra N. 5112. VI 20307.* — 3) *Numero.*

8506 C. Tadio C. f. Seve[*ro*] | abducto a latronib[*us*] | ann. XXXV, et | Proculo f. ann. VI | . . bricia L. l. Primigen. | [*co*]niugi et filio posit. |

[*Fili*]us hunc titulum | [*debeb*]at ponere matri. |

. . . .

Salonis (III 2544 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 818.

8507 L. Atilio L. l. | Saturnino[1] | annor. XL domo | Fl. Scarbantia nterfec. | a latronibus in Rtusis[2], | Atilius Tertius frater | et Statius Onesimus[3] | amico, | loc. gratuit. dat. ab | Clodia Tertia.

Aquileiae (Majonica Festschrift f. O. Hirschfeld p. 362). — 1) *Idem ut videtur III 4225 (Maj.).* — 2) *Sic traditur: significatur regio barbarica in qua Saturninus interfectus est (Buecheler mus. Rhen. 1904 p. 320).* — 3) *Fortasse idem qui supra N. 7518 (Bue.).*

8508 Euplo, | ann. XXV, occis. | a viatoribus.

Prope Salonas rep. (III S. 9054 descr. Bulić).

8509 L. Caesius M|aximinus | Cedriponensis[1], | an. XXI, | hic interfectus est. | Sit tibi terra levis.

Ostippone (Estepa) in Baetica (II 1444 semel ut videtur descripta saec. XVI). — 1) *Cedripo oppidum aliunde non notum.*

8510 . . . . | [*v*]itam insi|diis in sacra | urbe finivit, | P. Maius Cleme[*n*]tinus eq. Roma|nus filio dul|cissimo b. m. p.

Koželj prope Ravenam, cf. N. 8504 (III S. 14588 descr. Premerstein et Vulič).

8511 Iucundus | M. Terenti l. | pecuarius. |

Praeteriens quicum|que legis, consiste, | viator,
et vide quam in|digne raptus inane | querar.
Vivere non | potui plures XXX per | annos,
nam erupuit *(sic)* se|rvos mihi vitam et ipse |
praecipitem sesse *(sic)* deie|cit in amnem:
apstulit | huic Moenus quod | domino eripuit.

Patronus de suo posuit *(pator cum cane, ovibus, ariete).*

Mogontiaci (XIII 7070; imaginem dedit Wolters ann. Bonn. 74, 1882 tab. I cf. p. 24). Buecheler carm. epigr. 1007.

8512 d. m. *(asciae duae)* | et quieti aeternae | Iuliae Maianae femi|náe sanctissimae, manu | mariti crúdelissim. inter|fect., | quáe ante obit quam fatum | dedit; cum quo vix. ann. XXVIII, ex | quó liber.

prócreav. duos puerum | ann. XVIIII, puellam annor. XVIII. | O fides, o pietas! Iul. Maior fra|ter sorόri dulciss. et I[*ng*]enuinius | Ianuárius fil. eius p. [*c. et s*]ub a. d.[1]

Lugduni (XIII 2182 vidit Hirschfeld; imaginem partis Huebner ex. script. 393). — 1) *Cf. N. 8141 not. 2. 3.*

8513

Quicumque legis titulum, iuvenis, quoi sua carast,
auro parce nimis vincire lacertos.
Illa licet colló laqueatós inliget artús
et roget ut meritis praemia digna ferat,
vestitú indulge, splendentem supprime cultum:
sic praedo hinc aberit, neq. adulter. erit.
Nam draco[1] consumpsit domina *(sic)* speciosus ab artus
Infixumq. viró volnus perpetuumq. dedit.

Romae in columbario vineae Codiniae, in quo N. 7895 (VI 5302 vidit Henzen). Buecheler carm. epigr. 1057. — 1) *Draco (sc. aureus, qui artus cingebat) fuit causa mortis dominae.*

8514 d. m. | Iul. Res|tutae in|felicissi|mae inter|fectae | annor. | X caus. or|namentor., Iul. | Restut. et | Statia Puden|till. parent.

Salonis (III 2399 vidit Mommsen).

8515 . . . . | [*n*]aufragio exi|sse, annum | vertentem[1] | vixisse, pos an|num mano *(sic)* uma|na sublatum | esse, Aur. Aeladi. | pater filio pi|entissimo | pos. *(ascia).*

Salonis (III S. 8910 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. Cic. Phil. 13, 21, 22.*

8516 d. m. | M. Allius | Firminus | Ursino f., | C. Septimi | Carpopori delica|to, infeli|cissimo p., | naufragio | obito an. XI, | cuius mem|bra consum|sit maris per | se,

quot nomen | titulus praestat | suisq. dolorem.

Baska Voda in ora Dalmatiae rep., est Spalati (III 1899 cf. p. 1499 viderunt Mommsen et Hirschfeld). Buecheler carm. epigr. 826.

8517 d. d. *(puer et puella in navicula sedentes)* | infelicissimis infanti|bus [*H*]ilarioni et Revocate fra|tribus qui vixerunt puella an. | p. m. VIII, pue. an. p. m. IIII, qui in se[1] i[*n*] | mare perierunt; Maximus pater pos.

In insula Brattia Dalmatiae rep., est Legnari (III 3107 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 8460.*

8518 Daphnus et | Chryseis | Laconis liberti | Fortunato suo, v. a. VIII, | balneo Martis piscina | perit[1].

Roma Florentiam advecta (VI 16740 vidit Henzen). — 1) *Similiter IX 6318:* qui miser in piscina [*perit*]. *III 3224:* in flumen perit.

8519 Seio Dalmate ho|mini bono, [*q*]ui incendio [*o*]ppres|sus est, Aurelia | Victorina uxor.

Fragnizzae prope Salonas (III 2519 vidit Mommsen).

8520 [*d. m.*] | et memoriae aetern. | L. Secundi Octavi, Treveri, | acerbissima morte de|functi, qui cum ex incen|dio seminudus effugis|set, posthabita cura salutis | dum aliquit e flammis eri|pere conatur, ruina parie|tis oppressus naturae socia|lem spiritum corpusque ori|gini reddidit. Cuius exces|su graviore damno quam | rei amissione adflicti | Romanius Sollemnis et Secun|di Ianuarius et Antiochus | conliberti merita eius | erga se omnibus exemplis | nobilissima titulo sepul|chri sacraverunt, et | Erophilus in modum frater|nae adfec[*t*]ionis et ab in|eunte aeta[*te*] condiscipu|latu et omn[*i*]b. bonis artibus | copulatissimus amicus, et | sub ascia dedicaverunt.

Vaise prope Lugdunum rep. (XIII 2027 vidit Hirschfeld).

8521 ..... Latro C. Petroni C . . . | ser. annorum XII, a vipe[*ra*] | percussus septumo die per[*it*]. | Modestus frater, Philargurus | conservos posuerunt.

Perusiae (XI 2056 vidit Bormann).

8522 Iucundus Liviae Drusi Caesaris[1], | f.[2] Gryphi et Vitalis. |

In quartum surgens comprensus deprimor annum, |
cum possem matri dulcis et esse patri. |
Eripuit me saga manus crudelis ubique, |
cum manet in terris et nocit *(sic)* arte sua. |
Vos vestros natos concustodite parentes, |
ni dolor in toto pectore fixsus eat.

Romae, iam Veronae (VI 19747 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 987. — 1) *Cf. supra N. 1751. 8054.* — 2) *Filius.*

8523 C. Galerius[1] . . . . | Artemisia . . . | vixit an. XLII, | perit sub sabuc.[2]

Romae in monumento Statiliorum rep. (VI 6623 vidit Dressel). — 1) Cal- *lapis.* — 2) *Sambuca, genus machinae (Fest. p. 325, cet.).*

8524 Ummidiae manes tumulus tegit | iste simulque
Primigeni vernae, | quos tulit una dies.
Nam Capitolinae | compressi examine turbae |
supremum fáti competieré[1] | diem. |

Ummidia Ge, et P. Ummidio Primigenio, | vix. an. XIII, P. Ummidius Anoptes lib. fecit.

Romae, iam Neapoli (VI 29436 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 1159. — 1) *Apex formae insolitae, fortasse casui debitus.*

8525 ..... | vixit annos X . ., | obit XVI k. Octo.[1] | ludi. Romani.[2], | Sabina soror, | vix. ann. XIX | .....

Romae (VI 33456 = Notizie degli scavi 1899 p. 56). — 1) *16. Sept.* — 2) *Ludis Romanis (dies horum ludorum 4. ad 19. Sept.). Similis adnotatio supra N. 6191.*

8526 d. m. | Saturninae, | die Saturni | nata, diem Satur|ni diem functam, | vix. annis III | m. V d. XX.

Cumis rep. (X 2933 semel descripta saec. XVIII).

8527 d. m. | Reianiae C. f. | Maecianae, con|iugi incomparabili | univiriae et castissim., | quae sibi nubsit III k. Feb., | mortem obiit III k. Feb., | vixit secum an. XVIII, | T. Fl. T. f. Liberalis fec. | Hedonicus[1] maritus.

Romae (VI 25392 vidit Bormann). — 1) *Fortasse agnomen Liberalis mariti.*

8528 *(corvus inter duas protomas)* d. m. | Blastione *(sic)* vix. an. VI | mensib. VIIII dieb. XIIII hora I, | natus V k. Septembres | hora diei VI die Lunae, | defunctus III idus Iunias | hor. prim. diei die Saturni, | item matri eius, quae vixit | annis XX dieb. XXX horis X, | reliquit eum[1] mens. XII d. XX. | Blastus pater filio piissimo | fecit.

Romae (VI 13602 vidit Henzen). — 1) *Filium (cum is esset mensium duodecim)?*

8529 L. Caecilius L. l. Syrus | natus mense Maio | hora noctis VI | die Mercuri, | vixit ann. $\overline{\text{VI}}$ dies XXXXIII, | mortuus est IIII k. Iulias | hora X, | elatus est h. III frequentia maxima.

Romae (VI 13782 p. 3513 saepius descripta saec. XV. XVI).

8529a d. m. s. | Calliste vixit | annis XVI mes. III hor. | VI et S, nuptura idibus Oc[*t*.], | moritur IIII idus Oct., Pa[*nathen*]|ais mater pia kar. fil. fec[*it*].

Tipasae Mauretaniae (misit Gsell).

8530 C. Herennio C. f. | Ter. Melai | aedili, $\overline{\text{II}}$vir., | L. Nonio Asprenate cos.[1] | III non. Sept. h. X[2] natus est, | A. Gabinio Secundo cos.[3] | III non. Sept. h. X[2] moritu[*r*]. | Melanta filio.

Venafri (X 4881 vidit Mommsen). — 1) *A. p. C. 6.* — 2) *Hora decima.* — 3) *Consul suffectus anno incerto, cf. supra N. 5887.*

Cf. supra N. 1660: obit natali suo, intrans annum septumum. *N. 7589:* die natali suo hora qua natus est obit.

Parentelae quaedam.

8531 d. m. s. | Crispinae coiugi | divinae, nutri|ci senatorum | duum, Albus | coniunx, c. q. f.[1] | an. XVII. H.[2] vix. | an. XXX m. II, | b. m. f.

Romae, nunc Urbini (VI 16592 vidit Bormann). — 1) *Cum qua fecit.* — 2) *Haec.* — Educatrix c. v. *est supra N. 7674.*

8532 d. m. | Ser. Corneliae Ser. l. | Sabinae | Ser. Cornelius | Dolabella | Metillianus[1] | nutrici et mammul. | b. m. f.

Prope Romam rep. (VI 16450 descr. Abeken). — 1) *Cf. supra N. 5676.*

8533 Maecilio Hylati du|lcissimo nu[*t*]ritori Cae|ioniorum Fusciane c. f. | et Cameni[1] c. v., qui vixit a[*n*]n. | LXXV men. X, fecit Mae|cilia Rogata domino pa|tri dulcissimo mellito *(in latere)* amatori | bono qui om|nes suos am|abit, caris|simo.

Romae rep. in coemeterio Priscillae (VI 21787 vidit Stevenson). — 1) *Fortasse Ceionius Iulianus Camenius, qui fuit praefectus urbi a. 333 (chron. min. I p. 68); cf. etiam supra N. 1264.*

8534 *(in sima)* Meropi, Helladi[1] *(in ipso cippo)* Q. Licinio | Q. fil. | Floro Octaviano | eq. Rom., | Aurelia | Soteris | et Mussius | Chrysonicus[2] | nutritores | lactanei.

8535 *(in sima)* Meropi, Helladi[1] *(in ipso cippo)* Liciniae | Q. f. | Lampetiae | Basilioflorae | C. Mussius | Chrysonicus | et Aurelia | Soteris[2] | nutritores | lactanei.

Romae (VI 1622 cf. p. 3163, 21334 cf. p. 3526 vidit Henzen). — 1) *Signa puto Licinii Flori et Liciniae.* — 2) *Iidem homines supra N. 8061.*

8536 d. m. | Terentiae Thisbe | Terentia Selicia | nutrici lactariae f.

Romae, nunc Pisauri (VI 27262 vidit Bormann).

8537 d. m. | nutrix melli|tissima fecit | alumno suo | L. Valerio | Stachyo, | qui vixit men. | VIII dieb. XXV.

Romae (VI 28120 ad exemplum factum saec. XVI).

8538 d. m. | Volumniae | Dynamidi | Volumnia | C. f. Procla | nutrici | assae[1] et | lib., v. a. CV.

Romae (VI 29497 vidit Henzen). — 1) *Cf. Schol. Iuvenal. 14, 208: assa nutrix dicitur, quae lac non praestat infantibus, sed solum diligentiam et munditiam adhibet.*

8539 Atticus f. | Stactes nutricis | Sisennae f.[1], conlacteus[2], | v. ann. IV.

Romae in monumento Statiliorum (cf. N. 7407) rep. (VI 6324 vidit Henzen). — 1) *Filii. Videtur intellegi filius parvulus Sisennae Statilii Tauri consulis a. 16; cf. supra N. 7404; Prosopogr. imp. Rom. III p. 263 n. 614.* — 2) *Sc. eiusdem Sisennae.*

8540 M. Vipsanius | Agrippinae[1] l. | Thales conlactani. | Celeris[2] Galli fili, | vixsit ann. XIIX, | Chryses frater merenti | fecit.

Roma Florentiam translata (VI 9901a vidit Henzen). — 1) *Est Vipsania Agrippina, uxor Tiberii et C. Asinii Galli, cf. supra N. 165.* — 2) *Ser. Asinii Celeris, qui postea consul factus est a. 38.*

8541 d. m. | Teiae Threpte so|ror. piissimae, cuna|riae[1] Rufinae v. V.[2], | Glyptus frater qui | et Felix vivos vivae | posuit.

Romae (VI 27134 aliquoties descripta). — 1) Quae infantem illam in cunis positam foverat. Cf. Martial. 11, 39, 1. — 2) Virginis Vestalis. Eadem Teia Rufina memoratur VI 27132a. 27133.

8542 Q. Pescennius Chrestio | alumnus | Clodiae Asthiochae | nonnae[1] suae fecit.

Romae, nunc Neapoli (VI 23960 vidit Mommsen). — 1) Cf. Heraeus Archiv f. lat. Lexikographie 13, 1903 p. 156 (Titulus Orell. 4670: d. m. s. Aureliae Iustinae alumne ferunt *— sic —* nonni sui *suspectus fuit Bormanno VI 5, 3633*).*

8543 d. m. | Sulpicia Parth|enopae Fructosae | alumne suae b. m., | quae vixit annos | VIIII m. II d. XV, quae su|pra monnulam[1] su|am supravixit dies XXII.

Romae, nunc Florentiae (VI 27009 vidit Henzen). — 1) Cf. supra N. 8443.

8544 L. Aponius | Abascan|tus, v. a. IIII m. | VI, T. Flavius | Anicetus et | Aponia Syr|illa issulo | et delicio | suo fecer.

Romae (VI 12156 vidit de Rossi).

8545 v. f. | L. Antistius | Zosimus sibi et | Antistiae | Chryseidi | coniug. kariss. | et Septicio | Adiutori papati[1] | optimo.

Taurinis (V 7059 vidit Mommsen). — 1) Cf. supra N. 1836. Heraeus Archiv f. lat. Lexikogr. 13, 1903 p. 158.

8546 d. m. | Titús Flabiús Gly|cón posit natis suis | Flabiaé Glauceni filiaé | vixit ann. VIIII meses III dies | VII, item fil. Flabio Glyconi | ann. XIII meses V dies XVII, | pappo[1] Expentanio[2] | Diocleti socro meo an|norum sexaginta.

Prope Arelate rep. (XII 5813 vidit Hirschfeld). — 1) Sc. filiorum meorum. Cf. Ausonius XIII 2, 18: pappos aviasque trementes. — 2) Idem gentilicium in aliis titulis eiusdem regionis (XII 868. Revue épigraphique 5, 67).

8547 d. m. | Rustia Saturnina co|iugi Onesimo bene me|renti fecit, libert. liberta|busq. posterisque eorum. | Ti. Cl. Pantagathus tatae[1] suo | fecit. Rustia Saturnina ollam | donavit Maio Caes. n. servo ta|tulae[1] suo.

Roma ut videtur Senogalliam adlata (VI 25636 vidit Bormann). — 1) De tatae (tatulae) et mammae vocabulis cf. Heraeus l. c. (ad N. 8542) p. 150 seq.

8548 d. m. Silviae vix. anni. III mens. II dieb. IX, | Claudius Protomachus et Claudia Damal. | filiae et Salonius Epictetus tata et | Aphrodisia mamma fec.

Romae (VI 36353 descr. Ghezzi saec. XVIII).

Titulum VI 16926 puero vel puellae posuerunt pater, mater, frater, tata, mamma, tatula.

8549 Cornelia A|nthusa Iuni|ae Primae m|ammulae su|ae verae matri, | iuc. dulc., sine lite | vixit ann. LXXXII.

S. Felice prope Circeios (X 6452 vidit Mommsen).

8550 dis manibus | sacrum | Oranae Hilarae, | pia vixit ann. L, | C. Iulius Proculus | Mantius benivolus | uxori optumae et | Q. Mantius Ianuarius | qui vocitatur | Asellus, | mammae | indulgentissimae. | H. s. e.

Romae (VI 23556 vidit Bormann).

8551 d. m. | Sittiae Euthy|ciae libertae | et mamani[1] | Sitti Ianuari patro|ni, b. m. f.

Puteolis, iam Neapoli (X 2965 vidit Mommsen). — 1) *Similiter X 3646:* tatani patris. *Heraeus l. c. (ad N. 8542) p. 152.*

8552 v. f. | Gavia Q. l. Prima | sibi et Polyclito | sive servo sive liberto | meo, et L. Calpurnio | Vegeto.

Veronae (V 3630 p. 1075 ter quatterve descripta saec. XV. XVI).

8553 d. m. . . . Septimio C. f. Fortunato et Septimiae concubinae sive servae sive libertae.

Bergomi (V 5172 servavit Iucundus).

8554 d. m. | A. Furius Crassus | A. Furius *(sic)*[1] Festi ver.[2] | loco f. hab. es.[3], | vix. an. IIII m. VI | d. XXVIIII.

Romae, deinde Foro Sempronii (VI 18754 viderunt Henzen et Bormann). — 1) *Scr.* Furi. — 2) *Verna*, 3) *loco filii habitus est (Orell.).*

8555 d. m. s. | Ti. Statorio Ge|mino col. f.[1] Pac|ciani, homini sanc|tissimo, animae | innocentissimae, | Numisia Aug. n. ser. | coniugi, cum q. v. a. | XIIII sine quaerell. *(sic)*, | Capriolus filius | naturalis[2] patri | karissimo | b. m. f.

Luceriae (IX 888 vidit Mommsen). — 1) *Colono fundi.* — 2) *Filio naturali titulum posuit pater (una cum matre) X 1138.*

8556 M. Aurelius Sp. f. | Secundus, quem sibi | T. Sextius Hilarus adopt|arat.

Romae ad portam Salariam rep. (VI 33513 descr. Gatti bull. comunale 1899 p. 157 n. 84). — *In titulo aetatis Flavianae VI 33981 est* filia atoptaticia censi (?).

8557 Iuliae Maiori | sponsae ac mari|te rarissime | P. Octavius Lae|tus fl. Auggg.[1] | pp.[2] fecit.

Sitifi (VIII 8496 vidit Wilmanns). — 1) *Tertia* g *rasura temptata.* — 2) *Perpetuus.*

8558 d. m. | Aurelius | Crescen|tio ex pre|positis, | et Vincen|tia coniun|x eius Au|relie Vericie | bruti[1] suae q|ui *(sic)* vixit ann|is XXIIII bene | merite titu|lo posuerunt.

Kutlovicae Moesiae, iam Sophiae (III S. 12377 cf. p. 2316[45]). — 1) *Idem voca-*

bulum in titulo eiusdem regionis III S. 12666. 'Nurus, bruta' Glossar. Amplon. (C. Gloss. Lat. V p. 314). Cf. Domaszewski das deutsche Wort Braut in lat. Inschriften (Neue Heidelberger Jahrb. 1893).

8558[a] d. m. | Aurelio | Aureliano | eq. R., socerioni[1], | Aur. Septiminus | tribun., gener, | piissimo | qui vixit ann. XXII, | et Rosu[*l*]ae | neptiae eius ann. | III.

Prope Aquileiam (V 8273 vidit Gregorutti). — 1) *Idem vocabulum III 5622 et in fragmento Coloniensi Brambach 420r,* suecerio *III 5974 (11977).*

8559 dis manibus | L. Septimiae Doxae, | quae vixit annis XXXVIII méns. VI diebus XI, | Maurus pater univiriae | sanctae et nuptiales parentes[1] | Elpidephorus maritus | et Elpidephorus filius | optimae sanctissimae piissimae | fecerunt, sibi posterisque suis.

Romae (VI 26268 bis descripta saec. XVI ineunte). — 1) *Maritum et filium ita significari apparet.*


8560 Maesius Hylas | sibi et suis | lib. libertabusq|ue eorum et amicis | set degnis *(sic).* ‖ *(In angulis sin. superiore et sin. inferiore)* *Εὐστόρ|γι* — *Εὐσ|τ[ό]ρ[γ]ι.*

Romae in coemeterio aliquo christiano rep. (VI 21808 vidit Henzen).

CAPVT XVIII.

TITVLI INSTRVMENTI DOMESTICI.

8561



Manios med[1] fhe fhaked[2] Numasioi[3].

Fibula aurea Praeneste in sepulcro antiquissimo rep., est Romae in museo Kircheriano (I ed. 2 n. 3, XIV 4123 delineavit Dümmler Mitth. d. arch. Instituts roem. Abth. II 1887 p. 40). Scripta est a dextra ad sinistram, litteris antiquissimis (ϟ pro S, B *pro* H*); puncta (parum bene expressa in nostra imagine) duplicia sunt, unum (cf. not. 2) triplex (similiter ut supra N. 4913).* — 1) *Similiter in vasculis supra N. 3236, infra N. 8562.* — 2) *Sic legendum (inter* fhe *et* fhaked *punctum triplex; post alterum* FH *errore ut videtur incisa est* I *et rursus expuncta). Intellege: fecit. Valde memorabile est in hoc titulo* FH *pro simplici* F. — 3) *Numerio (Numisio).* — *Tractavit Buecheler rhein. Museum 1887 p. 317 seq.*

8562

1.

Novios Plautios med[1] Romai fecid[2].

2.

Dindia Macolnia[3] fileai[4] dedit.

Vasculum aeneum prope Praeneste repertum, notum sub nomine cistae Ficoronianae, extat Romae in museo Kircheriano: inscriptiones leguntur in manubrio, id est in lamina aenea sigilla Bacchica sustinente quae operculo vasculi adferruminata pro manubrio vasculi est (I 54. XIV 4112. Ritschl I A*).* — 1) *Cf. N. 8561.* — 2) *Videtur Novius Plautius manubrium tantum caelavisse, ipsi vasculo faciendo adhibuisse laminam longe elegantioris caelaturae.* — 3) *Magulnia (Magulniorum nomen non infrequens Praeneste, cf. C. I. L. XIV p. 518; de binis nominibus feminarum Praenestinarum vide supra N. 7819*[v w]*, et in universum W. Schulze lat. Eigennamen p. 513. 595).* — 4) *Sic primi legerunt Schoene et Tongiorgi (antea* filea*).*

Multa alia vascula eiusdem generis prope Praeneste reperta sunt, in his nonnulla inscriptionibus exornata, sed quarum nulla artificem memorat; cf. C. XIV 4105—4111, et iam I ed. 2 n. 562 seq.

8563 Marsuas, Painsscos[1] *(Satyr et Paniscus, saltantes). (Ad latus)* Vibis Pilipus cailavit.

Praeneste rep., speculum aeneum, postea in museo Kircheriano (XIV 4098 imago est Monumenti dell' Inst. 9, 1871 tab. 29 fig. 2; Etrusk. Spiegel vol. V tab. 45). — 1) *Sic videtur esse in aere, caelator videtur voluisse* Painiscos.

8564 *(iuvenis)* Metio *(in cuius gremio sedet puella)* Fasia[1] *(iuxta puellae duae, quarum alteri adscriptum)* Acila[2]. *(Ad latus per longitudinem)* Ceisia Loucilia[3] fata[4] ret, Iunio Setio[3] atos ret.

Praeneste rep., speculum aeneum, est Cantabrigiae (XIV 4104 vidit Helbig eph. ep. 1 p. 153; Koerte Etrusk. Spiegel V tab. 151 cf. p. 197). — 1) ᑕASIA *aes, teste imagine Etr. Spiegel, et ita excepit Helbig,* FASIA *Garrucci syll. n. 539. Nomina haec unde petita, plane incertum.* — 2) *Fortasse: ancilla.* — 3) *Nomina privatorum Praenestinorum sine dubio, fortasse coniugum;* fata ret *et* atos ret *vocabula obscura; cf. Iordan krit. Beiträge zur Gesch. d. lat. Sprache p. 72.* — 4) FATA *vel* ᑕATA.

Alias speculorum aeneorum Praeneste repertorum, praeterea unius Cosae reperti inscriptiones Latinas, eiusdem fere aetatis, vide C. I. L. XIV 4099—4104. XI 6720, 19.

8565 L. Canoleios L. f. fecit Calenos.

In pateris fictilibus nigro colore inductis ornatisque intus variis figuris vel ornamentis minime septem, quarum tres Tarquiniis repertae sunt, una Caere, una prope Nursiam, duae primum Neapoli descriptae sunt (XI 6703, 1 a b c = X 8054, 2 d e f; XI 6703, 1 d = X 8054, 2 i; XI 6703, 1 f = Notizie degli scavi 1883 p. 128; X 8054, 2 b; Notizie degli scavi 1885 p. 82; imaginem Tarquiniensis unius, nunc Petroburgi adservatae, exhibet Benndorf griech. u. sicilische Vasenbilder tab. 56, 1 cf. p. 109, alterius Tarquiniensis Foerster ann. inst. 1883 tab. J cf. p. 66; in illa expressa est pompa Bacchicha, in hac raptus Proserpinae).

In alia patera eiusdem generis est L. Canoleios L. f. fecit *(X 8054, 2 g), in alia* L. Canoleius L. f. fecit *(X 8054, 2 a = Ann. inst. arch. 1875 tab. N fig. 2 cf. p. 295), in patera rubra Caere reperta* [*L.*] Canoleius [*L. f. f*]ecit Calenu *(XI 6703, 2 = X 8054, 3).*

Similes paterae Kaesonis Atilii X 8054, 1.

8566[a] [*R*]etus Gabinius C. s.[1] | Calebus fecit.

[b] Retus Gabinio C. s. Calibus fec. te.

[c] Retus Gabinio C. s. Calebus feci te[2].

In pateris fictilibus nigris, Tarquiniis rep., nunc Petroburgi (X 8054, 7 b a c = XI 6703, 4 b a c vidit Wilmanns ex. inscr. Lat. 2829 c b d tertiae paterae imaginem dedit Benndorf griech. u. sicilische Vasenbilder tab. LVI, 2 cf. p. 110). — 1) *Servus. De nominibus gentiliciis servorum cf. Oxé mus. Rhen. 1904 p. 117 (supra N. 7821).* — 2) *Sic videtur legendum* (fecite *certum esse et antiquum adfirmat Wilm.).*

8566[d] Servio Gabinio T. s.[1] fecit.

In candelabro fictili, Capuae, deinde Neapoli (X 8054, 8 vidit Dressel). — 1) *Cf. ad eam quae praecedit.*

8567 C. s.[1] K. Serponio Caleb. fece. veqo Esqelino[2].

In patera fictili, Neapoli apud negotiantem rerum antiquarum, deinde in museo (Notizie degli scavi 1885 p. 82; imaginem photographicam misit A. Sogliano). — 1) C. s. *(Gai servus, cf. N. 8566) postea ut videtur intrusum inter finem et prin-*

cipium tituli per circulum scripti. — 2) *Vicum Palatium urbis Calenae novimus ex X 4641.*

8568[a] C. Popili, Mevanie[1].

[b] C. Popili, Ocriclo[1].

In poculis fictilibus anaglyptis, variis locis Etruriae rep. (XI 6704, 3. 4 poculum cum priore inscriptione vidit Huelsen Roem. Mitth. 1897 p. 42, cum secunda unum Siebourg l. c. cf. p. 44 n. 7). — 1) C. Popilius, O[*criclo?*] *est etiam in vasculo quod edidit Hartwig Roem. Mitth. 1898 tab. XI cf. p. 400. Mevania et Ocriculum Umbriae oppida. C. Popilium utriusque poculi eundem esse statuit Siebourg l. c. p. 53. — Nudum C. Popilii nomen in aliis eiusdem generis poculis in Etruria repertis XI 6704, 2.*

Aliud genus paterarum fictilium valde antiquarum habes supra N. 2957—2969.

8569 C. Rufius s. finxit.

Sub statua fictili, prope Perusiam rep. (I n. 1394 cf. p. 565. XI 6709, 28; Ritschl tab. LXXIII m).

Amphorae.

8570 Tr. Loisio[1].

In amphoris in Sicilia potissimum reperiri solitis impressum (X 8051, 21 p. 999 Notizie degli scavi 1891 p. 385; singula exempla prodierunt etiam Tarenti et Carthagine: VIII 22637, 32 Notizie degli scavi 1885 p. 283). — 1) *Trebius Loesius (Lusius). Idem homo (Τρέβιος Λοίσιος, non Λοίδιος, ut est errore typ.) Deli a templo Apollinis pecuniam mutuam sumpsit archonte Athenis Posidonio, i. e. paullo ante annum u. c. 600, teste titulo quem edidit Homolle bull. de corr. hell. 4, 1880 p. 183. Apparet Lusium unum fuisse ex negotiatoribus Italicis (v. supra N. 865) qui emporio Delio utebantur. Cf. quae exposui Herm. 18, 1883 p. 155 seq. Ceterum ut in his amphoris nomen negotiatoris, ita in iis quae sequuntur impressa sunt nomina possessorum.*

8571 Ap. Pulcri[1].

In amphoris Mutinae potissimum et in Transpadana (Ateste, Bergomi, Aquileiae) repertis (XI 6695, 77. Pais 1077, 27). — 1) *Fortasse Appius Claudius Pulcher consul a. u. c. 716 (cf. supra N. 890), deinde proconsul Hispaniae.*

8572[a] C. Laeca.

[b] C. Laek. Bass.

[c] C. Laek. — Car.

[d] C. Laek. — Felix.

[e] C. Laek. Bas. — Felix ser.[1]

[f] C. Laek. Bas. — Speratus.

In labris amphorarum Aquileiae repertarum (Pais 1077, 86. 88 a. 89. 88 b. 88 c. 93 vidit Gregorutti). Amphorae cum C. Laecanii sive C. Laecanii Bassi vel solius vel eius servorumque nominibus prodierunt praeterea Polae (oesterr. Jahreshefte 7, 1904 app. p. 146), Patavii (Pais 1077, 88 d e. 91. 92) Vercellis (V 8112, 52—54) et in Norico (III 6007, 5) Pannoniaque (III 12010, 1. 14371, 4), una etiam Romae (XV 3477). C. Laecanius Bassus videtur esse consul a. p. Chr. 64, cui possessiones fuisse in agro Tergestino apparet ex titulo supra N. 5889. — 1) *In amphora Norica quam vidit Mommsen (III 6007, 5) duo haec sigilla distributa sunt in ansas duas.*

8573 Caediciae | M. f. Victricis[1] *(alio loco)* Martialis | ser.

In collo amphorae, Romae rep., impressum (XV 3424 vidit Dressel). — 1) *Idem nomen prope ansam vasis magni Carthaginiensis (VIII 22637, 23), Florentiae quoque et in litore Fundano idem nomen, in amphoris ut puto, lectum est (XI 6695, 23. X 6252). Eadem mulier Neapoli ut videtur dedicavit titulum Inscr. Graec. Sicil. Ital. 722. Fortasse eadem Caedicia a. p. Chr. 65 Italia pulsa (Tac. ann. 15, 71), sine dubio postea restituta.*

8574[a] Traul. et Cris.[1]

In amphora prope Poetovionem rep. (III 12010, 7. 14371, 7). — 1) *Videtur esse Crispinilla, de qua cf. ad N. 8574*[b]*, cum marito Traulo (cf. Tac. ann. 11, 36).*

8574[b] Cal. Crispinillae[1].

In amphoris Parentii, Visinadae, Tergeste, Haidin prope Poetovionem repertis (V 8112, 24. III S. 12010, 2 exempla Tergeste adservata vidit Mommsen). — 1) *Litteras contignatas sic legit Mommsen. Est sine dubio Calvia Crispinilla dives et potens femina, de qua Tac. hist. 1, 73. Dio 63, 12; supra N. 7733*[a] *not.*

8575 fig. Gem|ellian.

In amphoris plus decem Romae et in una in ora Lusitaniae prope ostium Anae repertis (XV 2611, Eph. ep. 9, 424, 1 illas vidit Dressel).

8576[a] fig. Med.

In amphoris tam in Baetica quam in urbe Roma, item in Gallia Germaniaque repertis (II 6254, 17[a]*. XV 2615. XII 5683, 189. XIII 10002, 22. Eph. ep. 9, 424, 3). In aliis tam Romae quam in Baetica repertis est* Median. *vel* Mediane. *(Eph. l. c.). Cf. ad eam quae sequitur.*

8576[b] Q. F. R.[1] Med.

In amphoris sex Romae in monte Testaceo repertis, item in una reperta Peña de la Sal Baeticae, ubi fuit Arva (XV 2869 a. Eph. ep. 9, 424, 49[a]*).* — 1) *Significantur sine dubio nomina tria domini figlinarum Medianensium. Fortasse is fuit Q. Fulvius Rusticus memoratus in titulo ipso illo loco Baeticae reperto supra N. 6919. Eius nepos fuit Fulvius Charisianus (ib.), unde in amphora montis Testacei Romae, ex Baetica ut videtur allata, XV 3876 pictum vidit Dressel:* Fulviorum II Charisianorum et Rogati.

8577[a] ex provinc. | Mauretan. | Caes. Tub.[1]

[b] ex prov. | Maur. Caes. | Tubus.

[c] ex o.[2] Iuli | Honor.[3] | p. m. C.[4] Tub.

In amphoris Romae et prope Romam repertis (XV 2633. 2634 multas vidit Dressel). — 1) *Tubusuctu oppidum Mauretaniae (cf. supra N. 645. 6103).* — 2) *Officina.* — 3) *Idem fortasse C. Iulius Honoratus eques Romanus, memoratus in inscriptione Tubusuctitana VIII 8838.* — 4) *Provincia Mauretania Caesariensi.*

8578 B.[1] | L. Op. Q. F. M. | cos.[2]

In collo amphorae, Faesulis repertae, nigro colore scriptum (XI 6697, 1 vidit Bormann). In collo eiusdem amphorae Cina *vocabulum impressum vidit Gamurrinius (XI 6695, 25).* — 1) *Bonum? (Hirschfeld).* — 2) *L. Opimio Q. Fabio Maximo*

consulibus (a. 633). Cf. Vell. 2, 7, 3; Cic. Brut. 83, 287; Plin. h. n. 14, 94: diffundi solita vina anno DCXXXIII urbis apparet ... Opimiani vini argumento, iam intellegente suum bonum Italia.

8579 Fal. Mas.[1] | Q. Lutatio | C. Mario | cos.[2]

In collo amphorae, Romae in Esquiliis repertae, rubro colore scriptum (XV 4554 delineavit Dressel). — 1) *Falernum Massicum (sc. natum in vinea quadam agri Falerni Massicis montibus contermina; Martialis 13, 111 Massicum adnumerat vinis Falernis. Dressel l. c.).* — 2) *A. u. c. 652 (numerus* IIII *post Marii nomen omissum, ita etiam XV 4555, cf. supra N. 3341 not. 6).*

8580 Ti. Claudio P. Quinctilio cos.[1] | a. d. XIII k. Iun. vinum | diffusum quod natum est | duobus Lentulis cos.[2], | autocr.[3]

Sub collo amphorae, in Esquiliis repertae, rubro colore scriptum (XV 4539 delineavit Dressel). — 1) *A. u. c. 741.* — 2) *A. u. c. 736.* — 3) *Cf. Athenaeus I p. 32 f: (vini Chii) διαφοραὶ τρεῖς· ὁ μὲν γὰρ αὐστηρός ἐστιν, ὁ δὲ γλυκάζων, ὁ δὲ μέσος τούτων τῇ γεύσει αὐτόκρατος καλεῖται (Dressel).*

8581 nat. Gavian.[1] M. P. XLV[2], | imp. Caesare et Silvano cos.[3]; | diff.[4] M. Servilio L. Aelio Lamia cos.[5], | suff.[6] P. Silio L. Volusio Saturnin.[7]

Sub collo amphorae Romae in Esquiliis repertae rubro colore scriptum (XV 4571 delineavit Dressel inscriptionem lectu difficilem). — 1) *Natum Gaviano, sc. fundo? (Dressel).* — 2) *Fortasse indicari, fundum Gavianum ab urbe distare milia passuum quadraginta quinque, coniecit Dressel.* — 3) *A. u. c. 752 (post Caesaris nomen omissus numerus* XIII*).* — 4) *Diffusum.* — 5) *A. u. c. 756 (p. Chr. 3).* — 6) *Suffusum? (Zang.). Cf. IV 2561.* — 7) *Consules suffecti eodem anno.*

8582 Trifolinu[1] | Tiburtianum[2] | Cn. Pedanio | L. Vellei[*o*] cos.[3]

Prope Pompeios (Boscoreale) rep., in amphora colore albo (IV 5518 descr. Mau, cf. Notizie degli scavi 1895 p. 213; Roem. Mitth. 1896 p. 139). — 1) Trifolino, 2) Tiburtiano *primum ediderunt. Trifolinum inter nobilia Campaniae vina numerat Plin. h. n. 14, 69; cf. Martial. 13, 114, Athen. 1, 26*[e]*, Galen. 6 p. 334;* Claudiae, Trifolin. *est in amphora IV 5570; ager Trifolinus ubi fuerit ignoratur. Tiburtiorum nomen non inauditum in Campania, cf. X 782. 3785. 3984. 8071, 55 (Mau).* — 3) *A. p. Chr. 60, cf. supra N. 1987.*

8583 dol. I | dif.[1] est id. Iu[*n.*] | L. Verginio C. Regulo | cos.[2]

Pompeiis, in amphora colore albo (IV 5519 descr. Mau Roem. Mitth. 1892 p. 21). — 1) *Diffusum.* — 2) *A. 63.*

8584 C. Pomponio C. Anicio cos.[1] | ex fund. Badiano | diff.[2] id. Aug. bimum.[3]

Pompeiis, in amphora albo colore scriptum (IV 2551. 5520 descr. Mau). — 1) *A. 65?* — 2) *Primum legerunt* bis f. — 3) *Videtur indicari, idibus Aug. cum iam duorum annorum vinum esset, in amphoras diffusum esse, cf. Horat. carm. 3, 8, 9.*

8585 imp. Vespasiano IIII[1] | Propertianum | amp. n. C *(in altera* amp. n. CII).

Prope Pompeios rep., atramento scriptum in amphoris (IV 5524 descr. Mau; paullo aliter Notizie degli scavi 1898 p. 497. 498). — 1) *A. 72.*

8586 Sur. Fabian.[1] | imp. Vesp. IV cos.[2]

Pompeiis (IV 2556 vidit Schoene). — 1) Surrentinum Fabianum (in fundo vel pago aliquo Fabiano natum). — 2) A. 72.

Similis amphorae inscriptio IV 5525 (= Eph. ep. I 178); aliae, sed anni 70, IV 5521 (= Roem. Mitth. 1889 p. 17). 5522.

8587[a] Vesvini | imp. Vesp. VI cos.[1]

[b] Vesuvini | imp. Vesp. VI cos.

Pompeiis (IV 2557. 2559 vidit Schoene). — 1) A. p. Chr. 75.

8588 *(in collo)* ε. μ.[1], Τι. Κλα. | Αἰνειχοῦ *(infra collum)* M. Fabi Eupori[2] | Cnidium *(sub ansa)* ετ . .

Pompeiis (IV 5535 vidit Sogliano, item, sed partem tantum Mau cf. Roem. Mitth. 1898 p. 40). — 1) Ἐτῶν τεσσαράκοντα *(Hirschf.). — 2) Idem supra N. 6419g.*

8589 Coum | vet. | P. Appulei Bassi.

Pompeiis in amphora (IV 5537 descr. Mau cf. Notizie degli scavi 1882 p. 317).

8590 XV k. Ian. | de Arriano dol. XV.

In amphora Pompeiis in aedibus Vettiorum reperta (IV 5572 descr. Mau Roem. Mitth. 1896 p. 96).

8591 idibus Ian. | de Asiniano racemat.[1] | dol. I.

In amphora Pompeiis in aedibus Vettiorum rep. (IV 5573 descr. Mau Roem. Mitth. 1896 p. 96, Sogliano Notizie degli scavi 1895 p. 234). — 1) Sic legit Sogliano, recte ut videtur.

8592 ab Clodio Clemente de | superiore, sine defrito[1].

In amphora prope Pompeios reperta, colore rubro scriptum (IV 5588 descr. Mau cf. Sogliano Notizie degli scavi 1901 p. 435). — 1) De defrito sive defruto cf. Marquardt Privatl. (ed. 2) p. 459 (defrit. | á Romulo *est in vase IV 5586).*

8593 gustaticium[1].

In amphora Pompeiis in aedibus Vettiorum reperta (IV 5589 desr. Mau Roem. Mitth. 1896 p. 96). — 1) Mulsi genus ut videtur, ab eo qui confecerat ad gustationis usum commendatum cf. Petron. 34 (Mau).

8594 faecula aminea Musae | ab Varia Potita.

Pompeiis, in urceo (IV 5730 descr. Mau Roem. Mitth. 1898 p. 40).

8595 liquamen | optimum.

In urceis Herculanei et Pompeiis repertis (IV 2589. 2590. 2592. 2593. 5707 paene omnes descr. Schoene et Mau cf. Roem. Mitth. 1898 p. 30; eadem inscriptio cum nomine factoris vel aliis quibusdam IV 2591. 2594. 5708 seq.).

8596 lomentum[1] flos, | ex lacte asinino[2], Uticense.

In urceo Pompeiano, colore rubro scriptum (IV 5738 descr. Mau, cf. Sogliano Notizie degli scavi 1899 p. 24). — 1) Cf. ad IV 2597. — 2) Sic Mau.

8597[a] mur. | f.[1] | L. Aimili [*P*]udentis.

[b] mur. arc . . .[2] | exce[*l.*][3] | flos | Cn. Domiti Feli[*c*]io[*nis*].

In collis amphorarum Romae prope castra praetoria repertarum, atramento

scriptum (XV 4721. 4723 delineavit Dressel Bull. arch. comunale 1879 tab. XIII/XIV 2. 1 cf. p. 96. 93). — 1) *Muriae flos (cf. de olei flore Plin. h. n. 15, 23, ed. Diocl. 6, 3: olei, floris; similiter de cera Plin. h. n. 21, 84).* — 2) *Vocabulum non totum legi potuit; quid significetur, incertum (cf. Dressel ad XV 4741).* — 3) *Cf. Plin. h. n. 32, 78: gari excellentis cyathum. Inscriptiones amphorarum Pompeianarum IV 2588* (liq. f[*l.*] exc[*e*]l. scom[*bri*]). *5630 (= Roem. Mitth. 1898 p. 44). 5632/33 (= Eph. ep. 1, 206. 205). 5634—5636 (= 2637. 2636. 2655); similis inscriptio amphorae Germanicae XIII 10004, 8.*

8598 hallex | optuma.

Pompeiis, scriptum in urceis (IV 5717. 5718 descr. Mau Bull. dell' Inst. 1877 p. 169, Roem. Mitth. 1889 p. 24; in hac est optima*). Similis fuit IV 5719.*

8599ª g. f.[1] scombr.[2] | optimum | ex officina | A. Umbrici Abascanti.

ᵇ g. f.[1] scombr. | Scauri[3], | ex officina Scaur.

ᶜ g. f.[1] scombr. | Scauri, | ex officina Agathopi.

ᵈ g. f.[1] | ab Umbricio Abascanto.

ᵉ gari flos.

In urceis amphorisque Pompeiis vel prope Pompeiis repertis, primae inscriptionis exemplum etiam Herculanei prodiit (IV 5689. 5694. 5690. 5671. 5663, cf. Notizie degli scavi 1898 p. 505; Roem. Mitth. 1894 p. 357, 1896 p. 139. Similes inscriptiones IV 2574 seq., multae 5664 seq., Bull. arch. comunale 1879 p. 96 not. 5). — 1) *Gari flos.* — 2) *De scombro pisce et garo quod ex eo fiebat cf. Plin. h. n. 31, 94. Martial. 13, 102.* — 3) *Cf. supra N. 6366 not. 1.*

8600 gar. cast.[1]

In urceis duobus Pompeiis rep., atramento scriptum (IV 2569 viderunt Schoene et Huebner). Similes inscriptiones IV 5660—5662 (Eph. ep. 1, 267. 188). — 1) *Conferunt Plin. h. n. 31, 95: aliud (garum) .... castimoniarum superstitioni etiam sacrisque Iudaeis dicatum, quod fit e piscibus squama carentibus. In urceo Pompeiano IV 2609 est* mur. cast.

8600ª g. socciorum *(sic)*[1].

In amphora et in urceo Pompeiis repertis (IV 5659 cf. Eph. ep. 1, 189 urceum vidit Mau). — 1) *Garum 'sociorum' appellatum memorant Plin. h. n. 31, 94; Martial. 13, 102 Auson. epist. 21 p. 181 ed. Schenkl.*

8601ª gar. Pompeian . . .

ᵇ g. sc. f.[1] | Puteolani.

In amphoris Romae in Esquiliis repertis, atramento scriptum (XV 4686. 4687 vidit Dressel). — 1) *Gari scombri flos.*

8602 oliva[1] alba dulce[2] | P. C. E.

In amphora Pompeiana, colore subro (IV 2610 tab. XLV 1 vidit Schoene). — 1) oliva, olivas *etiam in amphoris Pompeianis IV 5598. 5762 (Eph. ep. 1, 199. 196).* — 2) *Cf. Cato r. r. 117. 118, Varro r. r. 1, 66 (Schoene). Cf. Mau Pompeji p. 493.*

Vascula fictilia

(praeter antiquissima supra p. 1. 952, infra p. 986).

8603 A. Titi | figul.[1]

A. Titi | figul.[1] | Arret.[2]

In vasculis fictilibus, Arretii potissimum et Romae, sed etiam alibi reperiri solitis, impressum (Romana exempla enumeravit Dressel XV 5649 a—k, Arretina Ihm XI 6700, 688, de aliis cf. Ihm l. c.). — 1) *In nonnullis* figu. — 2) *In nonnullis* Arre.

Vasorum terreorum Arretinorum mentionem faciunt Plinius h. n. 35, 160 et Martialis 1, 53, 6. 14, 98. Ex ingenti numero figulorum Arretinorum (inscriptiones collegerunt Dressel XV 4925 sq., Ihm XI 6700) originem adscripsit solus hic A. Titius (scariphatum semel in vasis margine Aretio *III 14215, 14), figuli vocabulum etiam A. Vibius (XV 5755. XI 6700, 765). Nudum* Arreti *vel* Arre. *vocabulum est in fragmentis vasculorum Puteolis repertorum X 8056, 1 (de quibus cf. Zahn ap. Wiegand Priene p. 441 not.).*

8604[a] Felix | fecit *vel* Feli|x fec.

[b] epoei[1] | Felix.

In vasculis Romae repertis (XV 5211 a, b, c nonnulla vidit Dressel). — 1) *In aliis vasculis Romae et in Germania repertis est* Onesi|mus | epoi *(XV 5398 a),* Eros | epoi, Utili|s epo[*i*] *cet. (XIII 10009, 117. 316, Riese Westd. Zeitschr. 1902 p. 238, 22. 243, 13. 252, 7). Cf. Buecheler carm. epigraph. n. 1099 cum add. p. 858.*

8605[a] Mommonis.

[b] of.[1] Mommo.

[c] of.[1] Momo.

In vasculis fictilibus tam ornatis quam ornatu carentibus repertis in Gallia potissimum, sed et aliis multis locis, in Britannia Hispania Africa item sed raro Romae et Pompeiis, maximo autem numero loco dicto Graufesenque territorii Rutenorum, ubi et formae fictiles eodem nomine inscriptae repertae sunt et scariphatum fuit in vasculis idem nomen (XIII 10010, 1374. XII 5686, 600. 602. VII 1336, 721. 722. XV 5355. X 8055, 27. II 4970, 330. VIII 22645, 244; Déchelette vases céramiques de la Gaule I p. 80. 99. 287; Hermet Revue archéol. 1904 I p. 76 seq.). — 1) *Officina.*

Inscriptiones vasculorum Gallicorum composuit Bohn CIL. XIII part. 3 p. 119—428. De locis et officinis, ubi singula genera eorum facta sint, accurate disputavit Déchelette vases céramiques de la Gaule (1904) I p. 28. 65 seq. 117 seq. 138 seq.

8606[a] Apollinar. | cera[1].

[b] [*Ap*]ollinaris cera.

[c] Felicis cera.

[d] cera Felicis.

[e] Latin[*i*] | cera[2].

In fragmentis vasculorum et lagunarum fictilium, repertis in Gallia Narbonensi (potissimum apud Viennam) et prope Lugdunum: inscriptiones leguntur in clipeis rotundis opere anaglypho ornatis qui vasculis vel lagunis immissi erant (XII 5687, 9. 17. 18, plures dat Villefosse revue épigraphique vol. 5, 1903/4 p. 51—62. 68—78 cf. p. 86, Mowat ib. p. 138 seq.; cf. etiam Déchelette vases céramiques de la Gaule II p. 255. 283. 286. 301. 304). — 1) *Significatur formam ceream, ex qua clipei anaglypti expressi erant, factam fuisse ab Apollinare (sic recte Froehner Musées de France p. 53). Praeter hanc artificis notam saepe leguntur in clipeis illis in-*

scriptiones ad res figuratas pertinentes, nomina heroum plerumque. — 2) *Hanc inscriptionem primus edidit Villefosse l. c. p. 54.*

8607 vita brevis, spes fragi[*lis, ven*]ite, accensust, dum lucet, bibamus, sodales *(Supra)* Aco — Acastus[1].

In poculo ex argilla flava, litteris extantibus saec. p. Chr. primi, rep. Klagenfurt in monte S. Helenae (III S. 12013, 3 vidit Hirschfeld; imaginem Déchelette vases céramiques I p. 34). — 1) *Eiusdem figuli nomen* (Aco Acastus) *in vasculis repertis Ornavasso (Déchelette l. c. p. 36. 37 fig. 20. 21) idemque fortasse fuit XII 5686, 6* (. . .ˢ. us Aco); *colliberti eius nomen in alio vasculo prope Klagenfurt reperto III S. 12013, 4* (C. Aco C. l. Eros), *nudum Aconis nomen* (Aco) *in aliis vasculis regionis Padanae et in uno Aquitanico (Déchelette l. c. p. 32. 37. 38 fig. 13. 22. 23). Alicubi in Gallia Transpadana facta esse haec vascula probabiliter creditur.*

8608[a] bibe, amice, de meo.

In vase ornato animalibus et protome coronata, scriptum litteris magnis extantibus, Neapoli in museo (X 8056, 4 minus accurate; imago est Museo Borbonico VII tab. 29, item ap. Déchelette vases céramiques de la Gaule I p. 121 fig. 80. 81). In Gallia factum esse vas coniecit Dragendorff ann. Bonn. 96/97, 1895 p. 101, apud Gabalos Galliae, loco dicto Banassac factum esse statuit Déchelette, eo loco et alia vasa eiusdem generis reperta sunt (v. N. 8608[b]) et fragmentum cum inscriptione simili bibe . . . *(XIII 10012, 11 a; Déchelette l. c. p. 122 fig. 83).*

8608[b] veni ad me, amica.

In simili vasculo ornato, rep. Banassac (XIII 10012, 12 a[1] vidit Hirschfeld; Déchelette vases céramiques I p. 126 n. 11).

8609[a] ave!
[b] ave, vita!
[c] bibe.
[d] inple.
[e] misce.

In poculis et ampullis fictilibus, in Gallia et Germania potissimum inferiore, maxime autem Coloniae Agrippinae reperiri solitis, pictum (XIII 10018, 31. 34. 44. 101. 119 multas vidit Zangemeister, nonnullarum imagines dedit Koerber Mainzer Inschr. 1900 p. 115. 116). De toto hoc genere titulorum in vasculis potoriis Germaniae pictorum dixit Bohn C. XIII 3 p. 532.

8609[f] misce copo.

In ampullis duabus eiusdem generis, Reims et Amiens repertis, pictum (XIII 10018, 120).

8609[g] parce picatum, da amineum[1].

In vase rep. Grand in Vosegi regione (XIII 10018, 135 imago est bull. arch. de Tarn-et-Garonne 1, 1869 p. 119). — 1) *Cf. supra N. 6469 not. 7.*

8609[h] reple me, | copo, conditi[1].
[i] reple me, | copo, meri.

In ampullis duabus eiusdem generis, Coloniae Agrippinae (XIII 10018, 157. 158 hanc Bonnae vidit Zangemeister). — 1) *De condito (sc. vino) cf. Marquardt Privatleben d. Röm. p. 461.*

8609[k] escipe et trade sodali, utre[1].

In poculo fictili, Coloniae Agrippinae, postea Parisiis (XIII 10018, 81 imago est ann. Bonn. 71, 1881 tab. III fig. 1 cf. p. 110). — 1) *Utere.*

8609[l] ospita, reple lagona cervesa! — copo, cnoditu[1] abes? Est. Reple, da.[2]

In laguna fictili, Parisiis reperta, pictum (XIII 10018, 7 vidit Hirschfeld; imaginem dederunt Read revue arch. 18, 1868 tab. XXII cf. p. 227; Thédenat comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1899 ad p. 201). — 1) *Sic errore scriptum pro: conditu(m). (De condito cf. N. 8609*[h]*.)* — 2) *Sic distinxit Thédenat (paullo aliter distinxerat Mommsen Roem. Gesch. 5 p. 99 not.).*

8609[m] escipe que ferimus! felicia munera Libe[*r*.][1] Utere *(infra ansam)* felix.

In ampulla ex terra sigillata q. d., Coloniae (XIII 10018, 82 vidit Bohn). — 1) *Supple: praebet (Momms.).*

Vascula vitrea.

8610 a me, dulcis amica, bibe.

In poculo vitreo, in quo incisus est canis leporem persequens, Reims apud privatum quendam (Maxe-Werly mém. des antiq. de France 49, 1888 [1889] p. 351—353).

8611 Antonia dulcis bibbet, propina! *(litteris minoribus)* Pamp.[1] | M. Ver. l.

In ampulla vitrea, prope Acqualagna Umbriae rep., incisum (XI 6710, 16 vidit Bormann). — 1) *Pamphila.*

8612 anima felix, vivas! *(Aedificia varia, ad ea adscriptum)* stagnu, palatiu, ostriaria, ripa, pilae[1].

In vase vitreo prope Piombino Etruriae reperto (XI 6710, 18 ad imaginem editam a. 1812 a Sestinio). Eiusdem generis vasa habes II S. 6251, 1. XV 7008. — 1) *Repraesentari aedificia litoris Baiani statuit de Rossi bull. arch. napol. n. s. 1, 1853 p. 133, cf. Jordan archaeol. Zeitung 1868 p. 93; C. I. L. X p. 351.*

Alias inscriptiones vasculorum vitreorum habes supra N. 5137 cum not.

Lucernae.

8613[a] annum | noum fau|stum fel|icem mih. | hic[1].

[b] annu | novum | faustu | felice | tibi.

In lucernis fictilibus, Romae potissimum reperiri solitis (XV 6197 cf. 6196. 6198; II 4969, 3 — XV 6203 cf. 6202. 6204 plures vidit Dressel; prior etiam alibi reperta est VIII 22644, 4; XI 6699, 6; IX 6081, 1; X 8052, 5, perraro secunda X 8053, 5 i). In plerisque ex his lucernis verba supra relata a dea Victoria inscribuntur in clipeo. — 1) hic *abest a multis exemplis.*

8614 *(Amores quattuor clavam Herculis tollere conantes; quintus e scypho Herculis bibens)* adiuvate | sodales!

In lucernis Romae et aliis locis repertis (XV 6230. X 8053,8. XIII 10001,11; unius imago est archaeol. Anzeiger 4, 1889 p. 170).

8615[a] L. M. Adiec. (*raro* L. Mu. Adiec.).
[b] L. Muna. Mar.
[c] L. Mun. Phile.
[d] L. M. Res.
[e] L. Mun. Suc.
[f] L. Mun. Trept. (*vel* Threp.)[1].

In multis lucernis Romae potissimum et in Africa, sed etiam alibi, repertis (XV 6560 seq. VIII 22644, 219 seq. cum adnotationibus). Apparet L. Munatii alicuius libertos (vel L. Munatium cum libertis) officinas lucernarias exercuisse. Similiter Clodiorum et Fabriciorum nomen frequens in lucernis (XV 6375 seq. 6428 seq. VIII 22644, 63 seq. 98 seq.). — 1) *Lucernam huius Threpti, ornamenti quod in eo conspicitur causa, iam supra memoravi N. 5294.*

8616[a] Pullaeni.
[b] ex of. | Pullaen|i.
[c] Pulla|enor|um.
[d] ex of. | Pulla|enoru.
[e] Pullaeni Ianuari.
[f] Pullaen. | Possessor.

In lucernis fictilibus in Africa reperiri solitis (VIII 22644, 276—282). Etiam in Sardinia lucernae Pullaenorum nomine inscriptae non raro, extra Africam Sardiniamque singulae fere tantum paucis locis repertae sunt (cf. VIII ad 22644, 277). Videntur factae esse in Africa, cf. supra N. 6024 not.

Alias lucernas fictiles habes supra N. 5135. 5136. 5293. 5294.

8616[g] *(in corbi panis, urceus, radix)* pauperis cena pane vinu radic.

In lucernis Poetovione repertis (III 14114, 13 imaginem unius exhibet Schneider in Erani Vind. 1893 prima pagina cf. ib. p. 386).

Supellex aerea argentea aurea

(praeter antiquissimam supra p. 951).

8617[a] M. Aur. C.[1], II[2] p. III : ƆI[3].
[b] M. Scatonis, II[2] p. IIS Σ[4].

In trulla et in tripode argenteis, una cum multis aliis vasibus argenteis prope Hildesheim repertis et Berolini adservatis (Pernice et Winter Hildesheimer Silberfund p. 72. 50, inscriptionem trullae edidit iam Schoene Philolog. 28, 1869 p. 370 n. 3; inscriptionem tripodis primus legit Winter Jahrb. archaeol. Inst. 1897 Anz. p. 119). — 1) *Tria nomina possessoris* (Aur. *litterae contignatae). —* 2) *Duo (intellege duo vasa gemella adfuisse et ad id par pertinere pondus indicatum. Cf. supra N. 5471, ubi similiter septem signorum pondus comprehendi videtur, item N. 8618). —* 3) *Pondo tria (libras tres) uncias duas, scripulum (cf. N. 8619 not. 6) unum. —* 4) *Pondo duo (libras duas) semissem semunciam (cf. N. 8619 not. 7. 8).*

8618 Gaviae vas. II[1] p. IIS꞉IIII[2].

In poculo argenteo Boscoreale prope Pompeios (cf. ad eam quae sequitur) reperto (Villefosse monuments Piot 5, 1899 p. 62). — 1) *Vasa duo, cf. N. 8617 not. 2* (vas. II *postea additum). —* 2) *Pondo: duo (libras duas), uncias octo, (scripula) quattuor. Inscriptiones Graecas figuris (sceletis) in hoc poculo expressis adiectas non repetivi ([Σο]φοκλῆς Ἀθηναῖος, Μοσχίων Ἀθηναῖος κτλ.; Σοφία, Δόξαι etc.).*

8619 phi.[1] et emb.[2] p. p.[3] II[4]S : :[5] Ↄ[6]VI, phi.[1] p. p.[3] II[4] =Σ[7], emb.[2] p. p.[3] S—Σ[8].

In uno ex vasculis prope Pompeios repertis et Parisios translatis, notis sub appellatione 'trésor de Boscoreale' (Villefosse monuments fondation Piot 5, 1899 p. 42. 43). — 1) *Phiala,* 2) *emblema. Cf. supra N. 4863. —* 3) *Pendent pondo. —* 4) *Duo (libras duas). —* 5) *Dextantem (semissem et uncias quattuor). —* 6) *Scripula. —* 7) *Uncias duas, semunciam. —* 8) *Uncias septem, semunciam. Pondus emblematis (unc. 7½) additum ad pondus phialae (libr. 2 unc. 2½) efficit libras 2 dextantem. Apparet aut in emblematis aut in phialae pondere indicando vel etiam utroque loco scripulorum mentionem omissam esse.*

8620 M. Domitius fece Polygnos. *(In alio angulo)* p. IS[1].

In speculo argenteo Boscoreale prope Pompeios (cf. ad eam quae praecedit) reperto et Parisiis adservato, prope manubrium (Villefosse monuments fondation Piot 5, 1899 p. 90 fig. 20 cf. tab. XIX). — 1) *Pondo I, semissem.*

8621 P. Cipi Polybi[1].

In manubriis trullarum et paterarum aenearum, tam in Italia quam in provinciis, item extra fines imperii, in Dania, in Pomerania, repertarum (X 8071, 36. XI 6717, 3. XIII 10027, 17 cet., plene collegit Willers die roem. Bronzeeimer von Hemmoor p. 214, adde Ann. Bonn. 111/2, 1904 p. 409). — 1) *In aliis vasibus eiusdem generis leguntur nomina aliorum Cipiorum* (P. Cipi Hymni, P. Cipi Nicomachi *cet.; cf. eam quae sequitur). In Campania vasa haec facta esse statuit Willers l. c.*

8621ª P. Cipi Nicomachi[1] — sors Mercuri.

In manubriis duorum vasorum aeneorum, in Italia (Herculanei ut dicebatur) et in Stiria repertorum (X 8072, 13. III 6017, 9 alterum vas vidit Henzen, alterum Mommsen). — 1) Nicomac. *exemplum Herculanense.*

8622 cacabulus sacris Augustis[1], vernaclus nuntius iunior.[2] | Seculum bonum s. p. q. R. et populo Romano[3], felix Tarraco.

Tintinnabulum aeneum, Tarracone rep. (Eph. ep. 8 p. 447 n. 198 cf. p. 518, imago est archaeol. Anzeiger 1894 p. 187). — 1) *Augusta fortasse dicuntur sacra divorum et Augustorum Tarracone culta (Huebner Eph. l. c.). —* 2) *Ipsum cacabulum dici vernaculum nuntium putat Hirschfeld (apud Huebnerum l. c.). —* 3) et pop. Romano *abundat, cum praecedat* p. q. R.

8623ª uror | amor|e tuo.

Fibula aenea, Genavae rep. (XII 5698, 18 vidit J. Schmidt).

8623ᵇ quod | vis, eg|o volo.

Fibula aenea, Bouvines (prope Lille) rep. (Bull. des antiquaires 1872 p. 95).

8623° iudicio te amo.
Fibula, in Treveris rep. (Hettner drei Tempelbezirke p. 50).

8624 tace; noli p|erier.[1], ego te vidi ali|an saviare.
Fibula aurea prope Volsinios rep., postea apud comitem Tyskiewicz (XI 6711, 5 imaginem dedit de Rossi Roem. Mitth. 5, 1890 p. 285). — 1) *Peierare.*

Tesserae eburneae lusoriae.

8625

		(in parte aversa)
1.	I	nugator[1]
2.	II	fur[2]
3.	III	moice[3]
4.	IV *vel* IIII	ebriose
4a.	IV *vel* IIII	vapio[4]
5.	. . .	. . . .[4a]
6.	VI	cunu linge[5]
7.	VII	patice
8.	VIII	patice
8a.	VIII	vapio
9.	VIIII	[*va*]ppa
10.	X	cunnio
11.	XI	fatue
11a.	XI	gaudesne
12.	XII	verecund.
13.	XIII	vix rides
14.	XIIII	moraris
15.	XV	argute
16.	XVI	lupa
17.	XVII	pernix[6]
18.	XVIII	*(vocab. periit)*
19.	XVIIII	arpax[7]
20.	XX	gumia[8]
21.	XXI	audax
22.	XXII	inpudes
23.	XXIII	malest[9]
24.	XXIIII	fortunate
25.	XXV	facete
26.	XXX	amator[10]
27.	LX	felix

Tesserae eburneae, Romae, Pompeiis aliisque locis repertae, sedecim prodierunt in sepulcro prope Perusiam (Perusinas habes XI 6728, 5 seq.; omnes quotquot innotuerunt composuit Huelsen Roem. Mitth. 1896 p. 228 seq., unde potiores repetivi). In multis

ad numerum adiectae sunt litterae al *contignatae (cf. not. 2).* — 1) *In tessera XI 6728, 24 est* nugator *cum numero* XI. — 2) *Huius tesserae complura exempla prodierunt, in nonnullis ad numerum* II *adiectae sunt litterae* al *(II 4963, 2. IX 6089, 4. X 8070, 12).* — 3) *Moeche* (moece *cum numero* XXIII *in tessera reperta Tarenti Notizie degli scavi 1884 p. 125).* — 4) *In alia (Huelsen l. c. p. 229 n. 16) reperitur* gulo *cum numero* IIII. — 4ᵃ) *Tessera cum numero* V *nondum prodiit.* — 5) *Hanc Pompeiis repertam vidit Dressel X 8069, 4. In tessera rep. Frusinone videtur fuisse* cun. [*l*]in[*ge*] *(traditur* cun. I in. X*) cum numero* VIII *(Eph. ep. 8, 807).* — 6) *Huius tesserae quinque exempla novit Huelsen.* — 7) *Huius tesserae quattuor exempla novimus (in uno, X 8070, 8, est* XIX *pro* XVIIII. *Accedit Froehner coll. Gotuchow 1899 p. 202, 5, ubi numerus traditur* VIIII*).* — 8) *Vidit Dressel Roem. Mitth. l. c. p. 232 n. 66. In tessera Notizie degli scavi 1886 p. 422 cf. R. Mitth. p. 230 est* gumia *cum numero* XXI. — 9) *Vidit Huebner Monatsber. Berl. Akad. 1867 p. 766.* — 10) *In tessera XI 6728, 20 est* amator *cum numero* XI.

Tabulae lusoriae.

8626ᵃ Parthi occisi
Br[*i*]tt[*o*] victus
ludit[*e*] [*R*]omani

Romae rep. in catacumba S. Marci et Marcelliani (Huelsen Roem. Mitth. 1904 p. 142). — Ad tempora Diocletiani refert Huelsen l. c.

8626ᵇ virtus imperi
hostes vincti
ludant Romani

Treveris rep. in coemeterio, in parte aversa epitaphium Christianum (XIII 3865 vidit Domaszewski). Aliarum duarum tabularum eiusdem generis fragmenta Treveris reperta sunt XIII 3780. 3781.

8626ᶜ invida punct[*a*]
iubent felice
ludere doctum

Rusicade (Philippeville) Numidiae (VIII 7998 imaginem dedit Delamare expl. tab. 29 n. 9). Buecheler carm. epigr. n. 339.

8626ᵈ ludere nescis
perdis ploras
vincis gaudes

Romae in pavimento thermarum Antoninianarum (descr. de Rossi, edid. Ihm Roem. Mitth. 1891 p. 215 n. 68).

8626ᵉ circus plenus
clamor populi
[*gaudia*] civium

Monteleone in Sabinis rep., deinde Romae (IX 4907 vidit Henzen).

8626[f] venari lavari
ludere ridere
occest vivere

Thamugadi in pavimento fori (VIII S. 17938 vidit Cagnat). Extra marginem leguntur vocabula ab hac inscriptione aliena oc anas(?) *et alio loco* quiever.

Inscriptiones huius generis usque ad annum 1890 notas composuit Ihm Roem. Mitth. 1891 p. 208 seq. Cf. Marquardt Privatleben der Roemer p. 859. De genere ludi, cui hae tabulae inservierint, egit Huelsen Roem. Mitth. 1904 p. 145.

Mensurae, staterae, pondera.

8627 mensurae ad exemplum | earum quae in Capitolio sunt | auctore sanctissimo Aug. n.[1] | *///////////////*[2] nobilissimo Caes. | per regiones missae cura[*nte*] D. Simonio | Iuliano[3] pra[*ef.*] urb. c. v.

Vas aeneum (mensura), notum sub nomine modii Medicei, olim Neapoli apud Andreinium Florentinum, nunc Florentiae in museo, iam in museo Etrusco (Gori inscr. Etr. vol. III tab. I p. 2; descripsit Bormann, vidi ipse). — 1) *Quis Augustus significetur,* 2) *cuius Caesaris nomen erasum sit, nondum exploratum.* — 3) *De hoc homine cf. supra N. 1189, Prosopogr. imp. Rom. III p. 248 n. 529. Thraciam et Arabiam (hanc testibus miliariis Bull. comité trav. hist. 1904 p. 19. 23) rexerat inter a. 235 et 238; praefectus urbi fuit certe ante annum 254 p. Chr.*

8628 imp. Caesare | Vespas. VI | T. Caes. Aug. f. IIII cos.[1] | mensurae | exactae in | Capitolio | p. X[2].

Vas aeneum, notum sub nomine congii Farnesiani, Romae olim apud cardinalem Farnesium, iam Neapoli (Dresselio contulerunt Iul. de Petra et Huelsen; aliud exemplum et ipsum ut videtur genuinum quod habebat litteras argento incrustatas, extitit saec. XVI Romae apud cardinalem Caesium, cf. Pigh. cod. Berol. f. 165. 167, Smet. 145, 14, Grut. 223, 3; exempla Romae in museo Kircheriano et Dresdae adservata falsa esse testatur Dressel). — 1) *A. 73.* — 2) *Pondo decem.*

Cf. Hultsch Metrologie (ed. 2) p. 123, qui tamen (cum multis aliis) exemplum Dresdense pro genuino habuit.

8629 *numeri a* I *ad* X *(in parte opposita) a* X *ad* XXXX *(in duobus lateribus contiguis alii numeri, partes assis ut videtur; in extrema parte crassa scapi)* imp. Vesp. Aug. IIX | T. imp. Aug. f. VI cos.[1] | exacta in Capito.

In scapo staterae aeneae, Herculanei rep., Neapoli adservatae (X 8067, 3 inscriptionem primariam vidit Dressel; numeros exhibet Real Museo Borbonico I tab. 55). — 1) *A. 77.*

8630 Ti. Claud. Caes. [*IIII L.*] Vitel. | III cos.[1], exacta ad Artic.[2] | cura aedil.

In scapo staterae aeneae, Herculanei rep., Neapoli adservatae, punctim scriptum (X 8067, 2 vidit Dressel). — 1) *A. 47.* — 2) *Articuleianam (normam). Cf. N. 8633.*

8631 I, II, III, IIII, V, VI, VII, VIII, VIIII, X, XI *(in parte opposita scapi ut videtur)* X, V[1], XX, V[2], XXX, V, XXXX. *(In extrema parte ob-*

longa scapi) Ti. Clau. Cas. IIII | L. Vitel. cos.[3] *(in parte opposita)* p. Articuleia.[4] | iussu aedil.

In scapo staterae aeneae, repertae ut dicitur in Campania (Froehner Collection Auguste Dutuit, Bronzes cet. Ser. II, 1901 p. 126 n. 163 tab. CXLV). — 1) *Intellege* XV, 2) XXV *cet.* — 3) *A. p. Chr. 47.* — 4) *Pondus Articuleianum (cf. N. 8633).*

Similes staterae vel certe staterarum scapi multis locis prodierunt, cf. C. VII 1281. 1282. XI 6727, 2. 3. Eph. 7, 1152: huius imaginem habes Proceedings of the Society of antiquaries of London 11, 1887 p. 317 tab. Eph. 8 p. 482. Westd. Korr.-Blatt 1889 p. 66; complures extant in museo Berolinensi (Friederichs Berlins antike Bildwerke II p. 200 n. 901. 902. 903. Pernice Jahrb. d. arch. Inst. 1898 p. 74 = C. XI 6727, 2). Sed in plerisque ex iis numeri tantum leguntur, notae exactionis reperiuntur tantum in his (N. 8629. 8631) et C. X 8067, 2.

8632 i.[1] Capitolio esaminata. | Ermetis Mat. Aug.[2] *(ab altera parte)* Forentina | Paoniais[3].

In statera aenea, fortasse in Etruria reperta, est Romae (XI 6727, 1 vidit Huelsen). — 1) *In.* — 2) *Matidiae Augustae.* — 3) *Non intellego (alterum certe nomen videtur esse mulieris, sc. dominae).*

8633 Ti. Claud. Caes. IV L. Vitellio III cos.[1] p. ex.[2] ad Artic.[3] ius. aed. *(in medio)* XXX.

In pondere ex lapide Tiburtino, Romae in museo Kircheriano, gyro scriptum (Gatti ann. inst. arch. 1881 p. 333; vidit Dressel). — 1) *A. 47.* — 2) *Pondera exacta* (ponder. exact. *scriptum in centupondio Herculanensi X 8067, 1).* — 3) *Ad Articuleianum (pondus, cf. N. 8630. 8631. 8634. 8635; unde hoc pondus publica auctoritate munitum nomen habuerit, non compertum; non recte Articuleii aedilis nomen in centupondio Herculanensi X 8067, 1 legere sibi visus erat de Rossi ann. inst. arch. 1881 p. 200 tab. N fig. 5, cf. C. X p. 1002).*

8634 Ti. Claud. Caes. IV L. Vit. III[1] | — L — | iussu aed. exact. ad Artic. I. C.[2]

In pondere marmoreo Praeneste reperto (XIV 4124, 2 Gatti bull. comunale 1884 p. 67 vidit ectypum). — 1) *A. 47.* — 2) *In Capitolio? In pondere aeneo nuper Falerione reperto lectum esse dicitur* ex. pond. in Capitolio *(Notizie degli scavi 1903 p. 113), sed lectio non est certa.*

8635 exact. | ad — X — Ar|ticuleian.

In pondere marmoreo, Romae ut videtur reperto, quod pendet chiliogr. 3.180 (Gatti ann. inst. arch. 1884 p. 193 cum imagine tab. N fig. 1; vidit Dressel).

8636 exac. ad[1] X Castor.[2], exa. ad V Casto., exa. ad III Casto., ex. ad II Cast., ex. ad I Cast., ex. a. S Cas., ex. a. ∴ Cas., ex.[1] ∵ Ca.[2]

Aquileiae, nunc Mediolani, octo pondera aenea vasculorum formam habentia, ut minus quodque collocari potuerit intra maius ('vaselli circolari, l'un dei quali sta entro l'altro'), litteris argenteis (V 8119, 4 vidit Mommsen). — 1) *Exactum ad,* 2) *Castoris. Numeri interpositi significant decem, quinque libras et sic deinceps usque ad trientem et quadrantem librae. Similia pondera aenea inter se aptata prodierunt in Morinis (XIII 10030, 13 = Bull. des antiquaires de France 1887 p. 270, inscriptiones procedunt ab* ex. ad. I Cas[t.] *ad* e. a. ·· Ca.), *singula pondera*

eiusdem generis compluribus locis (XI 6726, 2 a. Inscr. Helv. 340. Jahrb. d. arch. Inst. Beibl. 1904 p. 46).

8637^a *(in superficie plana)* II *(in ventre)* templ. Opis | Aug.

^b *(in superficie plana)* V *(in ventre)* templ. Opis | Aug.

Pondera aenea duo, litteris argento incrustatis, Romae diu in museo Kircheriano (Fabretti p. 524, 369. 370; Garrucci annali di numismatica 1, 1846 p. 202; nuper apud privatum quendam vidit Petersen).

Alterum pondus gramm. 718, 50 alterum 1770, 60 pendere auctor est Garruccius.

8638 ex auct.[1] Q. Iuni Rustici praef.[2] urb.[3] *(interdum additus numerus, ut)* X[4].

In ponderibus lapideis tam Romae quam alibi repertis (II 4962, 2. 6245, 1. V 8119, 1. IX 6088, 1. X 8068, 5 a—d. XI 6726, 1 a—h. XIII 3 p. 737 = Brambach 1300 cet.; Gatti bull. comunale 1884 p. 71 tab. VI. VII fig. 7. 8; exempla duo musei Kircheriani vidit Dressel). — 1) *Sic plerumque, interdum* ex auc. *vel* ex auctor. *vel* ex auctoritate *(semel* ex a.). — 2) *Interdum* praefecti. — 3) c. v. *additum esse dicitur in exemplo musei Ravesteiniani quod vidit Zangemeister XIII 10030, 10 d, v. c. X 8068, 5 d. Praefectus urbi fuit Rusticus circa annum 162, cf. Prosopogr. II p. 243 n. 535.* — 4) *Numerus in paucis tantum exemplis lectus est X 8068, 5 b d. XI 6726 e.*

8639 p. ∴[1] castror. Aug.

Pondus aeneum rotundum, Romae rep. prope castra praetoria (Ceselli bull. inst. arch. 1879 p. 211). — 1) *Pondo triens.*

8640 *(in superficie plana, in medio)* X *(circa numerum circulo scriptum)* legionis primae Italic.[1] *(in ventre)* Lucius Iulius Lucilianus leg. Augusti | leg. I Ital. pondera examinata sig.

Pondus aeneum litteris argenteis prope Rustschuk ut videtur in Danuvio, certe alicubi in Moesia inferiore (cf. not. 1), repertum, extat Vindobonae (III 784 p. 1011 vidit Mommsen; imago est Wiener Sitzungsber. 11, 1853 tab. ad p. 606). — 1) *Castra habebat in Moesia inferiore, cf. supra N. 2288 (not. 7). 2295.*

8641 [*imp. Se*]vero Ale[*xa*]ndro Pio F[*elice Aug. II*] | et Aufidio Marcello II cos.[1], ma[*ncipes?*] | splendidissimi vectigalis massae ferrariarum | Memmiae Sosandridis c. f., quod agitur sub cura | Aureli Nerei soc[*ii*] vectigalis.

In pondere marmoreo coni formam habente, Lugduni, ubi extat apud privatum aliquem (XIII 1811 vidit Hirschfeld). — 1) *A. 226.*

Non recepi pondera quae putantur Pompeiana X 8067, 5. 6 cf. p. 1002, Notizie degli scavi 1894 p. 382, 1898 p. 392, inscripta fur, cave — malum *et* eme — habbebi, *quippe quae pondera esse minime constet (cf. Pernice Roem. Mitth. 5, 1890 p. 40 seq.).*

Horologia.

8642 [*b*]rumalis[1]
[*I*]anuarius
Februarius
Martius
Aprilis — aequinoctialis[1]
[*M*]aius]
[*Iu*]n[*i*]us *(caniculae figura)*
[*solst*]itialis[1].

Carthagine, tabula marmorea (Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1899 tab. ad p. 38 = Musée St. Louis II tab. 20, 5). — 1) *Sc. linea. Vocabula haec adscripta ad lineas quas sequi debebat umbra gnomonis (stili) illis temporibus anni. Similiter in horologiis Kaibel 705. 1307. 1307ª p. 699, Grut. 135, 3 = Notizie degli scavi 1883 p. 48 (pro mensium vocabulis non raro posita sunt vel cum iis coniuncta nomina signorum caelestium; sola mensium vocabula X 8071, 23. XV 7203). Praeter has lineas menstruas (cf. Vitruv. 9, 7, 7: 'hibernas lineas .. sive .. aestivas ... sive aequinoctiales, aut etiam ... menstruas') adsunt in hoc horologio, ut in reliquis similibus, lineae horariae (plerumque undecim, in hoc quinque tantum, cf. infra) quibus lineae illae menstruae in partes duodecim (in hoc nostro in partes sex) secantur; his lineis adscribi debebant numeri horarum, sed ei numeri plerumque omissi sunt, scilicet facile cogitatione suppleri poterant, adsunt tamen Graece in horologio Kaibel l. c. 713, cf. anth. Pal. 10, 43. Pleraque autem horologia adscriptionibus huius generis plane destituta sunt (N. 8643; item supra N. 5619). Cf. Ardaillon 'horologium' (Daremberg et Saglio dictionnaire des antiquités III 1 p. 256 seq.).* — *Horologium hoc Carthaginiense, sive potius horologii pars dimidia, cf. quae exposuit Tannery comptes rendus l. c. p. 39 seq., antemeridianas horas tantum monstrabat, conversa scilicet orientem inter et meridiem versus; altera pars, quae postmeridianas horas monstraret, conversa fuisse putanda est meridiem inter et occidentem versus, eaque sine dubio reliquorum mensium nomina habebat. Linearum ductus (praesertim menstruarum) multum abesse in hoc horologio a mathematica veritate exposuit Tannery compt. rend. l. c.*

Prope Vertillum Lingonum (Vertault) rep., est Chatillon-sur-Seine (XIII 10021, 5 vidit Hirschfeld; imaginem exhibet Villefosse bull. des antiq. de France 1884 p. 159). — 1) *Celsus 6, 6, 17 Euelpidis (collyrium) quod μεμιγμένον nominabat.* — 2) *Cf. Galen. XII 769. 786. Villefosse et Thédenat p. 179 seq.* — 3) *Cf. Scribon. Larg. 4, 35.* — 4) *Celsus 6, 6, 32. Plin. h. n. 25, 144 (anagallidos herbae) sucus oculorum caliginem discutit cum melle.* — 5) *Collyrium huius nominis memorat Galen. de comp. pharm. local. lib. 4 (XII p. 785 Kuehn).* — 6) *Cf. Cels. 6, 6, 35. 7, 7, 13. Scrib. Larg. c. 38. Plin. h. n. 34, 114 remedium contra initia glaucomatum et suffusionum; ib. 28, 7. 32, 33.* — 7) *Cf. N. 8739.* — 8) *Collyrium ex suco chelidoniae herbae, cf. Plin. h. n. 25, 89. 90.* — 9) *Opobalsamatum cf. N. 8742; Villefosse-Thédenat p. 145 seq.*

8735 L. Antoni Epicteti | dialepidos[1] ad dia.[2] — L. Antoni Epicteti | diamisyos[3] ad c.[4] — L. Antoni Epicteti | diarodon[5] ad imp.[6] — L. Antoni Epicteti | stactum[7] ad cla.[8]

Bagaci Nerviorum (Bavai) rep. (XIII 10021, 13 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Cf. Dioscorid. I p. 752 ed. Sprengel; Cels. 2, 12, 1; Marcell. empir. 8, 197.* — 2) *Diathesis. Cf. N. 8741.* — 3) *Cf. Marcell. empir. 8, 199: collyrium diamisyos, quod facit ad aspritudines oculorum tollendas et ad lacrimas substringendas, componitur sic, cet. De misye Plin. h. n. 34, 121 misy ... extenuat et scabritias oculorum inveteratas. Galen. XII p. 226 seq.* — 4) *Cicatrices.* — 5) *Διὰ ῥόδων vel διάρροδον, cf. Galen. XII p. 765 seq. Aetius p. 8, 10 ed. Hirschberg.* — 6) *Impetus (sc. lippitudinis).* — 7) *Cf. N. 8742.* — 8) *Claritatem.*

8736 T. Atti Divixti[1] dia|zmyrnes[2] post imp. lip.[3] — T. Atti Dvxt. *(sic)* nar|dinum ad impet. lip. — T. Atti Divixti diami|sus[4] ad veteres cic. — T. Atti Divixti dia|libanu[5] ad imp.[6] ex ovo[7].

Apuli in Dacia rep. (III 1636 = XIII 10021, 19 vidit Mommsen). — 1) *Nota nomen Gallicum.* — 2) *Διὰ σμύρνης. Cf. Scribon. Larg. c. 26; Marcell. 8, 211 (διάσμυρνον Galen. XII p. 257. 774).* — 3) *Impetum lippitudinis.* — 4) *Cf. N. 8735 not. 3.* — 5) *Διὰ λιβάνου. Cf. Cels. 6, 6, 13; Marcell. empir. 8, 207.* — 6) *Sc. lippitudinis.* — 7) *Cf. Cels. 6, 6, 8: leniri medicamentum debet adiecto albo ovi; ib. 6, 6, 9: ex lacte aut ovo. Marcell. 8, 117: ex ovo tritum.*

8737 C. Cl. Immunis diap|sor.[1] opo.[2] ad claritat.[3] — C. Cl. Immunis penicil|le[3] ad impet. lippit. ex ovo.[4] — C. Cl. Immunis coeno[*n*][5] | ad aspr. et claritates. — [*C. C*]l. Immunis diasmyr|nes post imp. lipp. ex ovo.[4]

Mandeure in Sequanis rep. (XIII 10021, 44 vidit Hirschfeld). — 1) *Diapsoricum. Cf. Marcell. empir. 8, 206, cet.* — 2) *Opobalsamatum. Cf. N. 8742.* — 3) *Cf. N. 8739.* — 4) *Cf. N. 8736 not. 7.* — 5) *Κοινόν (collyrium ex his signaculis tantum notum).*

8738 Epagathi diasmyrnes | post impet. lippitud. — Epagathi diamysus[1] | ad aspritudines tol. — Epagathi horaeon[2] | croc. ad aspritudines. — Epagathi theoctiston[3] | ad diathesis tolle.

Prope Ateste (Este) rep. (Notizie degli scavi 1904 p. 432). — 1) *Cf. N. 8735 not. 3.* — 2) *Collyrium aliunde non notum.* — 3) *Idem collyrium sine dubio in signaculo Espérandieu recueil n. 36 = XIII 10021, 22, ubi lectum est* theochist.

8739 L. I. Docilae croco|des diamyseos[1] a. d.[2] — L. I. Docil. ambrosium[3] | opobalsam. ad clari. — L. I. Docilae penicil|lum[4] authemer.[5] ex ov. — L. I. Docilae diacinna|bareos[6] ad clar. ocul. *(in planitie utraque scariphata quaedam).*

Vaucluse rep., iam Parisiis (XIII 10021, 82 vidit Espérandieu). — 1) *Cf. N. 8735 not. 3.* — 2) *Ad diathesis? (cf. N. 8741).* — 3) *Cf. N. 8740 not. 6.* — 4) *Penicillum sive penicille (N. 8737): cf. Cels. 6, 6, 8. 9; Plin. h. n. 34, 125. 131. Villefosse-Thédenat p. 48.* — 5) *Cf. Galen. XII p. 755. Villefosse-Thédenat p. 24.* — 6) *Κινναβάριον (collyrium) Ἄξιον ὀφθαλμικοῦ στόλου Βρεττανικοῦ describit Galen. XII p. 786.*

8740 C. Titti Balbini chlo|ron[1] ad expurg. et replet.[2] — Balbini char|ma[3] ad cylon[4]. — C. T. Balbini charma | ad cylon[4] et chalazos.[5] — C. T. Balbini a|mimetum[6] ad s.[7] *(in planitie superiore)* C. Tit. Balbi.

In Arvernis loco dicto Martres d'Artières in coemeterio Romano rep. (XIII 10021, 181 vidit Hirschfeld; imaginem Villefosse-Thédenat p. 5). — 1) *Cf. Veget. mulomed. 6, 28, 3.* — 2) *Cf. Dioscorid. II p. 109 ed. Sprengel: τὰ ἕλκη πληροῦντα καὶ ἀποκαθαίροντα. Plin. h. n. 32, 24: ulcerum cava explet.; ib. 36, 156.* — 3) *Collyrium praeterea ignotum.* — 4) *Cf. Villefosse-Thédenat l. c. p. 11.* — 5) *Χαλάζωσιν. Cf. Galen. XIV p. 770 ed. Kuehn, cet.* — 6) *Similia nomina collyriorum: isotheon, ambrosium cet. (CIL. XIII part. 3 p. 604 seq.).* — 7) *Ad suppurationes?*

8741 L. Val. Latini euodes[1] ad ci|catrices et aspritudin. — L. Val. Latini apalocro|codes ad diathesis[2].

Tranent prope Edinburg rep. (VII 1319. XIII 10021, 188 Espérandieu vidit ectypum). — 1) *Cf. Marcell. 8, 117.* — 2) *Cf. Galen. XII p. 764: χρήσιμον δὲ καὶ πρὸς τὰς ἄλλας διαθέσεις.*

8742 Q. Valeri Sexti stac|tum[1] ad caligines | opobalsamatum. — G. Vitali Amandi|onis cloron.[2]


Daspich prope Metz rep. (XIII 10021, 191 viderunt Hirschfeld et Espérandieu). — 1) *Cf. Scribon. Larg. 34; Marcell. 8, 71 cet.* — 2) *Cf. N. 8740 not. 1.*

CAPVT XIX.

ANALECTA VARIA.

Vasculum Dresselianum.

8743



Iove sat[1] deivos qoi med mitad nei ted endo cosmis virco sied asted noisi ope toitesiai pacari vois. — Duenos med feced en manom einom dzenoine[2] med maao[3] statod.

Vasculum argillaceum triplex (ex tribus doliolis conglutinatum), Romae rep. inter Quirinalem et Viminalem, sed plane incertum num loco antiquo, in quo stilo exarati versus duo vel tres litteris antiquissimis (H. Dressel, qui indagavit et sibi comparavit primus edidit adiutus a Buechelero ann. inst. arch. 1880 p. 158 tab. L). Tractaverunt Buecheler mus. Rhen. 36, 1881 p. 235 seq.; Iordan Herm. 16, 1881 p. 225 seq., deinde multi alii, plerosque enumeratos habes CIL. I ed. 2 p. 371. Lectio plerumque certa (sed cf. not. 3), nisi quod propter scripturam continuam neque ullis punctis vel spatiis distinctam distributio vocabulorum in coniectura posita est; sic ut supra dedi vocabula distinxit Buecheler. — 1) Inter Iove *et* sat *lineola interposita est, quae fortasse dirimere debebat inter duo vocabula, certe non videtur habenda esse pro littera* i. *— 2)* z *postea inserta. — 3) Errore ut videtur pro* mano, *et videtur scriptor errorem corrigere voluisse.*

Plane incerta interpretatio; Buecheler mus. Rhen. 36, 1881 p. 235 seq. sic fere accipiendum putat: Iovi Saturno deis qui me mittat, ne te intus comes virgo sit adstet, nisi Opi Tutesiae pacari vis; Duenus me fecit propter mortuum et die noni me mano sistito. — Paullo aliter Iordan l. c. (comis virgo sit, ast nisi cet.); aliter denique Thurneysen Zeitschr. f. vergl. Sprachforschung 35, 1899 p. 212.

Fasti anni civilis et rustici.

8744 Tabula anni civilis (Iuliani) Maffeiana.

(Textum v. pag. 988—991.)

Romae saec. XVI in domo Maffeiorum, tabula marmorea, nunc periit praeter pauca fragmenta (I ed. 1 p. 303—307, ed. 2 p. 222—226; omisi reliquias laceras praescriptionis, ubi nomina privatorum quorundam perscripta erant qui fastos hos et nescio quae opera cum iis coniuncta collocanda curaverant).

Scripti sunt fasti hi 'Maffeiani' imperante Augusto, inter annos ut videtur 746, quo mensis Sextilis Augusti nomen accepit, et 757, quo dies 26. Iun. propter adoptionem Tiberii in diem festum mutatus est (cf. p. 989 ad 26. Jun.). Eiusdem fere aetatis sunt reliqui fasti lapidibus incisi qui ad nos pervenerunt (de celeberrimis Praenestinis cura Verrii Flacci Praeneste in foro collocatis vide p. 993), nonnulli incisi sunt sub Tiberio, Antiates (CIL. I ed. 1 p. 328, ed. 2 p. 248) sub Claudio. Omnes plus minus mutili ad nos pervenerunt; in solis fastis his Maffeianis ordo duodecim mensium paene integer superest. Composuit fastorum horum reliquias Mommsen CIL. I ed. 1 p. 298—331, ed. 2 p. 210—252, additis fastis saec. IV et V in litteras relatis et amplissimo commentario (qui nuper accesserunt, eos vide CIL. VI p. 3315).

Constant autem fasti lapidibus incisi notis his: 1) *litteris alphabeti octo primis* (A—H) *continuo ordine repetitis et usque ad finem anni aequabiliter decurrentibus, quibus indicantur nundinia;* 2) *nominibus dierum, quibus nomina propria erant, scilicet kalendarum nonarum iduum* KAL., NON., ID. *(vel* EID*), ad kalendas mensis quoque nomine adposito, et feriarum anni Romani antiquissimarum quadraginta quinque* AGON., CAR., LVPER. *etc. (cf. infra ad Ian. 9. 11. Febr. 15. cet.), quibus additus a. 739 dies Augustalia (cf. ad Oct. 12);* 3) *litteris quibusdam quibus condicio unius cuiusque diei significaretur, utrum fastus* (F) *an comitialis* (C) *an nefastus esset* (N); *diebus fere quinquaginta adscripta est nota* NP, *scilicet feriis illis plerisque, praeterea iduum diebus omnibus et kalendis Martiis, litterae* N *forma ut videtur peculiaris, qua nefastum hilarem significari putabat Mommsen (sed cf. Wissowa Religion d. Römer p. 371); diebus octo adscriptum est* EN, *significans diem endotercisum sive intercisum (cf. ad 10. Ian.); de aliis quibusdam dierum notis vide ad 24. Mart. 24. Mai. 15. Iun. 19. Aug. Haec, servata ex anni antiqua ordinatione, aequabiliter recepta sunt in fastos aevi imperatorii ibique expressa sunt litteris maioribus; litteris minoribus adscripti sunt ludi temporibus liberae rei publicae instituti; de diebus festis et sacris variae adnotationes; adnotationes historicae, ad domum Caesarum potissimum pertinentes; in fastis Praenestinis praeterea doctissima interpretamenta Verrii Flacci. Plenissime haec exposuit Mommsen CIL. I ed. 1 p. 362 seq., ed. 2 p. 284 seq. Cf. praeterea Marquardt Staatsverw. III (ed. 2) p. 288—294. 567—589; Wissowa Religion und Kultus der Römer p. 367 seq. 491 seq.*

8744

1 A K. IAN. F	1 H K. FEB. N	1 D k. Mar. NP
2 B F	2 A N	2 E F
3 C C	3 B N	3 F C
4 D C	4 C N	4 G C
5 E NON. F	5 D NON.	5 H C
6 F F	6 E N	6 A NP hoc die | Caesar
7 G C	7 F N	7 B NON. F pontif. | maxim.
8 H C	8 G N	8 C F fact. est
9 A AGON.	9 H N	9 D C
10 B EN.	10 A N	10 E C
11 C CAR. NP	11 B N	11 F C
12 D C	12 C N	12 G C
13 E EID. NP	13 D EID. NP	13 H EN.
14 F EN. dies | vitios. |	14 E N	14 A EQ. NP
15 G CAR. ex s. c.	15 F LVPER. NP	15 B EID. NP
16 H C	16 G EN.	16 C F
17 A C	17 H QVIR. NP	17 D LIB. NP
18 B C	18 A C	18 E C
19 C C	19 B C	19 F QVIN. N
20 D C	20 C C	20 G C
21 E C	21 D FERAL. F	21 H C
22 F C	22 E C	22 A N
23 G C	23 F TER. NP	23 B TVBIL. NP
24 H C	24 G REGIF. N	24 C Q. REX C. F.
25 A C	25 H C	25 D C
26 B C	26 A EN.	26 E C
27 C C	27 B EQ. NP	27 F NP hoc die | Caesar Alexand. |
28 D C	28 C C	28 G C recepit.
29 E F		29 H C
30 F N		30 A C
31 G C		31 B C

9. Ian.: Agonia (cf. Varr. de l. 6, 12; CIL. I ed. 2 p. 306). — 10. Ian.: endotercisus (cf. Varr. l. L. 6, 31; Macrob. sat. 1, 16, 2. 3; Ovid. fast. 1, 49; CIL. I ed. 2 p. 290). Eadem nota adscribitur etiam ad 14. Ian. 16. Febr. 26. Febr. 13. Mart. 22. Aug. 14. Oct. 12. Dec. (cf. CIL. I ed. 2 p. 295). — 11. et 15. Ian.: Carmentalia. — 14. Ian.: Endotercisus (cf. ad 10. Ian.). — 14. Ian.: Vitiosi appellatio in fastis ad hunc solum diem adscripta; cf. Momms. CIL. I ed. 2 p. 296. — 15. Febr.: Lupercalia. — 17. Febr.: Quirinalia. — 21. Febr.: Feralia. — 23. Febr.: Terminalia. — 24. Febr.: Regifugium. — 26. Febr.: endotercisus (cf. ad 10. Ian.). — 27. Febr.: Equirria. — 6. Mart.: cf. supra N. 108. — 13. Mart.: Endotercisus (cf. ad 10. Ian.). — 14. Mart.: Equirria. — 17. Mart.: Liberalia. — 19. Mart: Quinquatrus. — 23. Mart.: Tubilustrium. — 24. Mart.: Quando rex comitiavit, fas (cf. ad 24. Mai.). — 27. Mart.: Dictator Caesar Alexandria potitus est a. u. c. 707.

1 C K A[*PR. F*]	1 [*A K. MAI. F*]	1 [*H k. IV*]N. N 8744
2 D [*F*]	2 [*B F ludi*]	2 [*A*] F
3 E C	3 [*C C lud. in cir.*]	3 B C
4 F C ludi Matr. mag.	4 D [*C*]	4 C C
5 G NON. ludi	5 E C	5 D NON
6 H NP ludi	6 F C	6 E N
7 A N ludi	7 G NON. N	7 F N
8 B N ludi	8 H F	8 G N Menti | in Capit.
9 C N ludi	9 A LEM. N	9 H VEST. N fer. Vestae
10 D N lud. in cir.	10 B C	10 A N
11 E N	11 C LEM. N	11 B MATR. N
12 F N ludi Cereri	12 D NP lud. Mart. in circ.	12 C N
13 G EID. NP ludi	13 E LEM. N	13 D EID. NP
14 H N ludi	14 F C	14 E N
15 A FORD. NP ludi	15 G EID. NP	15 F Q. ST. D. F
16 B N ludi	16 H F	16 G C
17 C N ludi	17 A C	17 H C
18 D N ludi	18 B C	18 A C
19 E CER. N lud. in cir.	19 C C	19 B C
20 F N	20 D C	20 C C
21 G PAR. NP	21 E AGON. NP	21 D C
22 H N	22 F N	22 E C
23 A VIN. NP	23 G TVB. NP	23 F C
24 B C	24 H Q. REX C. F	24 G C
25 C ROB. NP	25 A C	25 H C
26 D F	26 B C	26 A C
27 E C	27 C C	27 B C
28 F NP lud. Flor.	28 D C	28 C C
29 G C ludi	29 E C	29 D F
30 H C ludi	30 F C	30 E C
	31 G C	

4./10. Apr.: Ludi Matris Magnae; cf. fast. Praen. ad 4. Apr. (infra p. 992). — 12./19. Apr.: Ludi Ceriales, cf. Marquardt Staatsverw. III ed. 2 p. 362. — 15. Apr.: Fordicidia. — 19. Apr.: Cerialia. — 21. Apr.: Parilia. — 23. Apr.: Vinalia. — 25. Apr.: Robigalia. — 28. Apr./3. Mai.: ludi Florales. — 9. 11. 13. Mai.: Lemuria (cf. Marquardt l. c. p. 575). — 12. Mai.: cf. CIL. I ed. 2 p. 318. — 21. Mai.: Agonia. — 23. Mai.: Tubilustrium. — 24. Mai.: Quando rex comitiavit, fas (sic Varr. de l. L. 6, 31, similiterque fasti Praenestini ad 24. Mart., cf. etiam Ovid. fast. 5, 727: apparet diem ex parte nefastum ex parte fastum fuisse). Eadem nota adscripta est ad d. 24. Mart. — 8. Iun.: Menti in Capitolio aedes dedicata est a. u. c. 539 (Liv. 23, 31, 9 cf. 22, 10, 10, Ovid. fast. 6, 241 sub hoc ipso die). — 9. Iun.: Vestalia; feriae Vestae. — 11. Iun.: Matralia. — 15. Iun.: Quando stercus delatum, fas (sic explicite Varro de l. L. 6, 32 cf. Fest. p. 258. 259. 344 Müll. Ovid. fast. 6, 717). — 26. Iun.: hic dies in aliis quibusdam fastis pro C *notam habet feriarum* NP, *scilicet feriatus factus a. p. Chr. 4 propter adoptionem Tiberii, ut diserte legitur in fastis Amiterninis.*

8744

1 F K. IVL. N	1 E K A[*UG. N*?]	1 [*D KAL. SEPT. F.*]
2 G N	2 F N hoc die [*Caesar*	2 E NP
3 H N	3 G C *in* | *Hispan.*] | cit. vicit.	3 F NP
4 A NP	4 H C	4 G C ludi Romani
5 B POPLIF. NP	5 A NON. F	5 H NON. F lud.
6 C N ludi | Apollin.	6 B F	6 A F ludi
7 D NON. N ludi	7 C C	7 B C ludi
8 E N ludi	8 D C	8 C C ludi
9 F N ludi	9 E NP hoc die | Cae-	9 D C ludi
10 G C ludi	10 F C sar | Hispali vic.	10 E C ludi
11 H C ludi	11 G C	11 F C ludi
12 A NP ludi	12 H C	12 G N ludi
13 B C lud. in cir.	13 A EID. NP	13 H EID. NP
14 C C merk.	14 B F	14 A F equor. prob.
15 D EID. NP merk.	15 C C	15 B N lud. Rom. in circ.
16 E F merk.	16 D C	16 C C in circ.
17 F C merk.	17 E PORT. NP	17 D C in circ.
18 G C merk.	18 F C	18 E C in circ.
19 H LVCAR. NP merk.	19 G VIN. F. P.	19 F C in circ.
20 A C lud. Vict. Caesar	20 H C	20 G C merk.
21 B LVCAR. lud.	21 A CONS. NP	21 H C merk.
22 C C ludi	22 B EN	22 A C merk.
23 D NEPT. ludi	23 C VOLC. NP	23 B NP mer. H. d.
24 E N ludi	24 D C	24 C C Augusti natalis; lud. circ.
25 F FVRR. NP ludi	25 E OPIC. NP	25 D C
26 G C ludi	26 F C	26 E C
27 H C in circ.	27 G VOLT. NP	27 F C
28 A C in circ.	28 H NP h. d. ara Victo-	28 G C
29 B C in circ.	29 A F riae in curia dedic. est	29 H F
30 C C in circ.	30 B F	30 A C
31 D C	31 C C	

5. Iul.: Poplifugia. — 6./13. Iul.: Ludi Apollinares. — Ad d. 14. Iul. merk. *errore adscriptum in hac tabula* (mercatus dies V *fasti Antiates CIL. I² p. 248 ad d. 15. Iul.). Mercatus fasti huius generis recensent post ludos Romanos, plebeios, item post hos Apollinares (cf. CIL. I² p. 300). — 19. 21. Iul.: Lucaria. — 20./30. Iul.: Ludi Victoriae Caesaris. — 23. Iul.: Neptunalia. — 25. Iul.: Furrinalia. — 2. Aug.: significatur victoria Caesaris de Afranio et Petreio legatis Pompeii. Similiter vel etiam plenius in aliis fastis, in Amiterninis ita:* Feriae quod eo die C. Caes. C. f. in Hispan. citer. et quod in Ponto eod. die regem Pharnacem devicit. — *9. Aug.: dies pugnae Pharsalicae* (Hispali *error est quadratarii, ut apparet ex fastis Amiterninis et Antiatibus, in his est:* divus Iulius Phars. vicit). — *17. Aug.: Portunalia. — 19. Aug.: Vinalia. De nota* F. P. *raro obvia cf. CIL. I² p. 289. — 21. Aug.: Consualia. — 22. Aug.: endotercisus (cf. 10. Ian.). — 23. Aug.: Volcanalia. — 25. Aug.: Opiconsivia. — 27. Aug.: Volturnalia. — 28. Aug.: significatur ara in curia Iulia dedicata a. 725 (Dio 51, 22). — 4./19. Sept.: Ludi Ro-*

1	B K OCT. N	1	A K [*NOV. F*]	1	[*G K. DEC. N*] 8744
2	C F	2	B F	2	[*H N*]
3	D C	3	C [*C*]	3	[*A N*]
4	E C	4	D [*C*]	4	[*B C*]
5	F C	5	E NO[*N. F*]	5	[*C F*]
6	G C	6	F F ludi	6	[*D F*]
7	H NON. F	7	G C ludi	7	E C
8	A F	8	H C ludi	8	F C
9	B C	9	A C ludi	9	G C
10	C C	10	B C ludi	10	H C
11	D MEDITR.	11	C C ludi	11	A AGON. NP
12	E AVGVST. NP	12	D C ludi	12	B EN
13	F FONT. NP	13	E EID. NP epul. indict.	13	C EID. NP
14	G EN	14	F F equor. prob.	14	D F
15	H EID. NP	15	G C lud. pleb. in circ.	15	E CONS. NP
16	A F	16	H C in circ.	16	F C
17	B C	17	A C in circ.	17	G SAT. feriae Saturn.
18	C C	18	B C merk.	18	H C
19	D ARM. NP	19	C C merk.	19	A OPAL. NP
20	E C	20	D C merk.	20	B C
21	F C	21	E C	21	C DIV. NP
22	G C	22	F C	22	D C
23	H C	23	G C	23	E LAR. NP
24	A C	24	H C	24	F C
25	B C	25	A C	25	G C
26	C C lud. Vict.	26	B C	26	H C
27	D C ludi	27	C C	27	A C
28	E C ludi	28	D C	28	B C
29	F C ludi	29	E F	29	C F
30	G C ludi	30	F C	30	D F
31	H C ludi			31	E C

mani cf. CIL. I ed. 2 p. 328; 14. Sept.: equorum probatio pertinet ad partem circensem ludorum, d. 15. Sept. seq. (similiter in ludis plebeiis, mense Nov.); post ludos d. 20./23. Sept. mercatus. — 23. Sept.: de natali Augusti cf. supra N. 108. 112. 154.

11. Oct.: Meditrinalia (Varr. l. L. 6, 21. Fest. p. 123). — 12. Oct.: Augustalia, instituta a. 739 (Dio 54, 10). — 13. Oct.: Fontinalia (Varro l. L. 6, 22. Fest. p. 85). — 14. Oct.: endotercisus, cf. ad 14. Ian. — 19. Oct.: Armilustrium (Varro l. c. Fest. p. 19). — 26. Oct./1. Nov.: ludi Victoriae, sc. Sullanae. — 6. (vel potius 4.)/17. Nov.: ludi plebeii; inter hos interpositum d. 13. Nov. epulum Iovis, quo loco sane mirum est non perscribi ipsum epulum sed indictionem eius (epulum indicitur *etiam fasti Antiates CIL. I ed. 2 p. 249, sed fasti fratr. Arv.* Iovi epul.); *de equorum probatione d. 14. Nov. cf. ad d. 14. Sept.; ludos subsequitur mercatus (d. 18./20. Nov.), similiter ut ludos Apollinares et ludos Romanos. — 11. Dec.: Agonia. — 12. Dec.: endotercisus (cf. ad 10. Ian.). — 15. Dec.: Consualia. — 17. Dec.: Saturnalia; feriae Saturno. — 19. Dec.: Opalia. — 21. Dec.: Divalia. — 23. Dec.: Larentalia.*

8744a **Ex fastis Praenestinis adnotationes selectae.**

Ad 1. Ian.: [*Aescu*]lapio[1], Vediovi in insula[2]. Hae et | [*aliae pri*]mae calendae appellantur, quia | [*eorum pri*]mus is dies est quos pont[*i*]fex minor quo|[*vis anni*] mense ad nonas sin[*gulas currere* | *edicit in Capi*]tolio in curia cala[*bra*[3]. *Ann*]us no|[*vus incipit*], quia eo die mag. ineunt, quod coepit | [*p. R.*] c. a. DCI[4].

Ad 2. Ian.: [*Hic dies fastus est. Fasti dies appe*]llantur quod iis licet fári apud | [*magistratus populi Romani ea sine quibu*]s verbis lege agi non potest[5]. Idem | [*religiosus est*, *ut sunt dies pos*]tridie omnis calendas[6], quod iis [*sacrificium non fit*].

Ad 3. Ian.: [*Comitiales dies appellantur*, *cum popul*]us coire convocare[7] cógi potest; | ac lege a[*gi item licet*] . . . . | quem lege . . . . | lege agi non . . . . .[8]

Ad 5. Febr.[9]*:* Concordiae in arce[10]. Feriae ex s. c. | quod eo die imperator Caesar Augustus | pontifex maximus trib. potest. XXI cos. XIII[11] | a senatu populoque Romano pater patriae[12] appellatus [*est*].

Ad 17. Febr.[13]*:* . . . . . tis | . . . . rum idem | . . . . ine hasta curis[14] | . . . . . . i dicant Quirinum | . . . . . . [*stultor*]um feriae[15].

Initio mensis Martii: Martius ab Latinorum [*deo bel*]landi[16], itaque apud | Albanos et plerosque [*po*]pulos Lat[*ii m*]os idem fuit ante | conditam Romam; ut a[*u*]tem alii cre[*du*]nt, quod et[17] sacra | fiunt hóc mense.

Ad 2. (vel potius 1.) Mart.: Feriae Marti. Iun[*o*]ni Lucinae E[*s*]quiliis[18], | quod eo die aedis ei [*dedica*]ta est per matronas | quam voverat Albin . . . vel uxor si puerum | . . . . . que ipsa . . .[19]

Ad 23. Mart.: [*Feriae*] Marti. Hic dies appellatur ita[20], quod | in atrio sutorio tubi lustrantur, | quibus in sacris utuntur.[21] Lutatius[22] | quidem clavam eam ait esse in ruina Pala[*t*]i | [*i*]ncensi a Gallis repertam qua Romulus urbem | inauguraverit.

Ad 4. Apr.: Ludi M. d. M. I.[23], megalensia vocantur, quod ea dea | megale appellatur. Nobilium mutitationes[24] cenarum | solitae sunt frequenter fieri, quod Mater magna | ex libris Sibullinis arcessita locum mutavit[25] ex Phrygia | Romam[26].

Ad 5. Apr.: Ludi.[27] Fortunae publicae citerio[*ri*] | in colle[28].

Ad 6. Apr.: Ludi. F., q. e. d.[29] C. Caesar C. f. in Africa regem [*Iubam*] | v[*icit*][30].

Ad 12. (rectius 10.) Apr.: Ludi in circo. M. d. in Pal[*atio*], quod eo die aedis e[*i*] | dedicata est.

Ad 23. Apr.: Sig. divo Augusto patri ad theatrum Marc[*ell.*][31], | Iúlia Augusta et Ti. Augustus[32] dedicarunt[33]. — Ti. Caesar togam virilem sumpsit imp. Caesare VII M. Agrippa | III cos.[34]

Ad 1. Aug.[35]*:* Victoriae, Victoriae | Virgini in Palatio[36]. Spei in | Foro Holitorio[37]. Fer. ex [*s. c.*] | q. e. d.[29] imp. Cae[*sar Aug. rem publicam tristissimo periculo liberavit*][38].

Prope Praeneste rep. fragmenta magnarum tabularum marmorearum, quibus fasti anni Iuliani incisi erant, pleraque, pertinentia ad menses Ian. Mart. Apr. Dec., prodierunt a. 1771 loco dicto le Quadrelle plus mille pass. a Praeneste meridiem versus, quo adlata esse videntur aetate labente aedis christianae exstruendae causa, alia prodierunt aliis locis agri Praenestini (cf. not. 9. 35), unum (cf. not. 13) eo loco ubi videtur fuisse forum Praenestinum temporibus imperatorum: omnia pertinuerunt ad fastos quos Verrius Flaccus, celeberrimus grammaticus temporum Augusti, 'a se ordinatos' Praeneste in foro in hemicyclio quodam 'marmoreo parieti incisos publicarat' (sic Suet. de gramm. c. 17), cf. quae contra dubitationes Hirschfeldi Herm. 9, 1875 p. 103 exposuit Vahlen ind. lection. Berol. 1877/8 p. 4 seq. (fragmenta pleraque edidit a. 1779 Fogginius, omnia praeter duo recens reperta, cf. not. 13. 35, Mommsen CIL. I ed. 2 p. 231—239: nos hic omissa ipsa dierum serie adnotationes tantum selectas repetivimus). — 1) *Cf. Ovid. fast. 1, 291,* 2) *Liv. 34, 53, 7.* — 3) *Macrob. sat. 1, 15, 10.* — 4) *Liv. epit. 47, Cassiodor. chron. ad a. 601. Cf. Momms. Chronologie p. 103.* — 5) *Cf. CIL. I ed. 2 p. 289.* — 6) *Cf. Verr. Flacc. ap. Gell. 5, 17. Liv. 6, 1 fin.* — 7) *Scr.* convocari. — 8) *Macrob. sat. 1, 16, 14.* — 9) *Haec fastorum particula saec. XVI exeunte Praeneste descripta est (incertum ubi reperta), neque postea umquam comparuit. Ad mensem Febr. relata est collato Ovidio (not. 12).* — 10) *Liv. 22, 33, 8.* — 11) *A. u. c. 752.* — 12) *Ovid. fast. 2, 127, ex quo de mense constat. Cf. praeterea supra ad N. 96.* — 13) *Frustulum rep. a. 1904, recte ad diem Quirinalium relatum ab editoribus Sbardella et Marucchi (Notizie degli scavi 1904 p. 393).* — 14) *Ovid. fast. 2, 477. Fasti Polemii Silvii (a. 448/9) ad d. 17. Febr.: Quirinalia, quo die Romulus occisus a suis (Qui. ab hasta quae a Sabinis curis vocatur) non apparuisse confictus est.* — 15) *Festus p. 254 s. v. Quirinalia, cet. (Marquardt Staatsverw. III 197).* — 16) *Supplevit Hirschfeld CIL. I ed. 2 p. 286.* — 17) *Scr.* ei. — 18) *Ovid. fast. 3, 247. Paulus Festi p. 147 M. s. v. Martias calendas.* — 19) *Res ignota.* — 20) *Tubilustrium (cf. fast. Maffeian.).* — 21) *Cf. Varro l. L. 6, 14. Festus p. 352.* — 22) *Cf. Peter hist. Rom. fragm. p. 126.* — 23) *Ludi Matri deum magnae Ideae. Cf. fasti Maffeian. ad d. 4. Apr. (p. 989); Marquardt Staatsv. III² p. 367. 501.* — 24) *Cf. Gell. 2, 24, 2. 18, 2, 11.* — 25) *Cf. Ovid. fast. 4, 355.* — 26) *Cf. Liv. 29, 14, qui etiam diem habet.* — 27) *Scilicet Matris deum.* — 28) *Ovid. fast. 4, 375; Momms. C. I ed. 2 p. 315.* — 29) *Feriae quod ea die.* — 30) *Ovid. fast. 4, 380.* — 31) *Act. Arval. sub d. 23. Apr. a. 38; Tac. (not. 32).* — 32) *Tac. a. 3, 64 (ad a. 22): cum haud procul theatro Marcelli effigiem divo Augusto Iulia dicaret, Tiberi nomen suo postscripserat.* — 33) *Haec alia manu addita, circa annum 22 (cf. not. 32).* — 34) *A. u. c. 727. Haec quoque postea addita, imperante Tiberio. Ipsos fastos et plerasque adnotationes vivo Augusto incisas esse passim apparet, cf. sub d. 5. Febr., ante a. ut videtur 763, cf. CIL. I ed. 2 p. 206.* — 35) *Frustulum quod prodiit a. 1897, aliquantum ab oppido occidentem versus, longe a 'le Quadrelle' (Gatti Notizie degli scavi 1897 p. 421).* — 36) *Cf. Liv. 35, 9, 6.* — 37) *Fasti fratr. Arv., Vallens. fasti (CIL. I ed. 2 p. 214. 240). Cf. Liv. 21, 62, 4, cet.* — 38) *Haec suppleta ex fastis Arvalium et Amiterninis (significatur victoria de Antonio; in fastis Antiatibus est* Aug. Alexan. *recepit).*

8745 **Menologium rusticum Colotianum.**

(capricornus)	*(aquarius)*	*(pisces)*
mensis	mensis	mensis
Ianuar.	Februar.	Martius
dies XXXI	dies XXVIII	dies XXXI
non. quint.[1]	non. quint.	non septiman.[2]
dies hor. VIIIISΞ[3]	dies hor. XSΞ	dies hor. XII
nox hor. XIIIIΞ[4]	nox hor. XIIIΞ	nox hor. XII
Sol	Sol aquario.	aequinoctium
Capricorno.	Tutel. Neptuni.	VIII kal. Apr.
Tutela	Segetes	Sol piscibus
Iunonis[5]	sariuntur,	Tutel. Minervae.
Palus	vinearum	Vineae pedamin.[12]
aquitur[6],	superfic. colit.,	in pastino
salix,	harundines	putantur,
harundo	incendunt.;	trimestr.[13] seritur.
caeditur.	Parentalia[8],	Isidis navigium[14];
Sacrificant	Lupercalia[9],	sacr. Mamurio[15],
dis	cara cognatio[10],	Liberal.[16], Quinqua-
Penatibus[7].	Terminalia[11].	tria[17], lavatio.[18]

(aries)	*(taurus)*	*(gemini)*
mensis	mensis	mensis
Aprilis	Maius	Iunius
dies XXX	dies XXXI	dies XXX
nonae	non. septim.	non. quint.
quintan.	dies hor. XIIIIS	dies hor. XV
dies	nox hor. VIIIIS	nox hor. VIIII
hor. XIIIS	Sol Tauro	Solis institium[28]
nox	Tutel. Apollin.	VIII kal. Iul.
hor. XS	Seget. runcant.,[21]	Sol geminis
Sol ariete	oves tundunt.,[22]	Tutela
Tutela	lana lavatur,[23]	Mercuri.
Veneris.	iuvenci domant.,	Faenisicium,[29]
Oves	vicea pabular.	viniae
lustrantur;	secatur;[24]	occantur[30];
sacrum	segetes	sacrum
Phariae[19]	lustrantur;[25]	Herculi[31],
item	sacrum Mercur.[26]	Fortis
Sarapia[20].	et Florae[27].	Fortunae[32].

(cancer)	*(leo)*	*(virgo)*
mensis	mensis	mensis
Iulius	August.	September
dies XXXI	dies XXXI	dies XXX
nonae	non. quint.	non. quint.
se[*p*]timan.	dies hor. XIII	dies hor. XII
dies	nox hor. XI	nox hor. XII
horarum	Sol leone	aequinoct.
XIIIIΞ	Tutel. Cerer.	VIII kal. Oct.
nox hor.	Palus parat.,	Sol virgine
VIIIISΞ[33]	messes	Tutela
Sol cancr.	frumentar.	Volcani.
Tutela	item	Dolea
Iovis.	triticar.,	picantur,
Messes	stupulae	poma legunt.,
hordiar.	incendunt.;	arborum
et fabar.;	Sacrum Spei[35]	oblaquiatio[39].
Apollinar.,[34]	Saluti[36], Deanae[37],	Epulum
Neptunal.[34a]	Volcanalia[38].	Minervae[40].

(libra)	*(scorpio)*	*(sagittarius)*
mensis	mensis	mensis
October	November	Decemb.
dies XXXI	dies XXX	dies XXXI
nonae	non. quint.	non. quint.
septiman.	dies hor. VIIIIS	dies hor. VIIII
dies	nox hor. XIIIIS	nox hor. XV
hor. XSΞ	Sol	Sol sagitt.
nox	scorpione	Tutel. Vestae
hor. XIIIΞ	Tutela	Hiemps[45] initiu.
Sol	Deanae.	sive tropae.
libra.	Sementes	chimerin.[46]
Tutela	triticariae[42]	Vineas sterc.
Martis.	et hordiar.,	faba serentes[47]
Vindemiae.	scrobatio	materias
Sacrum	arborum.	deicientes
Libero[41].	Iovis	oliva legent.[48]
	epulum[43],	item venant.
	heuresis[44].	Saturnalia[49].

Romae, fuit saec. XVI apud Angelum Colotium, nunc in museo Neapolitano, ara quadrata in cuius singulis lateribus terni menses inscripti sunt (I ed. 1 p. 358/9, ed. 2 p. 280/1, VI 2305 cf. p. 3318; scripturae specimen dedit Huebner ex. scr. epigr. n. 979). Ara gemella ('menologium rusticum Vallense') saec. XVI extitit Romae apud nobiles de la Valle (I l. c., VI 2306). Tractavit Wissowa Röm. Bauernkalender ('Apophoreton' philologis Germaniae, Berol. 1903, p. 29 seq.). — 1) *Nonae quintanae,* 2) *septimanae (cf. Varr. l. L. 6, 27, Macrob. sat. 1, 13, 6. 7).* — 3) *Horarum novem et horae dimidiae et quadrantis* ($9^3/_4$), 4) *horarum quattuordecim et quadrantis* ($14^1/_4$). — 5) *Cf. Mommsen R. Chron. ed. 2 p. 306.* — 6) *Acuitur (de scriptura cf. Gramm. Lat. VII 296, 9, de re Colum. 11, 2, 12).* — 7) *Cf. CIL. I ed. 2 p. 306.* — 8) *Cf. CIL. I ed. 2 p. 309 ad d. 13. Febr.* — 9) *15. Febr.* — 10) *Dies 'carae cognationis' 22. Febr., cf. supra N. 7213 v. 13 (not. 24).* — 11) *D. 23. Febr.* — 12) *Cf. Colum. 5, 4, 1.* — 13) *Sc. triticum. Cf. Plin. h. n. 18, 69.* — 14) *5. Mart.,* 15) *14. Mart.,* 16) *17. Mart.,* 17) *19.—23. Mart.,* 18) *27. Mart. (cf. CIL. I ed. 2 p. 311—314; supra N. 4139 not. 2).* — 19) *Sc. Isidi; sacrum praeterea non notum.* — 20) *Serapia praeterea memorantur in solo calendario Philocaliano sub d. 25. Apr.* — 21) *Cf. Varro de r. r. 1, 3; Colum. 11, 2, 35.* — 22) *Tondentur.* — 23) *Cf. Plin. h. n. 18, 254,* 24) *ib. 257.* — 25) *Cf. supra N. 4918 1. Mai. (not. 4).* — 26) *15. Mai.,* 27) *23. Mai. (cf. CIL. I ed. 2 p. 318).* — 28) *In gemello menologio Vallensi rectius* solstitium. — 29) *Cf. Plin. h. n. 18, 258.* — 30) *Cf. Pallad. 6, 4. 7, 3. 9, 3.* — 31) *4. Iun.,* 32) *24. Iun. (cf. CIL. I ed. 2 p. 319. 320).* — 33) *In menologio gemello Vallensi fuit* dies hor. XIIIIS, nox hor. VIIIIS *(item mens. Aug.* dies hor. XIIIS, nox hor. XS, *Oct.* dies hor. XS, nox hor. XIIIS). *De his differentiis cf. Wissowa p. 32.* — 34) *13. Iul.,* 34[a]) *23. Iul. (cf. supra N. 4917).* — 35) *1. Aug.,* 36) *5. Aug. (cf. CIL. I ed. 2 p. 323. 324).* — 37) *13. Aug.,* 38) *23. Aug. (cf. supra N. 4917).* — 39) *Cf. Isidor. orig. 17, 5, 31.* — 40) *Cf. CIL. I ed. 2 p. 329 ad d. 13. Sept.* — 41) *Cf. CIL. I ed. 2 p. 332 ad 15. Oct.* — 42) *Cf. Pallad. 12, 1.* — 43) *Cf. CIL. l. c. ad 13. Nov.* — 44) *Pertinet ad cultum Osiris. Cf. CIL. l. c. p. 333.* — 45) *Scr.* hiemis. — 46) *Cf. Mommsen Chronol. p. 303.* — 47) *Quadratarius verba archetypi non perscripta male explevit; in lapide gemello Vallensi fuit recte* vineae | stercorant., | faba seritur. — 48) *Cf. not. 47; scribendum fuit* mater(*ia*) deic(*itur*), oliva leg(*itur*). — 49) *17. Dec. (cf. supra N. 4917. 8744 p. 991).*

Tabellae defixionum.

Monumenta huius generis tam Latine quam Graece, item Osce et Punice scripta nuper plenissime composuit Audollent 'defixionum tabellae quotquot innotuerunt praeter Atticas in corpore Inscr. Att. editas' (Paris. 1904). (Iam accesserunt Hadrumetinae duae, Mél. Ecole fr. de Rome 25, 1905 p. 55 seq.; praeterea pauca addidit R. Wünsch Berliner philol. Wochensch. 1905 p. 1081 seq.) Conferendus est praeterea R. Wünsch tabellae defixionum Atticae (C. I. Att. suppl. 1897), idemque in libro Sethianische Verfluchungstafeln aus Rom (Lips. 1898).

8746 nomen delatum | Naeviae L. l. | Secunda *(sic)*, seive | ea alio nomin[*e*] | est.

Cumis rep., parva lamina aerea olim plicata et clausa filo, nunc Neapoli (I 820. X 1604 vidit Mommsen).

8747 Danae ancilla noicia[1] | Capitonis. Hanc[2] ostiam[3] | acceptam habeas | et consumas Danae|ne. Habes Eutychiam | Soterichi uxorem.

Romae rep. ante portam Latinam, lamina plumbea olim in volumen complicata, iam possidet doctissimus Wünsch (I 819. VI 141 vidit Henzen; cf. Berliner philol. Wochenschr. 1905 p. 1076). — 1) *Novicia.* — 2) h *errore omissa postea inserta est (cf. not. 3; noli audire Birtium Hiat bei Plautus p. 131).* — 3) *Hostiam.*

8748 Q. Letinium | Lupum qui et | vocatur Cau|cadio, qui | est fil[*ius*] Sal|lusti[*es Vene*]|ries sive Ven[*e*]|rioses hunc | ego aput vos|trum *(in parte aversa)* numen de|mando devo|veo desacri|fico, uti vos A|quae ferventes, | siv[*e*] vos Nimfas | [*si*]ve quo alio no|mine voltis adpe|[*l*]lari, uti vos eu|m interemates | interficiates *(sic)* | intra ann|um tusm . .[1]

Prope Arretium rep. in fonte aquae acidulae di Poggio Bagnoli vel certe prope eum fontem, tabella plumbea, est Arretii (XI 1823 vidit Bormann). — 1) tusm *non intellegitur.*

8749 quomodo mortuos qui istic | sepultus est, nec loqui | nec sermonare[1] potest, seic | Rhodine apud M. Licinium | Faustum mortua sit nec | loqui nec sermonare possit[2]. | Ita uti mortuos nec ad deos | nec ad homines acceptus est, | seic Rhodine aput M. Licinium | accepta sit et tantum valeat, | quantum ille mortuos quei ‖ istic sepultus est. Dite[3] pater, Rhodine | tibei commendo, uti semper | odio sit M. Licinio Fausto. | Item M. Hedium Amphionem. | Item C. Popillium Apollonium. | Item Vennonia Hermiona. | Item Sergia Glycinna.

Romae rep. extra portam Latinam, lamina plumbea (I 818. VI 140 Ritschl tab. XVII 30). — 1) *Cf. Gell. 17, 2, 17.* — 2) *Similiter in lamina Osce scripta (Audollent n. 192):* nep deikum nep fatium putiad. — 3) *Eadem forma vocativi in simili tabella Calena Eph. ep. 8, 529 (Wünsch mus. Rh. 55 p. 240).*

8750 *(daemon — Typhon Seth — arcum tenens. A sinistra daemonis multa perierunt, a dextra supersunt haec)* . . . . . | filius . . . . | qui . . . . . o ab hac ora ab hoc die ab hac nocte | t . . . . m tic . . . . te | tere contere confri[*ng*]e e[*t*] . . [*t*]rade | morti fili[*u*]m Aselles Praeseti[*ci*]um pristinarium[1] | qui manet in regione nona ubi videtur arte sua | facere, et trade Plutoni praeposito mortuorum, | et si forte te contempserit, patiatur febris | frigus tortionis palloris sudores obbripi|lationis[2] meridianas interdianas seru|tinas nocturnas ab hac ora ab hoc die ab hac[3], | et perturba eum ne repraeensionem abeat[4] | et si forte occansione invenerit[5], praefocato eum | Praestetium fili[*um Asell*]es in termas[6] valneas[7] in quocumque loco | cupede[8] frange Pr[*aesetici*]o Aselles, et [*si*] forte te seducat per aliqua | [*artifici*]a et rideat de te et exsultetur tibi, | vince peroccide filium mares[9] Praesete|cium pristinar[*iu*]m filium [*A*]selles | qui manet in regione [*nona, ed*]e ede | tacy tacy[10]. *(Protomae tres, ad quas adscriptum)* Victor — Asella | mater — Prae[*se*]|tici[*us*] | pris[*tina*]|r[*ius*].

Romae rep. ad viam Appiam tabula plumbea, una cum multis aliis, in columbarii cuiusdam ollis cinerariis (VI 33899 de Rossi bull. Inst. arch. 1880 p. 6—9, Wünsch Sethianische Verfluchungstafeln p. 6. 7, Audollent n. 140). Reliquias inscriptionis quae a sinistra daemonis extabat, item litteras magicas Graecas in ipsa

daemonis figura exaratas, omisi. — 1) *Praeseticii (sive quod aliud fuit) nomen (ipse scriptor variavit) mirum; pistrinarius videtur dictum esse pro pistrinario.* — 2) *Obrepilatio, horror vel tremor membrorum, cf. Archiv f. lat. Lexikographie 1, 71. 3, 541.* — 3) *Insere* nocte. — 4) *Ne convalescere possit (Huelsen, qui confert Italorum 'riprendersi').* — 5) *Scr.* inveneris. — 6) *Insere* in. — 7) *Balneas.* — 8) *Compedi (alliga, constringe).* — 9) *Non intellego (Wünsch confert Homer. Il. 16, 34; in tabella VIII 12511 = Aud. 241 est* ὅ[ν] ἔτεκεν [γῆ] μήτηρ παντὸς ἐμψύχου. *Aud.).* — 10) Ἤδη ἤδη, ταχὺ ταχὺ *(sic recte Aud.).*

8751 Malcio Nicones[1] oculos, | manus, dicitos, bracias, uncis, | capilo, caput, pedes, femus, venter, | natis, umlicus[2], pectus, mamilas, | collus, os, bucas[3], dentes, labias, | me[*nt*]us, oclus, fronte, supercili., | scaplas, umerum, nervias, ossu., | medulas[4], venter, mentula, crus, | quastu[5], lucru, valetudines, defico | in as tabelas *(in parte aversa)* Rufa Pulica manus, detes, | oclos, bracia, venter, mamila, | pectus, osu., m[*ed*]ulas[6], venter, | crus, os, pedes, frontes, | uncis, dicitos, venter, | umlicus, cunus, | ulvas[7], ilae[7], Rufas Pulica de[*f*]ico | in as tabelas.

Prope Nomentum (Mentana) rep. in olla cineraria, lamina plumbea (Borsari Notizie degli scavi 1901 p. 207. 208 imaginem: inde Audollent n. 135, Wünsch Berliner phil. Wochenschr. 1905 p. 1078). — 1) *Niconis?* — 2) *Umbilicum.* — 3) *Intellege: genas.* — 4) *Enucleavit Wünsch* (merilas *Aud.).* — 5) *Quaestum (similiter etiam in aliis similibus tabellis, Borsari l. c. p. 208/9; CIL. X 3824 = Audollent n. 134. 195).* — 6) *Cf. not. 4.* — 7) *Sic Audollent, intellegens vulvam, ilia* (quas[*t*]um, *cf. not. 5, dubitans Wünsch).*

Similis enumeratio membrorum in tabella plumbea Minturnis reperta X 8249 (Audollent n. 190).

8752 *1.* denuntio personis infra | scribtis Lentino et Tasgil o, | ut adsin ad Plutonem[1]— | quomodo hic catellus nemini | nocuit, sic que olosicod ma[2] nec | illi hanc litem vincere possint; | quomodi *(sic)*[3] nec mater huius catelli | defendere potuit, sic nec advo|cati eorom eo[*s de*]fendere non | possint; sic il[*o*]s [*in*]imicos | — Atracatetracatigal|lara precata egdarata | hehes celata mentis ablata[4] | — [*et*] at Proserpinam hinc a[*beant*] —

2. aversos ab hac l[*i*]te esse; quo|modi hic catellus aversus | est nec surgere potesti, | sic nec illi; sic traspecti sin[*t*] | quomodi ille. | Quomodi in hoc monimont. ani|malia ommutuerun nec surge[re possun, nec illi mut[*iant*].[5] | Atracatetractigallara | precata egdarata he|hes celata mentis abla|ta[4].

Prope Chagnon rep. in territorio Santonum, duae laminae plumbeae (Jullian c. r. de l'Ac. des inscr. 1897 p. 177—186; Wünsch mus. Rh. 55, 1900 p. 241 seq.; Audollent def. tabellae n. 111. 112). — 1) *Sequi debebant verba* et at Proserpinam *cet., errore omissa et in fine paginae collocata.* — 2) *Recte legi non potuit (scriptor videtur erravisse).* — 3) *In simili tabella prope Kreuznach rep. XIII 7554 est* sic comdi *(= quomodi)* plumbum subsidet. — 4) *Vocabula magica, ex parte sensum aliquem affectantia.* — 5) *Sic Wünsch (sed lectio non certa).*

8753 adiuro te demon qui|cunque es et demando ti|bi ex anc ora ex anc di|e ex oc momento, ut equos | prasini et albi crucies | ocidas, et agitatore[1] Cla|rum et Felice et Primu|lum et Romanum ocidas | collida[2], neque spiritum illis | lerinquas *(sic)*[3]; adiuro te | per eum qui te resolvit | temporibus deum pelagi|cum aerium[4] *Ιαω Ιασδαω* | *οοριω . . αηια*. *(In parte aversa daemon capite gallinaceo vel potius humano cui galli crista imposita est, dextra vas ansatum, sin. candelabrum cum lucerna vel acerra tenens, stans in cymba; in pectore daemonis et retro eum scripta vocabula magica, in cymba)* Noctivagus | Tiberis Oceanus[5].

Hadrumeti rep., est Parisiis, lamina plumbea (Villefosse bull. des antiquaires de France 1901 p. 327. 328 imaginem; vidit Audollent defix. tabell. 286; cf. Wünsch mus. Rhen. 55, 1900 p. 247). — 1) *Agitatores. Nullum genus hominum frequentius devovetur in his tabellis, quam aurigarum; cf. supra N. 5303 not. 2 fin.* — 2) *Collidas.* — 3) *Cf. Buecheler mus. Rhen. 51, 1896 p. 640; Wünsch ib. 55, 1900 p. 247.* — 4) *Similiter, sed paullo plenius in aliis tabellis plumbeis Hadrumetinis (Audollent n. 290—294):* per eum qui te resolvit vite (*vel* ex vite) temporibus deum pelagicum aerium altissimum. — 5) *Nomina equorum haec esse putat Audollent.*

8754 *(imago circi rudi manu delineata, cum carceribus et panno; a sinistra circi)* . . . renalius, | [*V*]enator, | [*Exs*]uperus, | Augur, | Volens, | Sidereus, | Atonitus, | [*B*]eronica, | Chrysiph|us *(a dextra)* Sidereus[1] *(et alia nomina duodeviginti)*. *(Infra)* *καρουραχχθα* | *βραχχθαθ* | *ηθαειθουμα* | *νεσφομηι* | *ηιεουηεμη* | *εσταβαηι*[2] | Excito [*t*]e | demon qui ic conver|sans[3], trado tibi os | equos[4] ut deteneas | illos et inplicentur | nec se movere possint. *(In margine sin. tabulae)* . . *ρακκ* . . *ραραιραχ* . . . | *(in margine summo)* . . . . *καβρακκρακκρου*[5] *(in margine dextro)* *βραχθαβραχθαχθαη*rik*σουνθν*.

Carthagine rep. in sepulcreto officialium, tabella plumbea (VIII S. 12504 delineavit Schmidt; Audollent defix. tabell. n. 253 vidit). — 1) *Nomina equorum.* — 2) *Paene eadem βάρβαρα ὀνόματα in tabula plumbea apud Audollent n. 244.* — 3) *Conversas (versaris).* — 4) *Primus et hoc vocabulum (antea legerant* quos*) et circi imaginem agnovit Buecheler mus. Rhen. 1886 p. 160.* — 5) *Sic Audollent (καβιακ- Schmidt).*

8755 *(homo capite serpentis, dextra hastam sinistra fortasse fulmen tenens)* . . . [*occi*]|dite | exter|minate vulnerate Gallicu, quen | peperit Prima, in ista ora in am|piteatri corona *(post alia imperfecte lecta)* obliga illi pede[*s*] m[*e*]|m[*br*]a sensus me|dulla; | obliga Gallicu, quen peperit Prima, ut | neque ursu neque tauru singulis plagis oc|cida[*t n*]eque binis plagis occid[*a*]t neque ternis | plagis oc[*ci*]dat tauru ursu; per nomen | dei vivi omnipotentis ut perficeatis; iam iam | cito cito; allidat illu ursus et vulneret illu.

Carthagine in amphitheatro rep., lamina plumbea (Audollent defix. tabell. n. 247). Una multae aliae tabellae repertae sunt et ipsae spectantes ad bestiarios.

8756 . . . . . . ope commendo tibi quo [*et*] | . . . . . mella ut illan nmittas dae|[*mon*] . . . . . . n aliquos infernales ut non pes | . . . . is

me contemnere, sed faciat | [*quodcu*]nque desidero Vettia quem pepe[rit Optata, vobis enim adiubantibus | ut amoris mei causa non dormiat non ce|bum non escam accipere possit | καρκε γευθιμοι μωκ θιε ωδδ . . ωκειν . . μοι θεψε | *(signa magica)* obligo Vettie [*quam*] | peperit Optata sensum sap[*i*]entiam et [*intel*]|lectum et voluntatem, ut amet me Fe[*licem*] | quem peperit Fructa ex hac die ex h[*ac ora*], | ut obliviscatur patris et matris et [*propinquor*]|um suorum et amicorum omnium [*et aliorum*] | virorum amoris mei autem[1] Fe[*licem quem*] | peperit Fructa, Vettia qu[*em peperit Optata*] | solum me in mente habeat .... [*dormi*]|ens vigilans uratur friga[*t*][2] ... | ardeat Vettia quam peper[*it Optata*] .. | [*a*]moris et deside[*ri mei*] ..

